BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
8 B
12

30.5.19.

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Tractatus
DE FIDEIVS-
SORIBVS,

Tum ad Ius Commune, tum
Saxonicum accommodatus:

AVTORE
VALENTINO FRANCO
IC.

*Editio altera correctior, & nouo In-
dice locupletata.*

LIPSIÆ,
Impenſis HENNINGI GROSII Bibliop.
CVM PRIVILEGIO.

13-8-B-12

D N.

HARTMANO
PISTORIS IN SEVSE-LITZ, ETC. VIRO NOBILI AT-que magnifico, Iureconſulto temporis noſtri primario,

S.

A*NNVS IAM FERE SExtus agitur, cum relicta Academia Lipſica, quæ paulò ante & loco & honore me amplificauerat, in Alpes haſce Sileſiæ pulcherrimas, honeſtè euocatus me receperim. Fateri oportet, abeunti nonnihil fluctuaſſe animum: & memini tuum quod erat tum temporis conſilium: Sed quæſo quæ terra nobis non Academia eſt: ſi modò, quibus cum philoſophemur, habemus? Non temporis arbitror, non loci me iacturam feciſſe: niſi quod eorum familiaritate & conſpectu carere cœpi, quos & impenſius amaui, & quibus charus fui: tuo præſertim, Hartmane, lumen*

virorum doctorum, quem dilexi vnicè, & cuius nominis recordatio etiamnum mihi abſenti non poteſt eſſe non ſuauiſſima. Equidem in ea ſum ſententia, vita Academica ad benè beateq; viuendum homini literato nihil eſſe conducibilius, nihil iucundius. Eam verò felicitatem ij, qui Iuris tractationem ſuſcipiunt, & quorum profeſſio non ad Academias ſolum, ſed & ad aulas atq; curias principum, ad Reſpublicas ciuitatum, ad iudicia ſeſe exerit, aſſequi ſemper non poſſunt. Non ignoro, multò ſatius rebus ſuis conſulere, qui in ſcholis deliteſcunt, procul negocijs remoti ab omnibus: ſtrepitus iudiciorum non audiunt: quibus vtiq; non ſemper cum Bartolo & Baldo, ſed cum Cuiacio & Hotomano eſt negocium: quiq; extra omnem turbarum atq; periculorum aleam poſiti, vitam agunt Socraticam. At verò qui vel pro tribunali ſedet, vel in foro cauſas orat, cum illis fortunam communem non habet: inter ſe hi inuicem calamitatem prope communem habent, quod vterq; difficilem ſubeat prouinciã & pericu-

periculi plenam. Eſt tamen inter hos & ipſos aliquid diſcriminis. Eo enim is, qui iudicandi partes ſuſtinet, melioris eſſe conditionis videtur, quòd præter id, quod ex litigantium propoſitis tantummodò ſuam informat ſententiam, accuratius rem iam delineatam atq; diſcuſſam (iudicem peritum intelligo) expendere, cum ſuis conſilia conferre, & ſepoſita omni affectione, incorrupto iudicio pronunciare poſſit: illi verò, qui cauſam agit, hoc incumbit, vt re prius cognita, in ima cauſæ viſcera penetret, fundamenta eius dextrè iaciat, ſingula momenta ad trutinam examinet, minima vſquequaq; (cum interdum in exiguo rei cardo vertatur) non prætermittat: ocioſa & ſuperflua reſecet, eruditæ breuitati ſtudeat, verborum ambitionem fugiat, bono ordine progrediatur, atq; ita rem iudici ob oculos ponat, vt ipſi ſemotis perplexitatibus atq; Mæandris, tantò facilius perſuaderi, is ſumma rei capita quaſi in numerato habere, atq; minore cum labore tandem ſententiam inuenire queat. Quod cum pe-

culiare ſit periti Iureconſulti officium: tantò ſanè grauius impingunt ij, qui omiſſis cauſæ neruis, non neceſſaria, imò odioſa verborum conglomeratione paginas conſuunt atq; cumulant, à rebus ad perſonas tranſeunt, circa extrema verſantur, nebulas obducunt, ſemetipſos & iudicem intricant, & eo ipſo cauſas nonnunquam optimas in ſummum diſcrimen adducunt: id quod ijs, qui vel errore, vel ignorantia iuris laborant, accidere poteſt facilimè, tum præſertim, cum rei controuerſia iuris apicem implorat, vbi demum ſæpè praxeos obſeruationes mutæ ſunt, & ad theoriæ adminicula perfugere, ipſa negocij flagitat neceſſitas. Quare non poſſum non laudare eos, qui, cum ad legum ſcientiam animum applicant ſuum, ita ſtudiorum ſuorum rationem ineunt, vt ab initio in theoricis probè verſati, & à fundamento ædificium exorſi, demum praxin coniungant, & quæ prius ſub nube didicerunt, ea iam in lucem proferre nitantur. Hi mehercle longè felicius cauſas perorare, multò confidentius atque tutius

pedem

pedem figere, conſilij ſui atq; inſtituti rationem promtius reddere, atq; adſcopum certius collineare poſſunt. Id namque experientia notum eſt, omnem praxin abſque theoria infelicem eſſe atque periculoſam. Præpoſterè verò agunt, qui neglectis illis principijs, ad tranſſultorios illos libellos pragmaticos iamiam quaſi alis tranſuolant, eos inſtar oraculi habent, illis affixi, tenaciter nocte dieq; inhærent, ex ijs ſolis iuris cognitionem comparandam ſibi ſomniant. Iſti ante tempus matureſcere, & veteris illius architecti exemplum imitari videntur, qui inferioribus ædium partibus nondum extructis, cacumen ſeu faſtigium exædificare cœperat. Prætereamus alios, qui nulla omninò legum cognitione inſtructi, ſed ex tempore nati, ad curias proſiliunt, cauſis torturam adhibent, implicant, non explicant. Verum tempori aliquid concedamus oportet: nec tamen eam ob cauſam ſacroſanctæ leges in crimen vocandæ ſunt: etenim quemadmodum alia quælibet profeſſio, ſic etiam præclara Iuriſprudentia ſuos

habet

habet conſtupratores atq; falſarios. Hoc verò grauiſſimum eſt, quod iſtam temeritatem eiuſmodi conſectatur audacia, vt ſæpius, cùm aliud norint; atq; intelligant, ſcientes atq; ſtudio in alia eant omnia, diuerſumq́; clienti ingurgitent, falſa atq; adulterina pro veris obtrudant, eo ipſo conſcientiam venalem exponant: hoc qui faxint, non patronorum loco, ſed pro cauſarum latronibus ſunt exiſtimandi. Jureconſulto æquè nihil cordi eſſe debet, quàm vt cum peritia pietatem inprimis, candorem, atq; conſcientiam ad cauſas afferat: Cætera à Deo. Hæc verò, vir præſtantiſſime, eò libentius ad te perſcribo, quod & eiuſdem te eſſe ſententiæ ſciam & idem mihi aliquando dictitaſſe meminerim: de quo argumenti genere alibi, modò Deus vitam mihi conceſſerit, erit peculiariter tractandi occaſio. Ex quo autem vel hoc in procliui eſt iudicare, eos, qui fori profeſſionem ſuſcipiunt, moleſtijs ſeſe & incommodis obÿcere maximis: & quanquam inter hoſce tres Iuriſperitorum ordines, Academicos, Curiales,

& cau-

& cauſarum oratores quædam ſtudiorum eſt communio, exercitio tamen profeſsionis inuicem diſcrepare plurimum: quod primi in vita genere longè quietiſsimo rerum ſuarum ſatagunt, ocio honeſto, priuatis meditationibus, & Cuiacio ſuo, domeſtico quaſi Lare contenti: poſtremi functionem gerunt non minus difficilem, quàm laborioſam: medij illis eò infeliciores ſunt, quòd huiuſmodi ocij tranquillitate frui ſibi non liceat: his feliciores, quòd, quamuis ſuas experiantur moleſtias, aliarum tamen plerarumq; incommoditatum atq; tædiorum, quæ iſti perferunt, fermè ſunt expertes: De quo ſanè fuſius diſſeri poſſet, ſi argumentum huius eſſet loci. At hic ſubſiſtimus. Jam meum quod attinet iſtum laborem, in media occupationum mole quaſi abruptum, & tibi & alijs viris doctis probatum iri ſpero. Methodicam tractationem de Fideiuſſoribus qui ſcripſiſſet, quod ego ſcio, habemus neminem. Hippolytus de Marſilijs quoſdam ad rubricam Pandectarũ de Fideiuſſoribus commentarios reliquit

)b(ſatis

ſatis doctos, ſed ἀζάκτους. Sanè & ſcholaſtica & forenſia tractantibus acceptam nauare operam volui, adhibito pleriſq; in locis Iure Saxonico, & quid vſus receperit ijs in locis, qui Iure illo tanquam patrio vtuntur. Iuris namq; Saxonici cognitionem vſu magis, quàm ex libris comparandam eſſe, atq; hauriendam, pleriq; iudicant ſaniores, & rectè quidem. Ad te autem quod hoc opuſculum mitto atq; ablego, equidem vel hoc ipſo amoris erga te mei ſignificationem haud obſcuram dare, atq; meritorum in me tuorum memoriam tibi teſtatam facere cupio: quod pro tuo candore, atq; amore in me mutuo æqui boniq́; te facturum confido. Bene cum tuis vale, & me tuum, quod facis, habe. Glacijs ad montes ſuperioris Sileſiæ, VI. Idus Mart. anno ſalutis humanæ CIↃ. IↃ. XCIV.

Valentinus Francus D.

CATALOGVS AVCTORVM, QVI HOC IN TRACTATV ALLEGANTVR.

A.

Abbas Panormitanus.
Accurſius.
Adrianus Turnebus.
Aegydius Bellamera.
Aegydius Boſſius.
Aemylius Ferrettus.
Aeſchylus.
Aeſchines.
Albanus.
Albericus de Maletis.
Albericus de Roſate.
Alexander ab Alexandro.
Alexander de Imola.
Ambroſius.
Ancaranus.
Andreas Alciatus.
Andreas Geyl.
Andreas Tiraquellus.
Angelus Aretinus.
Antonius de Butrio.
Antonius de Canario.
Antonius Contius.
Antonius Corſetus.
Antonius de Fano.
Antonius Gabrielius Romanus.
Antonius Gomeſius.
Antonius Maſſa.
Antonius de Petrucia.
Antonius Rubeus.
Antonius Taſſar.
Archidiaconus.
Ariſtoteles.
Arius Pinellus.
Arnoldus Baërth.
Aſinius.
Aufrerius.
Auguſtinus.
Azo.

B.

Baldus Nouellus.
Baldus de Peruſio.
Balduinus.
Baptiſta de S. Blaſio.
Barbatius.
Bartholomeus Romulius.
Bartolus de Saxoferrato.
Βασιλικῶν *libri.*
Bauerius.
Benedictus de Plumbino ſeu Barzia.
Benedictus de Capra.
Bernhardus Diazius.

Bernhardus VVurmſerus.
Bernhardus Gualterus.
Berous.
Bertachinus.
Bertrandus.
Biblia.
Boërius.
Bologninus.
Bonifacius.
Borgninus Caualcanus.
Brecheus.
Bulgarus.
Burſatus.

C.

Capolla.
Cæſar Contardus.
Chaſſanaus.
Calcaneus.
Calderinus.
Cameræ Imperialis ordinatio.
Campezius.
Capella Tholoſanus.
Capicius.
Cardinalis.
Carolus Molinæus.
Carolus Ruinus.
Cephalus.
Chilianus König.
Chilo.
Cicero.
Cinus.
Ciryllus Fulgeonius.
Claudius Coter.
Claudius de Seyſello.
Conſiliarij iudicij Cæſaris Pragenſis Appellationum.
Conſtantinus Harmenopulus.
Conſtitutiones Saxonicæ.
Corneus.
Cornutus.
Corſetus.
Cotta.
Crauetta.
Cunradus Mauſerus.
Curtius Iunior.
Curtius Senior.

D.

Damhouderius.
Daniel Venatorius.
Didacus Couarruuias.
Differentiæ Iuris Ciuilis & Saxonici.
Dionyſius Gothofredus.
Durantus.
Durzanus.
Dynus Muxellanus.

E.

Ecloga βασιλικῶν.
Eguinarius Baro.
Emanuel Acoſta.

Ema-

Emanuel Suarez.
Epictetus.
Eraſmus Roterodamus.
Euerhardus à Midelburgo.
Euerhardus à VVeihe.

F.

Fabianus de Monte.
Fabius Quintilianus.
Facultas Iuridica Ienenſis.
Facultas Iuridica Vitabergenſis.
Felinus.
Ferdinandus Vaſquius.
Ferrarienſis.
Feſtus.
Forcatula.
Fortunius Garzia.
Franciſcus Aretinus.
Franciſcus Connanus.
Franciſcus de Cremona.
Franciſcus Duarenus.
Franciſcus Hotomanus.
Fanciſcus Mantica.
Franciſcus Marcus.
Franciſcus Purpuratus.
Franciſcus Viuius.
Freigius.
Fridericus Baro Schenck.
Fridericus Pruckmanus.
Fulgeonius.
Fulgoſius.

G.

Galiaula.
Gandinus.
Gellius.
Geminianus.
Gozadinus.
Gratus.
Gregorius.
Guido Papæ.
Gulielmus Benedictus.
Gulielmus Budæus.
Gulielmus de Cunis.
Gulielmus Durantus.
Gulielmus Fornerius.
Gulielmus Maynerius.

H.

Haloander.
Hartmanus Hartmani.
Hartmanus Piſtoris.
Henningus Göden.
Herodotus.
Heſiodus.
Hieronymus.
Hieronymus Cagnolus.
Hieronymus Cuchalon.
Hieronymus Schurſius.
Hippocrates.
Hippolytus Bonacoſſa.
Hippolytus de Marſilÿs.
Horatius Flaccus.
Horatius Lucius.

Hoſtienſis.
Hugo Donellus.

I.

Iacobinus de S. Georgio.
Iacobus Aegydius.
Iacobus de Arena.
Iacobus Butrigarius.
Iacobus Cuiacius.
Iacobus Menochius.
Iacobus Rauardus.
Iacobus Thomingius.
Iaſon Maynus.
Igneus.
Innocentius.
Ioachimus à Beuſt.
Ioachimus Mynſingerus.
Iodocus Damhouderius.
Iohannes de Anania.
Iohannes Andreas.
Iohannes Baptiſta Aſinius.
Iohannes Bolognetus.
Iohannes Borcholtus.
Iohannes Campegius.
Ioannes Combeſtus.
Iohannes Coraſius.
Iohannes Crotus.
Iohannes Faber.
Iohannes Ferrarius.
Iohannes Gloſſator.
Iohannes à Graſſis.
Iohannes de Imola.
Iohannes Lupus.
Iohannes Oldendorpius.
Iohannes Ferrarius.
Iohannes de Platea.
Iohannes Robertus.
Iohannes Ronchegallus.
Iohannes Sichardus.
Iohannes Schneideuinus.
Iohánnes Vaudus.
Iohannes Zangerus.
Ioſephus Maſcardus.
Iſidorus.
Iulius Clarus.
Iulius Pacius.
Iuuenalis.
Iuſtus Reuberus.

L.

Lancellottus Cunradus.
Laërtius.
Landtrecht.
Lanfrancus de Oriano.
Laurentius Kirchouius.
Lehenrecht.
Libanius.
Lipſienſes.
Ludouicus Bebio.
Ludouicus Charondas.
Ludouicus Romanus.
Ludouicus Vitalis.
Lucas de Penna.

Macro-

M.

Macrobius.
Maioragius.
Manilius.
Maranta.
Marcus Mantua.
Martialis.
Martinus Gloſſator.
Matthæus de Afflictis.
Matthæus VVeſenbecius.
Matthias Colerus.
Maurerus.
Modeſtinus Piſtoris.
Moronus.

N.

Natta.
Neguzantius.
Nellus à S. Geminiano.
Neuizanus.
Nicolaus Bellonus.
Nicolaus de Maratellis.
Nicolaus Vigelius.

O.

Odofredus.
Ordinationes Cameræ Imperij.
Ouidius.

P.

Panormitanus.
Pariſius.
Paris de Puteo.
Paulus de Caſtro.
Paulus Grillandus.
Paulus Picus.
Petrus de Bella Pertica.
Petrus Coſtalius.
Petrus Duennas.
Petrus Follerius.
Petrus Grangianus.
Petrus Gregorius.
Petrus Iohannes Ancharanus.
Petrus Loriottus.
Petrus Nicolaus Mozius.
Petrus de Rauenna.
Petrus Rebuffus.
Petrus Santerna.
Petrus Termineus.
Petrus Vanderanus.
Philippus Decius.
Philippus Melanthon.
Pittacus Mitylenæus.
Placentinus.
Plato.
Plautus.
Plinius.
Plutarchus.
Policeyordenung.
Porcius.
Porphyrio.
Purpuratus.
Pyrrhus.

Quin-

Q.

Quintilianus Mandoſius.

R.

Raynaldus Corſus.
Raphaël Cumanus.
Reichs Peinliche Ordenung.
Ripa.
Robertus Maranta.
Rodericus Suaretz.
Roſredus.
Rolandus à Valle.

S.

Salicetus.
Saluianus.
Saxonicæ conſtitutiones.
Scabini Lipſienſes.
Sebaſtianus Medices.
Sebaſtianus Vantius.
Seneca.
Sidonius.
Signorola.
Simon Schardius.
Socinus Iunior.
Socinus Senior.
Speculator.
Stracha.
Stephanus Bodæus.

T.

Tertullianus.
Theophilus.
Thomas Grammaticus.
Tiberius Decianus.
Tyndarus.

V.

Valerius Maximus.
Vdalricus Mordiſius.
Vdalricus Zaſius.
Viglius Zuichemus.
Villalobus.
Vincentius Manzinus.
Virgilius.
Vitalis de Campanis.

W.

Weichbild.

Z.

Zabarella.
Zoanettus.

De Fi-

DE FIDEIVS-SORIBVS.

Prolegomena.

1. *Veteres Ius ciuile clypeo Herculis æquipararunt.*
2. *Iuris materiæ vniuerſæ ad tria genera referri poſſunt, vel ad ſolam ſubtilitatem, vel ad ſolam vtilitatem, vel ad vtranq;.*
3. *Primi generis quæ?*
4. *Secundi generis quæ?*
5. *Tertij generis quæ?*
6. *Tractatio de Fideiuſſoribus ad poſtremum genus pertinet: & de eius vtilitate.*
7. *Fideiubere videtur ab initio res eſſe leuis momenti.*
8. *Spopondiſti, præſto noxa eſt.*
9. *Alieni æris & litis comes eſt egeſtas & miſeria.*
10. *Fideiuſſores bonis ſuis abuti dicuntur.*
11. *Fideiuſſionis officium non ſolum honeſtatis & neceſſitatis, ſed etiam dilectionis plenum.*
12. *Remedia fideiuſſoribus conceſſa, quam ob cauſam ab Impp. introducta ſint.*
13. *Diuiſio huius tractatus.*

1 DISCIPLINÆ † legalis monumenta clypeo Herculis elegantiſsimè comparauit Antiquitas, quod iuſtitiæ omnis, atq; doctrinæ amplum eſſent receptaculum. Quemadmodum enim clypeus ille magnam rerum inſignium varietatem depictam continebat, vt literis prodidit Aſcræus ille vates Heſiodus in libello, cui titulus, ἀσπὶς τοῦ ἡρακλέους: ita in Iuris noſtri voluminibus ingentem rerum atque materiarum cognitu digniſsimarum copiam reperiri, nemo eſt,

2 qui diffitebitur. Eæ autem † vniuerſæ tribus ferè includi poſſunt generibus: vel enim ad ſolam ſpectant ſubtilitatem, vel ad ſolam vtilitatem, vel cum vtraque quippiam
3 commune habent. Primi † generis eſſe poſſunt pleraque in materia Falcidiæ & Trebellianicæ, Iura manumiſsionum, & id genus alia, quæ iure potiſsimum veteri vim, au-
4 ctoritatemq; obtinebant. Ad ſecundum † plura referri queunt, cauſæ tutelarum, quædam ex tractatu vltimarum
5 voluntatum, nec non ſpecies aliquot contractuum. Tertium † genus latiſsimum eſt, quod haud quaquam in mera duntaxat ſubtilitate occupatur, ſed cum vtilitate quodam quaſi fraternitatis vinculo coniunctum eſt: euiuſmodi ſunt Iura pactorum, ſtipulationum, eius quod intereſt, tranſactionum, Iuriſdictionum, pignorum, teſtamentorum, dotium, rerum creditarum, præſcriptionum, ſeruitutum, feudorum, &c. Primum genus eiuſmodi non eſt, vt Iuris alumnus in eo cognoſcendo multum temporis atque laboris ſibi ponendum exiſtimet. Ne tamen rudis omninò, atq; ignarus eſſe videatur: ex eo ſanè deguſtandum, delibandumq; ſibi id, quod maximè neceſſarium eſt, proponat. At in poſterioribus duobus perueſtigandis, ex quibus ſolennem atq; natiuam depromimus legum ſcientiam, modò ad eius faſtigium aſpirare atq; conſcendere voluerit, o-
6 mnis cura, induſtria, atque cogitatio inſumenda erit. In poſtremo † genere primarium fermè locum ſibi vendicat tractatio de Fideiuſſoribus, quæ non modò propter ſubtilitatem plurimorum exercuit ingenium, defatigauit diligentiam, vt in progreſſu operarum noſtrarum manifeſtum faciemus: verum etiam tantæ eſt vtilitatis, vt prope Iudex nunquam ſe recipiat ad curiam, nullum peragatur iudicium, vbi non primum omnium de Iure Fideiuſſorum inſtituatur quæſtio, ius obligationis examinetur, mens atq; ſententia literarum per omnes vtiq; ſyllabas in controuerſiam vocetur, adeò certè, vt exoptandum maximopere eſſet, è prætoris tribunali remotam eam, relegatamq; procul eſſe: ſiqui-

ſiquidem ea re plurium, & quidem ditiſsimorum eneruari
atq; exhauriri patrimonium, delumbari miſeros, præcipuas
euerti familias, opulentos ad voluntariam extrema cum
miſeria redigi paupertatem, & prædia auita cum liberorum
7 exitio ſub haſta venire videamus. Ab initio † quidem
ſpondere res leuiſsimi eſſe momenti videtur, quæ nudam,
ſimplicemq; voluntatis propenſionem, nihil protinus ex-
olui, nihil pecuniæ præſtari deſiderat. Aſt tandem paulò
8 poſt à tergo venit, quod eſt in prouerbio: Spopondiſti †,
præſtò noxa eſt *. Hinc demum fit, vt
(quod Chilo ille Lacedæmonius Græ-
iorum ſapientiſsimus ciuibus ſuis di-
9 ctitare ſolebat) alieni æris † & litis co-
mes ſit egeſtas & miſeria. Quocirca
10 fideiuſſores † bonis ſuis perperam vti,
quidam noſtratium non præter cauſam tradiderunt.

* Eraſmus centu. 6. adag. 97. Molinæ. de vſur. num. 254. & num. 253. quo in loco quæſtionem examinat, An fideiubere liceat?

Verumtamen, vt vt hæc, atq; alia id genus incommoda
hinc inde euenire experiamur quotidie: Si tamen ad De-
calogi & pietatis normam rem totam examinemus, in con-
11 feſſo mehercle fuerit apud omnes, fideiuſsionis † officium
eſſe non ſolum honeſtatis & neceſsitatis, verum etiam hu-
manæ dilectionis plenum, & ad conſeruanda rerum com-
mercia vtiliſsimum, id quod eximio Eccleſiaſtes exornauit
elogio cap. 29. Proinde & Diuum Paulum pro Oneſimo fi-
dem ſuam apud Philemona proprio aſtrinxiſſe autographo
12 legimus. Ac dubium non eſt, Diuos Imperatores † non ad
cohibendam, coërcendamq; credendæ pecuniæ facilita-
tem, ſed ad ſubueniendum officij neceſsitati, tot tamq; ſa-
lutaria fideiuſſoribus conceſsiſſe remedia, quibus aduerſus
importunam, & plus quam ſanguinolentam creditorum
exactionem peculiariter ſeſe tueri nonnunquam poterunt.
Quis enim eorum non miſereatur, qui amore fratris & a-
mici proximi vltrò fidem exponunt ſuam, ac liberalitatis
ſuæ periculum atq; damnum, ſua coacti voluntate, ſibi ac-
cerſunt? quorum vicem ipſæ leges dolent, miſeratione di-

gnantur, ipſis, quoad fieri poteſt, mederi cupiunt: abſque quarum ſubſidio ſi eſſet, quis ad eorum ſalutem non omne demortuum eſſe crederet auxilium? Quæ ſanè omnia, cum in ijs nihil ſit, de quo non tota die prudentis Iureperiti conſilium expetatur, diligentius hoc obærato ſeculo perſcrutari, operæ precium eſſe arbitremur.

13 Dicturi † autem de Fideiuſſoribus, operam dabimus, vt hanc materiam paulò pleniore calamo perſequamur, & ordine, quantum fieri poteſt, concinniore, in ſex videlicet redactam capita.

Primo capite agemus de vocabulo Fideiuſſoris, vnde ſit, quot modis accipiatur, quis ſit fideiuſſor, quæ huic cognata intercedentium genera: & quotuplex ſit fideiuſsio.

Secundo, de perſonis, quæ idoneè fideiubere poſſunt, vel non poſſunt.

Tertio, de obligationibus, quibus fideiuſſor accedere poſsit, vel non poſsit.

Quarto, de forma fideiuſsionis, & quomodo ea rectè contrahatur.

Quinto, de effectibus fideiuſsionis, quomodo fideiuſſores conueniantur: & de beneficijs iure ipſis competentibus, Excuſsionis, Diuiſionis, cedendarum actionum, &c.

Sexto, quibus modis fideiuſsio diſſoluatur.

CAPVT PRIMVM.

De vocabulo Fideiuſſoris, Vnde ſit, quot modis accipiatur, eius definitio, & de cognatis ſpeciebus, mandatore, ſponſore, conſtitutore, expromiſſore: & quotuplex ſit fideiuſsio.

1. *Creditoris intereſt, plures habere obligatos.*

2. Fide-

2. *Fideiuſſoris nomen bifariam in Iure accipitur: generaliter, & ſtrictè. nu. 3. 4.*

4. *Fideiuſſor qui.*

5. *Fideiuſſor ſuo, non debitoris nomine promittit, vnde & propriè debitor dicitur. num. 6.*

6. *Stipulatione fideiuſſio contrahitur. nu. 18.*

8. *Fideiuſſio non niſi inter præſentes contrahitur. nu. 20.*

9. *Affinia intercedentium perſonarum vocabula.*

10. *Mandator & fideiuſſor communi fere iure vtuntur.*

11. *Mandator propriè qui.*

12. *In quibus conueniant fideiuſſor & mandator. nu. 13. 14.*

15. *In quibus differant. nu. 16. 18. 20.*

17. *Fideiuſſor & præcedere & ſequi obligationem poteſt.*

19. *Fideiuſſio eſt ſtricti iuris.*

21. *Sponſor qui.*

22. *Sponſor in quibus conueniat cum fideiuſſore, & in quibus differat. nu. 23.*

24. *Conſtitutor qui.*

25. *In quibus conueniat cum fideiuſſore: in quibus diſcrepet. nu. 27. 28. 29.*

26. *Quicquid in iure de fideiuſſore diſponitur, id etiam in conſtituente locum habet: niſi caſibus aliquot exceptis.*

30. *Expromittendi verbum proprium Iureconſultorum.*

31. *Expromiſſor qui.*

32. *Expromiſſor non idem eſt cum adpromiſſore.*

33. *Adpromiſſor idem qui fideiuſſor.*

34. *Expromiſſor & fideiuſſor quomodo differant.*

35. *Fideiuſſio alia iudicialis, alia extraiudicialis.*

36. *Iudicialis quæ.*

37. *Idonei fideiuſſores qui, & quot modis æſtimentur.*

38. *Extraiudicialis fideiuſſio quæ.*

39. *Fideiuſſio alia conſiſtit in dando, alia in faciendo.*

40. *Fideiuſſor fruſtra promittit, reum principalem aliquid daturum facturumue.*

Fideiuſſio alia ciuilis, alia criminalis.

1 VSvs fideiuſsionis vbique ferè maximus eſt, cum † in-
terſit creditoris, plures habere obligatos: l. 3. § fin. in fi-
ne. ff. de libera. lega. vt, quam mutuò dederit, in tuto ſemper
habeat pecuniam: l. 1. §. ſed aut 8. ff. de obligat. & actio. in
princ. Inſt. de fideiuſſ. §. fin. Inſt. de replicat. Suares in l. poſt rem iu-
dicatam. 56. in declarat. legis regni. § nunc oportet. num. 2. ff. de re
iud. Coler. in tracta. de proceſſ. exec. par. 1. cap. 10. num. 253. id-
eoq́; fideiuſſorem à fideiubendo dicimus, quod debitoris
obligationem in ſe ſuſcipiat, ſuaq́; fide eſſe iubeat. l. quamuis.
8. §. ſi mulier. 2. ff. ad Sc. Velleia. VVeſenbec. conſ. 10. in fin. vol. 1.
2 Nomen fideiuſſoris † in iure noſtro bifariam accipitur. In
3 genere † & larga ſignificatione pro eo, qui alienam in ſeſe
transfert obligationem. Ita generaliter exaudiendi ſunt
tituli in Decretalibus & Inſtitutionibus, qui ſaltem inſcri-
pti ſunt, de fideiuſſoribus, vt conſplectantur omnes inter-
4 cedentium ſpecies. Strictè † verò & magis propriè defi-
niendo fideiuſſorem perhibemus eum, qui pro debitore,
ſuo nomine, per ſtipulationem, citra nouationem ſeſe ob-
ligat. l. 1. C. de conſtit. pec. Dixi, ſuo nomine: quippe cum fide-
5 iuſſor † nomine debitoris non promittat. l. ſi ita. 97. §. poſ-
ſum. 1. de verbo. oblig. Cuiac. in parat. ff. de fideiuſſ. ſed pro debi-
tore, & ſuo quidem nomine, licet ad vtilitatem debitoris
obligetur. Ferdinan. Vaſquius lib. 1. illuſtri: controuerſ. cap. 33.
num. 5. Zaſ. in l. ſi cum procuratore. 23. ff. de re iud. & in l. ſtipula-
6 tionum alia. 5. §. ſtipulatio autem. 1. de verb. oblig. Vnde & † pro-
priè debitor dicitur. l. 4. ff. de ſolutio. Bart. num. 34. Alciat. &
DD. in l. 1. ff. de reb. cred. ſi cert. pet. Franciſ. Viuius in com. opin. in
verb. fideiuſſor. fol. 259. col. 2. vbi tanquam communem tribus fir-
mat rationibus: Hartman. Hartmanni lib. 2. pract. obſer. tit. 29. obſ. 1.
& ſuo periculo id, quo de agitur, in ſeſe recipiat, Cuiac. in
not. ad Inſtit. de fideiuſſo. Dixi, per ſtipulationem, id quod ad
7 formam † fideiuſsionis pertinet. l. blanditus. 12. C. eod. l. 5. §.
ſatiſacceptio. 2. ff. de verbor. oblig. quæ ſemper cum ſtipulatione
facta præſumitur, l. ſciendum. 30. & ibi Accur. & DD. de verb.
oblig. d. l. blanditus. 12. & §. fin. Inſtit. de fideiuſſ. Cyn. Bald. in
auth.

auth. ſi quando. C. de conſtit. pecu. Socin. conſ. 94. nu. 3. vol. 1 Ioſeph. Maſcar. de probat. vol. 2. concluſ. 781. VVeſ. ff. de fideiuſſ num. 5. Iacob. Menoch. de præſumptio. lib. 3. præſumt. 132. num. 5. alioquin fideiuſsio nullius erit momenti, eoq; non, niſi inter præſentes
8 † contrahitur: quandoquidem inter abſentes, vel per epiſtolam, aut nuncios ſtipulatio non ineatur. *l. 1. de verb. oblig.* qua nota a pleriſq; alijs interuenientium generibus diſtinguitur, de quibus paulo poſt agemus. Addidi, citra nouationem. Nam nouatione prius debitum in aliam obligationem transfunditur. *l. 1. l. ſi pupillus. 9. de nouatio.* Quamuis enim fideiuſſor alienam in ſe recipiat obligationem. *d. l. 1. §. ſed aut. 8. de oblig. & act.* nihilominus tamen debitor principalis vnâ obligatus remanet, nec interuentu vel acceſsione perſonæ ſecundariæ, prior obligatio perimitur: Cum hodie Iuſtiniani conſtitutione nouatio aliter non inducatur, quàm ſi nominatim à contrahentibus expreſſum fuerit, à prima obligatione ſeceſsionem ſe facturos eſſe, atq; nouam conſtituturos. *l. 2. & ibi Salic. num. 3. l. fin. de nouatio. §. pen. Inſtit. quib. mod. toll. oblig.* Sub generali itaq; fideiuſſoris vocabulo comprehenditur & fideiuſſor, ſtrictius atque magis in ſpecie ita acceptus, de quo iam diximus. Sed &
9 huic alia † ſunt affinia intercedentium perſonarum genera, Mandator, Sponſor, Conſtitutor, Expromiſſor. Man-
10 dator † & fideiuſſor commune propemodum ius habent inuicem, quantum ad effectum & vim obligandi attinet. *Cuiac. in parat. Cod. de fideiuſſ. in fin.* ideoque tum in pandectis, tum in codice, tum in nouellis coniunctim de ijs tractatur: quin & fideiuſſor à Paulo I C. mandator appellatur *in l. Granius. 71. ff. eod. monente Franciſ. Connan. lib. 6. comment. Iur. ciui-*
11 *lu. cap. 6. num. 1.* propriè tamen † mandatoris eſt, cuius auctoritate, vel mandatô contrahitur obligatio, vel qui mandat, vt ſua fide pecunia credatur. *l. ſi verò. 12. §. ſi poſt creditam. 14. ff. manda. gloſſ. in nouell 4. in princ.* Nam & qui promiſit fideiubere, promiſſa facit, mandando credi pecuniam, vel quid aliud dari, fieriùe: *l. fin. §. fin. ff. manda* & vbicunq;

contra-

contractus tales ſunt, vt, quicunq; eorum nomine fideiuſſor obligari poſsit, & obligatio mandati conſiſtat. *l. ſi hereditatem. 32. manda. Cuiac. ad Cod. de fideiuſſ.* Ac vſitatum eſt publicis tabellionibus, maioris ſecuritatis gratia in inſtrumentis fideiuſsionum exprimere, eiuſmodi mandatorem, cum non ignoraret, obligatum ſe non eſſe, voluiſſe tamen, & quidem conſultò obligari, & precibus principalis debitoris inductum eſſe fideiuſſorem atq; promittere, &c. *Hippolyt. de Marſil. in repet. rub. ff. de fideiuſſo. nu. 3.* Cum fideiuſſore
12 † mandator in eo habet ſimilitudinem. Nam primò † om-
13 nes contractus, qui fideiuſſorem recipiunt, eoſdem & mandatorem admittere ſtatuendum eſt: *d. l. ſi hereditatem 32. verſ. In ſumma. ff. manda.* vbi Iulianus, in ſumma, inquit, quicunq; contractus tales ſunt, vt eorum nomine fideiuſſor obligari poſſet: & mandati obligationem conſiſtere puto: Sicuti & conſtante matrimonio pro reſtituenda dote non datur fideiuſſor, ita neq; mandator. *l. 1. 2. C. ne fideiuſſor. dot.*
14 *den.* Deinde † quemadmodum fideiuſſori ſuccurritur beneficio excuſsionis, vt videlicet debitor prius conueniendus ſit, modo ſui præſentis copiam faciat, quam ad fideiuſſorem deueniatur: *d. nouell. 4. §. 1. Auth. præſente. C. de fideiuſſ.* ita mandator eodem ſcuto contra creditorum inſultum ſeſe tuebitur. Idem de diuiſionis beneficio ſentiendum e-
15 rit, *d. nou. 4. ca. 1. in prin.* In eo vero † diſcrepant, quod aliter contrahitur fideiuſsio, aliter mandatum. Mandatum
16 † ſemper præcedit obligationem, nunquam ſequitur, Quare ſi poſt creditam pecuniam mandauero creditori credendam, nullum eſſe mandatum, rectiſsimè Vlpianus ait *in l. ſi*
17 *vero. 12. §. ſi poſt. 14. Manda.* Fideiuſſor † & præcedere & ſequi obligationem poteſt. *l. ſtipulatus. 6. l. Quod enim. 7. l. Græcè. 8. ff. de fideiuſſ. §. fideiuſſor. Inſtit. eod.* Etenim fideiuſſor dictus eſt, qui creditorem ſui iuris ſecurum reddit, quod & ante & poſt contractam obligationem facere poteſt. Sic Latinis iubere non tam mandantis eſt, & imperantis plerunq;, quàm promittentis & reddentis ſecurum, vt apud

Cice-

Ciceronem, iubeo te ſine cura eſſe, iubeo te gaudere, bene ſperare, hoc eſt, in me recipio, non eſſe cauſſam, cur ſis ſollicitus, cur gaudere & bene ſperare non debeas. *Connan. d. ca. 6. num. 1.*
18 Secundò † differunt, quod fideiuſsio contrahitur ſtipulatione, & ſic verbis tantum: *d. l. blanditus 12. C. eod. de fideiuſſ. d. l. 5. §. ſatis acceptio. 2. de verb. oblig.* mandatum verò ſolo conſenſu. *l. 1. ff. manda. Paul. lib. 2. recep. ſent. tit. 15 §. 1. Inſtit. de oblig. ex conſenſ.* vnde fit, vt mandator actione bonæ fidei conueniatur, fideiuſſor actione ſtricti iuris ex ſtipulatu. *§. actionum. 28. Inſtit. de actio. Bart. & Paul.*
19 *de Caſt. in rub. ff. de fideiuſſ. Hippolyt. eo. nu. 6.* quia fideiuſsio † ſtricti iuris conuentionibus annumeratur. *l. ſi in pignore. 54. l. fideiuſſores Magiſtratuum. 68. ff. eo. facit l. quicquid aſtringendæ. 99. ff. de verb. oblig. Dec. conſil. 107. num. 2. VVeſenb. ff. de fideiuſſ. num. 6. Menoch. de præſumptio. lib. 3. præſumpt. 143. num. 7.* Ter-
20 tiò † cum in ſolo conſenſu mandatum conſiſtat, vt iam monuimus, conſectarium eſt, non referre, præſens abſensúe quis mandet. *l. ſi vltra. 22. C. eod. d. l. ſi hereditatem. 32. verſ. in ſumma. ff. manda.* in fideiuſſore autem præſentiam exigimus, ſiquidem verbis per ſtipulationem tantummodo fidem ſuam aſtringat. *d. l. blanditus. 12. d. l. ſi hereditatem. 32. l. 3. l. fin. ff. de admin. rer. ad ciuita. pertin.* atq; propterea fideiuſſorem veteres prædem nuncupabant, teſte Cuiacio, quo nomine reſpondens interroganti fideiuſſor ſignificabat, præſentem ſe atque adeo auctorem credendi eſſe. Hacte-
21 nus de mandatore. Sponſor is † appellatur, qui ſuapte ſponte, non rogatus, pro alio promittit. *Accurſ. in d. nouell. 4. §. 1. quod & Feſtus tradit.* Hinc & Sponſores dicebantur, qui pro candidatis promittebant, ne illi ambitus rei eſſent, *vt probat And. Alciat. lib. 1. παρέργ. cap. 2. auctoritate Ciceronis & Plinij iunioris.* De quo plura *Stracha in tracta. de ſponſio: & Petrus Santerna de aſſecurationibus & ſponſio. mercator.* Ac olim videntur dicti ſponſores, quos noſtri fideiuſſores poſtea nominarunt, id eſt, quibus ſpondentibus pecuniæ cuipiam creduntur, aut aliquid denique promittitur, *vt autumat Fran-*

ciſ. Hotoman. in comment. iur. Quintilia. declamat. 273. Guiliel. Fornerius in l. ſponſio. 7. ff. de verb. ſignif. Hinc Cicero pro Quintio: Cur cæteri, inquit, ſponſores & creditores non conuenerint. *Idem lib. 1. ad Attic.* Tulliola, deliciolæ noſtræ tuum munuſculum flagitat, & me vt ſponſorem appellat: mihi autem abiurare ſatius eſt, quàm dependere. Nonnunquam etiam ſponſorem pro conſtituente poni volunt *ex d. nouell. 4. cap. 1. Martin. gloſſa, quem ſequitur Anton. Contius in add. ad d. cap. 1. verb. ſponſores, poſt Alciat. d. lib. 1. παρέργ. cap. 2. & approbat Guid. Papa. deciſ. 570. num. 6. & in ſuis ſingula. ſing. 604. & Petrus de Rauenna ſing. 200. Coler. in proceſſ. exec. part. 1. cap. 10. num. 257.*

22 Verum in eo conueniunt † ſponſores cum fideiuſſoribus, quod non ſecus, atq; hi alienam obligationem ſuſcipiunt, idq́; per ſtipulationem etiam. *l. pen. de alea luſ. l. ſponſio. de verbor. ſig. Molina. in repet. rub. de verb. oblig. num. 46.* Item, quod vtriq; ordinis beneficio vti poſsint. *Ioh. Sichard. ad rub. C. de*

23 *fideiuſſ. num. 10.* Eo verò differunt, † quod ſponſor vltrò non compellatus, fideiuſſor autem rogatus ad hanc obligationem accedat. *Accurſ. d. nou. 4. & in l. ſi verò non renumerandi. 12. §. ſi po.. creditam. 14. ff. manda.*

24 Conſtitutor, † quantum ad præſens negotium, is dicitur, qui pro alio ſe ſoluturum conſtituit, atque promittit, vel aliqua ſe facturum, atq; alterius in ſe ſuſcipit obligationem, idq́; nudo pacto, ſine ſtipulationis ſolennitate. *l. quidam*

25 *26. ff. de conſtit. pec.* Hic in pluribus † cum fideiuſſore congruit. *Vnde à Iohanne Fabro in §. in perſonam. Inſtit. de actio. tra-*

26 *ditum eſt*, omne † id, quod in iure noſtro de fideiuſſore diſponitur, etiam in conſtituente locum ſibi vendicare: *per l. fin. C. de conſtit. pec.* niſi in caſibus, qui expreſſè excipiuntur, quos refert *Accurſ. in d. l. ſi renumerandi. §. ſi paſſus. ff. manda.* Quemadmodum igitur fideiuſſori, ita & conſtituenti beneficium ordinis ſeu excuſsionis proditum eſt, *Vdalric. Zaſius in d. §. in perſonam. fin. Inſtit. de actio.* Idq́; propter generalem Nouellæ conſtitutionis deciſionem *in auth. de fideiuſſ.* quæ ad omnia interuenientium genera extenditur, *gloſſ. in d. nouel.*

4. in verb. fideiuſſorem. Faber in d. §. in perſonam. num. 8. Schneid.
27 *ibidem nu. 29.* Diſsident tamen † in nonnullis. Nam fideiuſſores non, niſi interueniente ſtipulatione, obligantur, vt ſuperius dictum eſt: at conſtitutor etiam ex nudo pacto aſtringitur: *l. 1. §. debitum. 7. ff. de conſtit. pec.* idq́; prætori ita placuit, quod videbatur graue & contra naturalem æquitatem geminatam contractus fidem fallere, *d. l. 1. & ibi Bart. Iaſ. in d. §. in perſonam.* [redacted] *in rep. d. rub. de verb. oblig. nu. 14.* licet alioquin ex nudo pacto de iure ciuili (vt volunt) denegetur actio. *l. iuris gentium. 7. §. ait prætor. & ibi DD. ff. de*
28 *pact.* Secunda differentia † eſt, quod fideiuſſor, tametſi fidem ſuam pro debitore interponit, ipſum tamen nihilominus ſemper obligatum habeat, *Accurſ. d. nou. 4. Caſtrenſ. ad rub. ff. de fideiuſſ.* ſed conſtitutor vel totam in ſeſe deriuare obligationem, liberato principali poteſt, vel vnà, vtcunq; placuerit, ipſum obligatum retinere. *per l. fin. C. de nouatio.* Ter-
29 tiò, † conſtitutor ſemper ſequitur obligationem. Id enim, quod conſtituitur, oportet debitum eſſe ex priore aliqua obligatione, ad quam conſtitutum referatur. *l. item illa. 18. §. quod adijcitur. 1. ff. de conſtit. pec.* Fideiuſſorem verò & præcedere & ſequi poſſe, ſuperius dictum eſt.

30 Expromittendi † verbum proprium eſt Iureconſultorum, ab ipſis docendi gratia factum & excogitatum, cui nullum magis reſpondet, quàm quod illi dicunt, recipere, quod plus aliquando ſignificat, quàm polliceri vel promittere, cum in alieni facti obligationem veniunt, *Con-*
31 *nan. d. cap. 6. num. 2.* Expromiſsorem † vocant eum, qui pro alio, qui efficaciter obligatus non erat, vel pro ſeruo, nouandi animo promittit, *l. & eleganter 7. §. ſeruus. 8. ff. de dolo mal. l. fin. ff. ad Sc. Maced. l. ſi mulier. 22. ad Sc. Velleia. l. 4. §. 1. de re iudica. l. 4. de condict. cauſ. dat. l. qui libertinus. 37. de oper. libert. l. quod ſeruus. de-*
32 *pecul.* Non vero idem † eſt cum Adpromiſſore. Nam Adpromiſſorem volunt eum, qui, quod ſuo nomine ꝓmiſit, idem pro altero quoq; promittit, *ait Feſtus.* quo tamen loco haud ſcio, an vox, alter, deſideretur, vt locus ſic legatur: Qui,

quod alter ſuo nomine promiſit. *Nam Pomponius in l. 5. §. 2. ff. de verbor. oblig.* ſatisacceptio, inquit, eſt ſtipulatio, quæ ita obligat promiſſorem, vt adpromiſſores quoq; ab eo accipiantur, id eſt, qui idem promittant: ita legendum putat *Alciat. lib. 1. παρέργ. cap. 2. & approbat Myſing. in princ. Inſtit. eod. num. 4. & Vlpia. in l. in omnibus. 43. ff de ſolut.* In omnibus, inquit, ſpeciebus ſtipulationum etiam acceſsiones liberantur, puta adpromiſſores, hypothecas, pignora. Quibus ex lo-
33 cis † conſtat, adpromiſſorem eundem eſſe, qui & fideiuſſor dicitur. *l. ſi verò. ff. ſolut. matrim.* Atq; dubium non eſſe, quin adpromiſſor pro fideiuſſore accipiatur, affirmat *Franciſ. Duarenus in d. l. 5. §. 2. de verb. oblig.* Idque non tantum apud Iureconſultos, ſed etiam veteres Latinos auctores. Inter quos Cicero eum, qui pro alio ſe obligat; nunquam fideiuſſorem, ſed ſponſorem potius, aut adpromiſſorem vocat, *vt in oratio-*
34 *ne pro Roſcio Amerino, teſte Schardio.* Expromiſſor verò, † quanquam cum fideiuſſore aliquam habere cognationem videtur, *vt & in l. in perſona. 30. ff. de pact.* fideiuſſorem pro expromiſſore ſumi velit ibi Cuiacius: vt plurimum tamen, & quidem eo potiſsimum diſtinguuntur, quod expromiſſor ſolus, fideiuſſor cum alio obligetur: ille reus principalis eſt, hic acceſſorius. Illum qui dat, liberatur: hunc verò qui dat, obligatus manet, *l. vt res. 53. ff. de contrah. emtio. l. quod ſi. 10. ff. de pigno. actio. l. quod ſeruus. 56. de pecul. l. 5. §. ſi pater. 6. ff. de iure dot. Conna. d. lib. 6. cap. 6. num. 2. [redacted]. [redacted]. in rep. d. rub. de verb. oblig. num. 53. Hotoman. in comment. Iuris. Cuiac. in d. l. & eleganter. 7. §. ſeruus. 8. ff. de dolo malo.*

DIVISIO FIDEIVSSIONIS.

35 Ad diuiſionem quod attinet, fideiuſsio † alia iudicia-
36 lis, alia extraiudicialis dici poteſt. Iudicialis † eſt, quæ propriè ſatiſdatio appellatur, *teſte Alciato, in l. ſatiſdationis. de verb. ſignific.* qua in iudicio ita cauetur aduerſario, vt eum, ſiue cauſſa ciuilis, ſiue criminalis in lite ſit, ſecurum faciamus,

datis

datis idoneis fideiuſſoribus: l. 1. & in l. 4. ff. de cuſtod. reo.
Sandrecht lib. 1. art. 3. Chilia. cap. 46. & quidem vno, in cauſa ci-
uili, pluribus verò in criminali. l. 2. 3. 4. ff. qui ſatiſd. cog. Maranta
37 in tract. de iud. de ſatiſd. num. 1. qui quidem idonei † æſtiman-
tur ex tribus potiſsimum. I. facultatibus, pro rei magni-
tudine in iudicium deductæ. l. quos nos hoſtes. 134. §. 1. de
verb. ſig. l. ſi ab arbitro. 10. qui ſatiſd. cog. II. Conueniendi fa-
cilitate, ne vtantur fori præſcriptione. l. 2. l. ſi fideiuſſor. 7. qui
ſatiſd. cog. III. Si reo ſint neceſſarij & ſanguine iuncti, vt
parens, patronus, filius, &c. hic enim qualiſcunq; ſufficit:
& ſi recuſetur, locum habet pœnale iudicium 50. aureo-
rum. l. 1. 2. ff. in ius voc. vt eant. d. l. 2. §. 1. qui ſatiſdat. cog. Ol-
dendorp. claſſ. 1. actio. 6. num. 1. Iudicialis ſatiſdationis ſpe-
cies octo recenſet Maranta d. tracta. de iud. ord. par. 6. de ſa-
38 tiſdat. Extraiudicialis † fideiuſsio eſt, quæ in contractibus
valde eſt vſitata, quando alter pro debitore principali fi-
dem ſuam aſtringit, id quod in ſcriptis vtplurimum fieri aſ-
ſolet, qua de re prolixè Coler. in tracta. execut. par. 1. cap. 10.
num. 253. cum ſequentibus: quo etiam inprimis noſtra hæc ſpe-
39 ctat tractatio. Deinde fideiuſsio alia † conſiſtit in dando,
alia in faciendo: Quod ita intelligendum, vt fideiuſſores ſe
aliquid daturos facturoſúe promittant, Zaſ. in l. ſi cum procu-
ratore, 23. ff. de re iud. & in l. ſtipulationum alia. 5. §. ſtipulatio au-
tem. de verb. oblig. Hart. Hart. lib. 2. pract. obſ. tit. 29. obſ. 1. ſicuti
& principalis non aliter, quàm ſi de ſua perſona promittat,
40 obligatur. Nam fideiuſſores, † reum principalem aliquid
daturum, facturumúe fruſtrà ſe aſtringunt, ſiquidem fa-
ctum alienum inutiliter quis promittat, Hermogenianus in l.
ſicut. 65. ff. de fideiuſſ. l. ſtipulatio iſta. in princ. ff. de verb. oblig. §.
ſi quis alium. inſtit. de inutil. ſtip. Hart. Hart. lib. 2. pract. obſer. tit.
29. obſ. 2. Lud. Beb. in princ. Inſtit. de fideiuſſ. Item à materia fi-
deiuſsio in ciuilem & criminalem diuidi poteſt. Ciuilis,
quæ in cauſis ciuilibus contrahitur, l. fideiuſſor. 16. §. fideiuſſor.
3. & §. fin. ff. de fideiuſſ. & paſſim. Criminalis, quæ in cauſis
criminalibus conſtituitur, l. Gracè. 8. §. ſed etſi. 5. ff. eod. de

qua infra cap. 3. num. 198. nonnihil dicturi ſumus. Et tantum de primo capite.

CAPVT II.

De perſonis, quæ fideiubere poſſunt, vel non poſſunt.

1. *Qualis fideiuſſor dari debeat.*
2. *Idonei fideiuſſores qui cenſendi.*
3. *Natura qui fideiubere prohibeantur: & primo infantes.*
4. *Anniculos ſtipulari poſſe putauit Eguina. Baro, ſed malè.*
5. *Infans qui dicatur.*
6. *Fideiubere prohibentur furioſi, & quales hi eſſe debeant: num. 8. Furioſi nulla voluntas: nullus conſenſus.*
7. *Furor quomodo probetur.*
9. *Furioſorum duo genera.*
10. *Quæſtio, ſi quid actum ſit à furioſo, qui dilucida habet interualla, ſi non conſtet, quo tempore actum ſit, vtrum tempore furoris an verò tempore interualli actum præſumatur. Reſp. In dubio præſumi ſanæ mentis fuiſſe. num. 11.*
12. *Contraria opinio verior.*
13. *Furioſus & mente captus à pari procedunt.*
14. *Mente captus Alciato qui dicatur: & qui furioſus: nu. 15.*
16. *Mente captus quomodo quis probetur: remiſſiuè.*
17. *Prohibetur mutus & ſurdus, & quare. nu. 21.*
18. *Mutus qui.*
19. *Surdus qui, & qui ſurdaſter. nu. 20.*
22. *Mutus & ſurdus quoad fideiuſſoriam obligationem ſimiles ſunt infantibus & furioſis.*
23. *Mutus & ſurdus acutiſſimo nonnunquam præditi ſunt intellectu & perſpicacitate.*
24. *Mutus & ſurdus neq; interueniente ſcriptura, ſi literas norint, cum verbis obligari poſſunt.*

25. Im-

25. *Impoſſibilia Iuris præſumptionem non admittunt.*
26. *Hodie mutus & ſurdus ſcriptura rectè obligabitur.*
27. *Quæ de muto & ſurdo dicuntur, an de eo accipienda ſint, qui copulatiuè mutus & ſurdus eſt, an verò etiam de alterutro.*
28. *Qui mutus à natura eſt, etiam ſurdus eſt.*
Qui ſurdi à natura ſunt, etiam muti ſunt, teſte Ariſtotele.
29. *De alterutro, vel ſurdo, vel muto ſolùm, ſi eſſet quæſtio, neuter ad ſtipulationem admittendus. quibuſdam tamen aliud videtur. nu. 30.*
31. *Aliud eſt tardius exaudire, aliud non, niſi quando magna voce inclamatum fuerit, audire.*
32. *Mutus ex quibus actibus probetur: remiſſiuè.*
33. *Prohibetur ebrius: quod quomodo intelligendum. nu. 44.*
34. *Contractus ab ebrio initus nullius eſt momenti.*
35. *Ebrietatis comes furor eſt, & ebrij æquiparantur infantibus.*
36. *Æs eſt ſpeculum formæ, vinum animi.*
37. *Vlricus Mordiſius ſocer Hartmani Piſtoris primarij ætatis noſtræ Iureconſulti.*
38. *In laude habetur is, qui cum vino potus ſit, mente tamen ſobrius apparet.*
39. *Apud Ethnicos olim ebrij ab honoribus & publicis muneribus ignominioſè remoti fuerunt.*
40. *Lacones filijs publicè oſtendebant ſeruos temulentos.*
41. *Pitthacus temulentos, ſi quid deliquiſſent, duplici pœna affici voluit.*
42. *Athenienſes ex inſtituto Solonis ebrium principem morte mulctabant.*
43. *Ebrijs iure noſtro nonnunquam pœna mitigatur.*
45. *Ebrietas & ebrioſitas differunt.*
48. *Prohibetur prodigus à fideiubendo.*
49. *Prodigo etiam non petenti curator dari, & exemplariter ſubſtitui poteſt.*
50. *Largorum duo genera.*
51. *Liberales.*
52. *Prodigi qui.*

53. An

53. *An ipſo iure prodigo bonorum adminiſtratio interdicatur, an verò iudicis decreto opus ſit.*
54. *Formula interdictionis bonorum.*
55. *Interdictionis bonorum effectus.*
56. *Quæſtio: Si prodigo bonis interdictum non fuerit, cum tamen luxurioſè viueret, an ex eo, quod ante iudicis decretum geſſit, obligabitur.*
57. *Prodigo per reſtitutionem in integrum ſuccurritur.*
58. *Prodigus ad ſaniores mores ſe recipiens, an ipſo iure curatoris poteſtate liberabitur, an verò opus ſit decreto iudicis; poſterior opinio probatur hodie. nu. 59.*
60. *Qui lege à fideiubendo prohibeantur.*
61. *Pupillus qui: ex iudicis arbitrio. nu. 63.*
62. *Duo gradus in pupillo conſiderantur.*
64. *Salomon rex, decimo ætatis anno nondum completo nutricem compreſſit.*
65. *Achaz annos natus vndecim filium Ezechiam progenuit.*
66. *Primò, an pupillus fideiubere poſſit, diſtinctione explicandum eſt.*
67. *Pupillus ſiue ſit infantiæ, ſiue pubertati proximus, abſq; tutore fideiubere nequit.*
68. *Stipulatio iure ciuili introducta eſt.*
69. *Tutore non interueniente, an pupillus ſaltem naturaliter obligetur: Controuerſa quæſtio: Obligari. nu. 70. non obligari. nu. 71.*
72. *Fulgoſius acutiſſimus, & eruditus Iuris explicator.*
73. *Prima opinio Accurſij.*
74. *Secunda opinio Iohannis Roberti.*
75. *Tertia opinio Vdalrici Zaſij.*
76. *Naturalis obligatio dupliciter conſideratur.*
77. *Quarta opinio Iohannis Coraſij.*
78. *Differunt, naturaliter obligari, natura debere, & iure naturali obligari.*
79. *Quinta opinio Franciſci Duareni.*
80. *Sexta opinio Æmilij Ferretti.*

81. Septi-

81. *Septima opinio Hugonis Donelli.*
82. *Octaua opinio Eguinarij Baronis.*
83. *Nona opinio Iacobi Reuardi.*
84. *Olim diuerſæ Iureconſultorum ſcholæ fuerunt.*
85. *Auctoris hac de controuerſia opinio.*
86. *Martinus gloſſator diſtinguebat, vtrum pupillus factus fuiſſet locupletior nec ne.*
87. *Obijcitur l. cum illud. 25. §. 1. ff. quando dies lega. ſoluitur. num. 89.*
88. *Corrigendi audaciam quidam in Cuiacio reprehendunt.*
90. *Obijcitur l. 1. §. 1. de nouat. & l. Stichum. 95. §. adptio.2. de ſolutio. nu. 91. & l. ſi pupillus. 21. ad l. Falcid. l. eius 64. ad Sc. Trebell. nu. 93. ſoluitur nu. 92.*
94. *Hodie pupillus, ſi locupletior factus fuerit ex reſcripto Diui Pij, non modo naturaliter, ſed & ciuiliter obligatur, quapropter in ipſum actio danda. & nu. 95.*
96. *Altero caſu, vtrum pupillus tutore auctore fideiubere poſſit. Negatiua.*
97. *Fideiuſſio non abſimilis eſt donationi: refutatur nu. 102.*
98. *Pupillus ne quidem conſenſu tutoris donare aliquid poteſt.*
99. *Affirmatiua defenditur.*
100. *Pupillus auctore tutore omnes contractus celebrat, in quibus rem ſuam deteriorem facere poteſt.*
101. *Fideiuſſio inſtar ſolutionis eſt.*
103. *Pupillus ſi ex fideiuſſione tutore auctore facta læſus fuerit, in integrum reſtituitur.*
104. *Pupilli pro idoneis fideiuſſoribus non habentur.*
105. *Puberes atq; minores an auctoribus curatoribus fideiubeant. & num. 17.*
106. *Puberes olim qui cenſebantur.*
107. *Maſculis olim vſq; ad annum 14. coma nutriebantur.*
108. *Poſt annos bis ſeptem ætas neceſſitate pubeſcit.*
109. *In cauſis alimentorum pueris puellisq; laxiora tempora ad pubertatem præſcribuntur.*
110. *Plena pubertas in maſculis 18. in fœminis 16. annis circum-*

cumſcribitur : & cur plena dicatur nu. 111.

112. *Iure Sax. feudali natus annos 13. cum ſex ſeptimanis pubertatem conſequitur.*

113. *Minores non vno modo dicuntur.*

114. *In fauorabilibus minori annus cœptus pro completo numeratur.*

115. *De varijs ætatis humanæ gradibus, remiſſiuè.*

116. *In Saxonicis prouincijs citiùs matureſcunt homines.*

118. *Minores, qui etiam auctoritate curatorum fideiubent, læſi ſaluum habent reſtitutionis auxilium.*

119. *Minores fideiubendo ſemper læſi præſumuntur: quare alia probatione opus non eſt. Alij contra: minorem læſionem probare debere.*

120. *Coniectura ſi doceat, minorem læſum, alia probatio requiri non debet.*

121. *Minores pro idoneis fideiuſſoribus non habentur.*

122. *Minores ſeu puberes an ſine curatorum auctoritate obligentur fideiubendo. Negatiuam ponit VVeſenbec.*

123. *Affirmatiua contra negatiuam defenditur.*

124. *Variæ opiniones DD.*

125. *Prima Accurſij, & interpp.*

126. *Secunda opinio.*

127. *Tertia opinio.*

128. *Germana litera l. puberes 101. de verbo. oblig.*

129. *Minores & puberes ſine curatoribus ex ſtipulatu obligantur, ergo & ex fideiuſſione: ſed læſi reſtituuntur. nu. 134.*

130. *Diſtinguendum eſt inter perſonam & bona minoris.*

131. *Senſus l. ſi curatorem. 3. C. de in integ. reſtit. mino. & nu. 132.*

133. *Venditio in effectu ſecum trahit alienationem.*

135. *Limitationes. Prima, ſi minor in rem ſuam fideiubeat. nu. 136.*

137. *Secunda, ſi pro parente incarcerato fideiubeat.*

138. *Tertia, ſi doloſè ſe maiorem mentitus fuerit.*

139.

139. *Quarta, ſi iuramento fideiuſſionem confirmauerit.*
140. *Remedium, quo minori contra iuramentum conſulatur, remiſſiuè.*
141. *Cautela contra minores.*
142. *Minores ſi curatores omnino non habent, fideiubendo obligantur, ſed læſi reſtituuntur.*
143. *Minores extra iudicium per ſe ſua quidem curant, ſed absq; Magiſtratus auctoritate non alienant.*
144. *Filiusfam. in patris poteſtate conſtitutus, an absq; eius conſenſu fideiubere poſſit.*
145. *Quid ſi filiusfam. maior ſit 25. annis.*
146. *Obſtat l. 2. §. 1. ff. qui ſatisda. cog. ſolutio ibid.*
147. *Mulier fideiubere prohibetur.*
148. *Ampliatur primò in muliere cuiuscunq; ætatis & conditionis.*
149. *Ampliatur ſecundò, ſiue ſit vna ſiue multiplex interceſſio.*
150. *Ampliatur tertiò, ſiue pater, ſiue maritus, tutorùe conſenſerit.*
151. *Ampliatur quartò, ſiue acceſſoriè, ſiue ſola, ſiue cum marito ſe obligauerit.*
152. *Vxor & maritus ſi vnà obligati fuerint, præſumitur totum mutuum ad maritum potius, quàm vxorem perueniſſe.*
153 *Ampliatur quintò, ſiue mulier intercedat pro patre, ſiue pro marito, ſiue pro tutoribus liberorum.*
154. *Ampliatur ſextò, vt neq; ad ſatisdandum in iudiciis commodè adhiberi poſſit: niſi in rem ſuam.*
155. *Ampliatur ſeptimò, vt neq; in foro conſcientiæ obligetur.*
156. *Ampliatur octauò, vt & contra ſtatutum quod contra inſtrumentum publicum exceptionem admitti prohibet Scti Velleiani beneficio vti poſſit.*
157. *Ampliatur nonò, vt & heredibus vxoris Sc. proſit.*
158. *Ampliatur decimò, vt & procuratores, mandatores, fideiuſſores Sc. vti poſſint.*
159. *Ampliatur vndecimò, ſiue mulier pignus dedit, ſiue alius pro ipſa.*

160. *Ampliatur duodecimò, quamuis mulier ex inſtrumento quarentigionato ſoluerit.*
161. *Quid ſi per ſententiam condemnata ſoluerit.*
162. *Ampliatur decimotertiò, vt exceptio Sc. Vell. poſt latam ſententiam in ipſa executione poſſit obijci.*
163. *Excipe, ſi creditor ignorauerit, mulierem alieno nomine contrahere.*
164. *Si mulier doloſè ſe virum ſimulauerit.*
165. *Si mulier ſuum ipſius negotium geſſerit.*
166. *Mulier licet ad alterius vſum pecuniam ſumat, ſi tamen in vtilitatem ſuam conuertat, Sc. Vell. non gaudet.*
167. *Si mulier fideiubendo non facta eſt pauperior, ſed rem ſuam fecit meliorem: quod arbitrio Iudicis relinquitur num. 168.*
169. *Si mulier maior 25. annis fideiubendo dotem promiſerit.*
170. *Quod & in auia locum habet.*
171. *Siue de dote numeranda, ſiue reſtituenda promiſerit.*
172. *Si libertatis cauſa mulier interceſſerit.*
173. *Si ratione pia cauſa interceſſerit.*
174. *Si cauſa ſtudiorum.*
175. *Cauſa ſtudiorum magis eſt priuilegiata, quàm dos.*
176. *Priuilegia conceſſa Eccleſijs & clericis ad ſcholas quoque pertinent.*
177. *Si pro fideiuſſore ſuo intercedat.*
178. *Si hæreditatem emerit, & æs alienum in ſe tranſcripſerit.*
179. *Si indemnitatem mulier promiſerit.*
180. *Si indemnitas mulieri intercedenti ab alio promittatur.*
181. *Remiſſio pignoris, qua fœmina debitoris ſui rem liberat, pro interceſſione æſtimanda non eſt.*
182. *Si interceſſio poſt biennium repetita fuerit.*
183. *Geminatio interceſſionis pro marito facta non valet.*
184. *Si mulier apud minorem interuenerit.*
185. *Si mulier ei, pro quo fideiuſſit, hæres extiterit: vbi tamen pro ea parte, pro qua hæres eſt, conuenitur. nu. 186.*
187. *Si mulier pro marito captiuo fideiuſſerit.*

188. *Si beneficio Sc. Vell. renunciauerit.*

189. *Negatiua concluſio: Mulier beneficio Sc. Vell. extra iudiciū non renunciat, cuius ratio redditur nu. 190. 191. 192. 193.*

190. *Sc. Velleianum bono publico introductum.*

191. *Mulier eadem fragilitate, qua contrahit, Sc. renunciat: & eo ipſo decipitur. nu. 192.*

194. *Ampliatur concluſio, ſi pro marito vxor fideiuſſerit.*

195. *Si vel intra biennium, vel ſtatim in ipſo contractu renunciatio facta fuerit.*

196. *Si renunciatio in inſtrumentum non ſit redacta, neq; teſtium ſubſignatione confirmata.*

197. *Si mulieri Sc. ad animum non ſit reuocatum.*

198. *Mulier in ſpecie Sc. renunciare debet, non in genere. nu. 200.*

199. *Renunciationes ſtrictè intelligendæ ſunt: & quæ in ijs expreſſa non ſunt, non acta intelliguntur.*

201. *Excipitur iudicialis renunciatio mulieris.*

202. *In prouincijs Electoris Sax. in renunciatione quatuor requiruntur.*

203. *Renunciatio neceſſaria mulieris, veluti ob tutelam liberorum.*

204. *Renunciatio iurata: quamuis mulier de iure ſuo non reddatur certior. nu. 205.*

206. *Iurata renunciatio habetur pro geminata.*

207. *Vbicunq; ad actus alicuius validitatem geminatus conſenſus requiritur, ibi vnicus ſufficit cum iuramento.*

208. *Iurata renunciatio mulieri non nocet, ſi per eam enormiter lædatur.*

209. *Renunciatio geminata, intra biennium facta: & an quid vlterius requiratur. nu. 210.*

211. *Poſterior confirmatio mulieris non retrotrahitur ad tempus renunciationis primum factæ, ſed ipſa ab illo die valet.*

212. *Renunciatio in inſtrumentum redacta, & trium teſtium ſubſignatione confirmata.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

213. *Si mulier exceptionem non oppoſuerit, omiſſio exceptionis arguit tacitam renunciationem.*

214. *Tacita renunciatio validior eſt expreſſa, ſi cum ea legis adminiculum concurrit.*

215. *Milites fideiubere prohibentur. nu. 217.*
Miles eſt imperij murus, defenſor patriæ, glorioſa ſeruitus, & poteſtatu iudicium.

216. *An milites noſtri temporis gaudeant priuilegijs militaribus.*

218. *Monachi & clerici fideiubere prohibentur. & nu. 227.*

219. *Monachi à ſolitudine vitæ nomen habent.*

220. *Monachi clauſtro contenti ſint.*

221. *Monachus teſtamenti factionem non habet.*

222. *Ingreſſus monaſterij rerum dominio & adminiſtratione priuat, fereq́, occidit.*

223. *Si monacho adminiſtratio monaſterij demandata eſt, tunc obligatur in ijs, quæ adminiſtrationem concernunt.*

224. *Monachi clerici non ſunt: nam monachus clerico opponitur. nu. 225*

226. *Clericus qui, & vnde nomen habeat.*

228. *Clericus in iudicio pro idoneo fideiuſſore non habetur, num. 231.*

229. *Clericus conſentiendo iuriſdictionem non prorogat: imò ſi conſentit, arbitrariam pœnam incurrit, num. 230. & vtrum clericus, ſi fideiuſſerit, coram iudice laico conueniri queat, remiſſiuè. num. 239.*

232. *Si ſimpliciter de præſtando fideiuſſore ob debitum aliquod, vel contractum initum promiſſum eſſet, ſatisfiet promiſſioni, ſi detur clericus, nec contradicatur.*

233. *Clericus, ſi ſine auctoritate ſuperioris pro laico fideiuſſerit, pro contemtore canonum habetur & punitur.*

234. *Clericus fideiubendo obligatur, ſi à nemine fuerit oppoſitum: item ſi tantùm habet, vt de ſuo poſſit ſatisfacere. nu. 235. & in caſu neceſſitatis. nu. 236.*

236. *Neceſſitati lex non eſt ſcripta.*

237. *Neceſſitate vrgente licet alienare aliàs prohibita, ipſiq́ Deo conſecrata. & nu. 238.*
239. *Ad clericos potiſſimum pertinet ſubuenire proximo, & colere, exercere atq́ profiteri charitatis officium.*
240. *Seruus intercedere nequit: niſi ex cauſa peculiari nu. 241.*

DANDI fideiuſſoris quibus incumbit neceſsitas,
1 dare † operam debent, vt eum præſtent, qui ſol-
uendo ſit, & ad conueniendum facilis. *l. 3. ff eo l.*
2. l. ſi fideiuſſor. 7. ff. qui ſatiſd. cog. l. 1. ſi quis in ius vocat.
Eclog. Βασιλ. lib. 7. tit. 14 cap. 2. Vix enim idoneus habetur,
qui difficulter ſui facit conueniendi copiam, *Angel. & DD.*
in l. 2. ff. qui ſatiſda. cog. Iacob. Menoch de recup. poſſeſ. remed. 1.
num 315. & quidem talem eſſe oportet, qui de iure efficaci-
ter obligari atq; conueniri poſsit, *Anton. Gomeſ. tom. 2. varia.*
2 *reſol. cap. 13. nu. 8.* Qua in re conſtituamus regulam, quod †
fideiubere poſsint omnes, qui & ſtipulationem contrahere
queunt. *Azo. in princ. C. eo. Duaren. ff. eod. cap. 4. Gomeſ. d. cap.*
13. nu. 16. Cæterum inuenimus quaſdam perſonas à fideiu-
bendo prohibitas, tum natura, tum lege.

3 Natura † prohibentur I. infantes: quia neq; intelle-
ctum, neq; conſenſum habent, *§. ſed quod. 10. Inſtit. de inutil.*
ſtipul. l. 1. ff. de verb. oblig. & conſilij inopes ſunt, & in omni-
bus rebus infirmum eorum exiſtimatur iudicium: *l. more. 8.*
§. fin. de acq. hære. l. pupillus. 149. & ibi Dec. & Cagnol. de diuerſ.
reg. iur. antiq. l. fin. ff. de manumiſ. vind. Ac quicquid vident, ig-
norant: nec quid è re ſua ſit, ſcire vel diſcernere queunt. *l.*
1. C. de falſ. mo. l. pupillus. de acquir. hæred. Sed omnia pro vno
darent pomo, *Faber in prin. nu. 1. Inſtit. de auctor. tut. Ioach. à*
Beuſt. in rub. de iureiur. num. 7. quapropter nec ingrati pœnam
incurrunt. *l. ſi quis in ſuo. §. legis. in fin. C. de inoffic. teſta.* à teſti-
monio repelluntur, *l. 3. §. lege Iulia. ff. de teſtib.* *teſtamentum con-*
dere prohibentur, §. præterea. Inſtit. quibus non eſt permiſſ. fac. teſta.
ſiquidem ſtabilem mentem non habeant. *l. fin. C de teſta. mil.*
vndè ne quidem naturalem obligationem contrahunt, *l. quod*
pupillus.

pupillus. ff. de condict. indeb. & ibi Accurſ. l. pupillus. de oblig. & actio.
4 Eſſe tamen, † qui putent anniculos', quod fari poſ-
ſint aliquo modo, ſtipulari poſſe, ſcriptum reliquit *Eguina.*
Baro in §. pupillus. Inſtit. de inutil. ſtip. per l. 1. de oblig. & actio. l.
ſeruum rem pup. ſal. quorum ſententia rectè exploditur *per l. 1.*
5 *ff. de auctor. tuto.* Dicimus autem infantem † vſq; ad annum
ſeptimum. *l. ſi infanti. C. de iure delib. li. 1. de adminiſtr. & peric.*
tuto. Hinc Græci infantem ἑπταετῆ interpretantur, *Conſtantin.*
Harmenop. lib. 6. tit. 6. Cuiac. in l. 1. ff. de verb. oblig. Ioh. Borcholt.
in tractat. de feud. ca. 5. nu. 46. & idem de pact. cap. 3. num. 2.
Theophilus in d. §. pupillus. Inſtit. de inutil. ſtip. infantes dici ait,
τὺς ἔτι θηλάζοντας καὶ μικρῷ μείζονας.
6 Secundò prohibentur † furioſi. Furioſus enim quod a-
git, non intelligit., *§. furioſus. 8. Inſtit. de inutil. ſtip. l. illud. 3.*
ff. de iniurijs. c. illo. §. ſanè. 15. q. 1. Vaſq. de teſtat. poten. lib. 2. §. 13.
nu. 47. Ideo nulla eius eſt voluntas. *l. in negocijs. 5. l. furioſi,*
40. de diuerſ. reg. iur. §. præterea. Inſtit. quibus non eſt permiſſ. fac.
teſtam. Saluianus de prouidentia Dei lib. 5. vbi ait: Voluntas non
eſt, vbi furore peccatur. *Iaco. Rauar. in d. l. furioſi. 40. ff. de di-*
uerſ. reg. iur. antiq. nullus item conſenſus. l. 2. C. de contrah. emt,
Hinc Bartolus lapidi furioſum æquiparat in *l. 1. §. item ac-*
quirimus. ff. de acquir. hæred. Nam furor hominis mentem ab-
ſtrahit, vt veram rerum ſubſtantiam diſcernere nequeat.
c. ſicut. vbi Cardin. Alex. not. 47. diſtin. coq; abſentis, dormientis &
quieſcentis loco habetur, l. 2. §. furioſus. de iure codicill. l. 1. §. adi-
piſcimur. de acquir. poſſ. l. vbi non voce. §. furioſus. d. l. in negocijs.
& ibi Dec. Cagno. de. reg. iur. l. 2. §. furioſus. de procurat. Iaſ. in d.
l. pupillus ſi fari, de acquir. hæred. Pariſ. conſ. 99. nu. 15. & conſ.
110. nu. 15. volu. 2. Tiraq. de pœn. temper. aut remitt. cauſ. 3. nu. 2.
3. Maſcar. de probat. concluſ. 828. nu. 2. & ad omnia mentis
7 cœcitate laborat *Cicero in 3. Tuſcul. quæſtio.* Probabitur † au-
tem furor ex varijs indicijs, atq; ſignis: Veluti ſi quis ob fu-
rorem ab affinibus & propinquis carcere contineatur, &
compedibus conſtringatur, *Vlp. in l. congruit. §. furioſi. & ibi*
Bald. de offic. præſ. Franciſ. Mantica de coniectu. vlt. volunt. lib. 2.
tit. 5.

tit 5. poſt nu. 12. Ioſeph. Maſcar. de probat. concluſ. 826. nu. 2. vbi refert ex Herodoto, Cleomeni cuidam accidiſſe, qui à Lacedæmonijs, quibus imperabat, primo expulſus, deinde priſtinæ dignitati reſtitutus, in tantam incidit inſaniam, vt vnicuiq; obuio ſceptrum in faciem impingeret. Cuius furoris gratia à propinquis ſoleis ligneis illigatus eſt, & in carcerem coniectus, vbi arrepto cuſtodis ergaſtularij gladio, ab ima corporis parte ad verticem capitis ſeſe diſſecuit. Item probandi furoris argumentum eſt, ſi à patre quis furioſus ſit exiſtimatus, per ea quæ allegat *Maſcar. d. loco. num. 5.* Item ſi datus furoris gratia ſit curator, *Maſcar. num. 7.* Sumitur item furoris præſumptio ex nimia audacia: ex memoria inordinata, *Maranta in l. is poteſt. nu 128. de acq. hære.* ignoratione proprij nominis, *Bart. in l. ſi quis in fundi. poſt num. 6. & ibi Caſtrenſ. num. 5. de legat. 1. Iaſ. in l. furioſum. poſt nu. 4. verſ. item qui nomen. C. qui teſta. fac. poſ.* ex clamore incondito, *DD. in l. quidam in ſuo. ff. de condit. inſtit.* & potiſsimum ex ſermone rationi minus conueniente, *Accurſ. in l. nec codicillos, in verbo probari. C. de codicill. Vant. de nullitat. proceſſ. tit. ex defectu inhabil. nu. 17. 18.* nec non ex factis, vt proiectione lapidum, *per l. 2. C. de Iudæ. Ferret. conſ. 207. poſt nu. 12. verſ. ſecundo. Tiber. Decian. conſil. 127. poſt nu. 30.* alijsq́; circumſtantijs, *Vig. Zuiche. in §. item furioſi. Inſtit. quibus non eſt permiſſ. fac. teſta. Vaſq. de teſtat. pot. lib. 2. §. 13. nu. 48. de quibus Maſcar. dict. concluſ. 826.*

Quod autem furioſus intercedere pro alio nequeat, id
8 de eo † intelligi volumus, qui continua mentis alienatione omni intellectu caret, atq; perpetuo furore agitatur, *l. cum prætor. de iudic. l. Diuus Marcus. de offic. præſ. l. humanitatis. 9. C. de impub. & alijs ſubſtit.* Hinc noſſe oportet, furioſorum duo
9 † eſſe genera, quoſdam in continua mentis alienatione eſſe, quoſdam ſuas habere inducias, ſeu certa interualla, *Iuſt. Reuberus in tract. de teſtib. par. 1. nu. 17. Cagnol. in d. l. in negocijs. 5. de reg. iur. num. 5. Ioh. Borcholt. d. tract. de pact. cap. 3. num. 4. cum ibi alleg. textibus.* Illi ab omnibus actibus & negocijs arcentur: hos verò, eo tempore, quo furor intermiſſus eſt,

quoſlibet contractus celebrare poſſe ambigendum non eſt,
l. 2. C. de contrab. empt. & ven. vbi Impp. Dioclet & Maxi. reſcripſerunt, intermiſsionis tempore furioſos, maioresq́; viginti
quinq; annis venditiones & alios quoſlibet contractus facere poſſe, ideoq́; & tunc paciſci queunt, & conſentire, item
teſtamenta facere, *d. §. furioſi. Inſtit. quib. non eſt permiſ. fac. teſta. Borcholt. d. c. 3. nu. 5. & teſtimonium ferre. l. qui teſtamento. §. nec furioſus. ff de teſtam Speculat. in §. 1. nu. 88 de teſtib. Alberic. eod. tracta. de teſtib. part. 1. tit. quando repell. teſt. ratione defe. perſon. nu. 17. in fin. Campeg. eod. reg. 114. Reuberus in 1. part. eo. num. 18. Ioach. à Beuſt in repet. l. admonendi. 31. ff. de iureiur. nu. 572. Maſcar. de probat. d. concluſio. 828. nu. 5.* igitur & fideiubere
furioſos tempore interualli poſſe, extra omnem eſt dubita-
10 tionem. Illud in quæſtionem vocatur, ſi quid † actum ſit
à furioſo, qui dilucida habeat interualla, ſi non conſtet, quo
tempore actum ſit, vtrum tempore furoris, an verò tempore
interualli actum præſumatur? Et quidem non deſunt,
11 † qui ſentiant, in dubio non præſumi ſanæ mentis fuiſſe eo
tempore, quo geſtum eſt, licet rectè geſtum ſit, *Panor. in c. ſicut. nu. 3. de reg. & tranſ. ad relig. Dec. in d. l. furioſum. nu. 14. &*
12 *ſeq C qui teſta. fac. poſſ.* Contrarium † tamen verius eſt, vt
videlicet actū ad tempus interualli referamus, modò actus
eiuſmodi ſit, qui minus alicuius ſtultitiæ argui poſsit. *per l. bis qui. de tutor. & curat. dat. ab bis. Bald. in c. 1. in princ. nu. 2. per quos fiat inuſt. Iaſ. in d. l. furioſum. num. 3. Thom. Grammat. deciſ. 73. nu. 38. Couarru. de ſponſal. & matrimon. in 2. part. cap. 2. num. 17. Maſcard. concluſ. 825. nu. 13. Borcholt. de pact. cap. 3. num. 6. Hinc Grammat. d. deciſ. 73. nu. 38. refert ex Hoſtienſ. Iohan. Andr. Abbate, Barba in c. ad noſtram. de conſuet.* valuiſſe ſententiam
fatui cuiuſdam Pariſienſis, contra tabernarium, qui volebat
ſibi ſolui nummos à quodam paupere, quod comederat
panem ad odorem carnium aſſarum tabernarij. Nam fatuus pronunciauit, ſoluendum eſſe de tinnitu numiſmatis,
vt ſicut pauper ſatiatus eſſet ex carnis odore, ita tabernarius ſatiaretur ex nummi clangore. Hæc de furioſo. Illud
mo-

13 monendi † ſumus, ea, quæ hactenus de furioſo dicta ſunt, etiam in mente capto obtinere. *d. §. item furioſi. Inſtit. quibus non eſt permiſſ. fac. teſta.* nam vt plurimum ex iuris diſpoſitione à pari procedunt, *§ Conſideremus. in Auth. vt hi qui oblig. ſe hab. perhib. res min. §. 1. Inſtit. de curat. l. 2. & ibi Bald. de curat. furioſ. Iaſ. in l. patre furioſo. num. 3. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. Dec. conſ. 86. num. 7. Alciat. in l. 1. num. 59. de verb. oblig. Menoch. conſ. 82. nu. 196. vol. 1.* quamuis aliàs diſtinguatur mente captus à furioſo. *l. ſi furioſi. C. de numerat. dot. d. l. humanitatis. 9. C. de impub. & alijs ſubſtit.* & Vlpianus dubitat vtrum, quod in mente capto ſtatutum eſt, in furioſo locum habeat, *in d. l. ſi furioſi.* hinc & Græci furioſos μαινομένους, dementes ἀνοήτους appellent, Attamen ſæpe ſub mente capti ſignificatione contineri omnes, qui quomodocunq; mente carent, receptius eſt, *Vig. Zuichemus in d. §. item furioſi. Inſtit. quibus non eſt permiſſ.*

14 Alciatus arbitratur, mente captum † dici, qui morbo oppreſſus eſt, quem Græci μώρωσιν dicunt, cui λογιστικὸν h. e. rationalis animæ pars labefactata eſt, prouenitque, vt Galenus ait, ex ſolo humenti, maloque temperamento in capite hærenti: vel cui deficit mens & conſilium animi, abſq;

15 tamen euidenti furore: cum è contrario furioſus † ille ſit, qui rabie euidentis furoris agitatur. *Hoc diſcrimen tradidere Bald. & DD. in l. ſi furioſi. C. de nupt. & in d. l. humanitatis. C. de impub. & alijs ſubſtit. & in l. ſed & milites. §. iam autem. ff. de excuſ. tut. & in l. 2. C. de curat. furioſ. Iaſ. in l. furioſum. num. 2. C. qui teſta. fa. poſſ. Alex. conſ. 54. nu. 1. lib. 1. Curt. Iun. conſ. 151. nu. 8. 9. Boër. deciſ. 23. col. 3. Dec. conſ. 86. col. 4. Grammat. conſ. 16. nu. 14. Pariſ. conſ. 87. nu. 1. Vantius de null. proceſſ. de nullita. ex defect. inhab. nu. 18. Menoch. d. conſ. 82. nu. 195. vol. 1.* Quibus

16 autem ſignis † atque argumentis mente captus oſtendatur, eleganter & perſpicuè more ſuo declarat *Ioſeph. Maſcard. dict. tracta. de probat. concluſ. 1048. nu. 3. cum ſeqq. vol. 2.* III Pro-

17 hibetur mutus † & ſurdus. *l. 1. § pen. ff. de oblig. & actio. l. 1. de*

18 *verb. oblig.* Mutum † accipimus eum, cui eloquendi facultas adempta eſt, non qui grauiter & difficulter loquitur,

vel *ἀσαφῶς. l. mutum. ff. de adil. edict.* vel qui bleſus, balbus, vel atypus eſt. *l. idem Offilius. §. fin. & ibi Buda. de adil. edict.* Sanè qui inconditum vocis murmur & ſonum inarticulatum, vt ita dicam, edit, ex quo nulla ſignificatio colligi poſsit, inter mutos eum referri meritò dixerimus. Aliud enim loquela eſt, aliud ſonus. Proinde & eum, qui *ἀτύμως* loquitur, morboſum eſſe voluit *Vlpianus in d. l. mutum. de adil. edict.* Sur-
19 dum † vero intelligimus, qui omninò nihil exaudit: vtpo-
20 te aurium meatus obtuſos habens, non ſurdaſtrum, † qui tardius exaudit, *Coraſ. ad l. 1. de verb. oblig. nu. 3.* Ideo au-
21 tem mutus † & ſurdus fideiubere nequeunt, quia fideiuſſio verbis contrahitur, nec aliter fideiuſſor obligatur, *d. l. blanditus. 12. C. eo. Petr. Nicol. Mozius de ſtip. rub. quare inuenta eſt ſtipulatio, nu. 6. & IC. in d. l. 1. de verb. obligat. ſcribit*, ſtipulationem non poſſe confici, niſi vtroque loquente, & ſic verbis: quæ cum hic deficiant, ideo nec ſibi ſtipulari, nec alteri promittere poſſunt. *§. mutum. Inſtit. de inutil. ſtip. d. l. 1. §. pen. de oblig. & actio. Iaſ. in d. l. 1. num. 9. 25. de verb. oblig.* Quo-
22 ad igitur hanc obligationem † ſimiles ſunt infantibus & furioſis, *d. l. 1. de verb. oblig. d. l. 1. §. pen. de oblig. & actio.* non quod intellectu omninò & ratione deſtituantur, ſiquidem acutiſſimo † nonnunquam ſint præditi intellectu & mentis per-
23 ſpicacitate, adeò vt ex labiorum nutu rem ſæpe intelligant; ſed ob ſimilitudinem quandam rationis, quæ eſt inter furioſos, infantes & hoſce. Etenim mutus & ſurdus, licet ipſi intelligant, quod agunt, ex altera tamen parte, quod aga-
24 tur, non audiunt, neque percipiunt. Quare † ipſos neque interueniente ſcriptura, ſi literas norint, cum verbis obligari poſſe conſentaneum eſt, *per l. non figura. 38. de oblig. & actio.* alioquin & inter abſentes perfici poſſet ſtipulatio, *quod eſt contra §. item 9. Inſtit. de inutil. ſtip.* Non igitur obſtabit nobis *d. l. non figura. 38.* nam ibi ex ſcriptura præſumitur ſtipulatio contracta eſſe inter eas perſonas tantùm, quæ fari poſ-
25 ſunt: quia in ijs, † quæ *ἀδύνατα* ſunt, præſumtio iuris locum non habet, *Duaren. d. l. 1. de verb. oblig.* Ac ſcripturæ eo in loco

fit

fit mentio, non quod ſtipulatio ſcriptura propriè contrahatur, ſed mage quod per eam probetur, *VVeſenbec. §. item inutilis.6.Inſtit. de inutil.ſtip.* Itaque recta IC. *in d. l.* non ſigura ait,
26 nos non ſtipulari ſcriptura, ſed obligari. Sed † hodie, teſte VVeſenbec. confuſo ſaltem quoad effectum, ſtipulationum & pactorum iure, *c. 1. vbi DD. & inprimis Fortun. Garzia. ex. de pact.* dubitari non debet, quin mutus ſcriptura rectè obligetur: non propria ſtipulatione, ſed quadam ſcripturæ obligatione. *l. contractus 14. C. de fid. inſtrum. l. optimam. 14. C. de contrah. ſtip. & item 9. Inſtit. de inutil. ſtip.* Quare Damhouderius ſcriptum reliquit, fideiuſſorem mutum (dum tamen aliàs ſit idoneus) ex facultatibus, & conueniendi facilitate admittendum, præſertim ſi ſcribere ſciat, ſeque fideiubere velle ſuam per ſcripturam declaret, licet articulatè loqui neſciat. *Damhoud. de tuto. & curat. muner. cap. 6. nu. 14.* Ve-
27 rum hæc, † quæ diximus, an de muto & ſurdo copulatiuè accipienda erunt, an verò etiam de alterutro tantum? Et
28 quidem † qui mutus à natura eſt, etiam ſurdus eſt: Solent tamen muti natura reperiri, qui audiunt. Ita de Crœſi regis filio prodiderunt hiſtoriæ, qui, cum elinguis iam inde à prima pueritia eſſet, patre in ſummo diſcrimine conſtituto, ad hoſtis inſultum exclamat: *ἄνθρωπε μὴ κτεῖνε Κροῖσον. Aulus Gell. lib. 5. cap. 9.* id quod vix proferre potuiſſet, niſi prius aliorum ſermonem audiuiſſet atque didiciſſet. Quin imò potius, quos ſurdos natura progenerat, iiſdem & ſermonis vſum ablatum ſcribit *princeps Philoſ. Ariſt. in lib. de hiſt. animal. lib. 4. cap. 9. & Plinius lib. 10. cap. 69.* cum enim verba audire nequeant, ideo neque ediſcere poſſunt elocutionem.
29 Si tamen de alterutro † caſus eueniret, iudicandum videretur, neutrum ad ſtipulandum, & conſequenter, ad fideiubendum admitti debere. Nam in muto deficiunt verba, quę pertinent ad ſubſtantiam ſtipulationis. Surdus percipere non poteſt, quod ex altera parte agitur, vt ante dictum eſt. Et id colligi poteſt ex ſupra allegata *l. 1. §. pen. & vlt. ff. de oblig. & actio. vbi IC. Gaius ſcribit:* Mutum nihil pertinere ad obliga-

ligationem verborum, natura manifeſtum eſt. Sed & de
ſurdo idem dicitur: quia etiamſi loqui poſsit, ſiue promit-
tat, verba ſtipulantis exaudire debet: ſiue ſtipuletur, debet
exaudire verba promittentis, *item ex d. l. 1. de verb. oblig. vbi
Vlpian.* ſtipulatio, inquit, non poteſt confici, niſi vtroq; lo-
quente. Et ideo neque mutus, neq; ſurdus, neque infans
ſtipulationem contrahere poſſunt, quibus concinit *d. §. inu-
tilis. verſ. mutus. Inſtit. de inutil ſtip.* Hic vbique mutus à ſur-
30 do ſeparatur. Quibuſdam tamen videtur, † ſurdum non
omninò à ſtipulatione repelli: cum ex Celſi ſententia di-
cat Iuſtinianus, nullum eſſe, qui penitus non exaudiat, ſi
quis ſupra cerebrum illius loquatur. *l. diſcretis. §. ſin autem. C.
31 qui teſtam. fac. poſſ.* Sed certè aliud † eſt tardius exaudire, &
ſermonem paulò grauius percipere, cuius generis homini-
bus ſtipulandi vſus interdictus non eſt. *d. l. 1. §. pen. & vlt. de
oblig. & act.* aliud, ita exaudire, vt non, niſi magna voce ſu-
per cerebrum inclamatum fuerit, percipiatur: quos haud
immeritò ab huius obligationis limine remouemus, *Iohan.
32 Coraſius d. l. 1. nu. 3. de verb. oblig.* Mutus † autem ex qui-
bus actibus probetur, *tradit. Maſcar. de prob. concluſ. 1083. nu.
3. cum ſeq. vol. 2.*

33 IV. Prohibetur † ebrius. Etenim cum contractus ab
34 ebrio † initus nullius ſit momenti, *gl. in c. vnuſquiſq; in verſ. qui
ebrius. 22. q. 4. per text. in c. ſane. 15. q. 1.* vbi dicitur, quod e-
brij neſciant, quod loquantur. *Idem voluit Alex. poſt Baldum
in l. dolum. C. de dolo malo. Roman. in l. 1. in prin. vbi etiam Barbat.
col. 7. verſ. quid in ebrio. ff. de verb. oblig. Tiraquell in tract. de pœ-
nis temper. cauſ. 6. nu. 8. vbi multa congeſsit:* meritò etiam fide-
iuſsio facta ab ebrio non ſubſiſtet, quemadmodum neq; pa-
35 ctum. *Borcholt. de pact. cap. 3. num. 13.* Ebrietati † enim comes
furor eſt. *c. veneer. 35. diſtinct.* & ebrij comparantur infanti-
bus & furioſis. *c. 3. q. 2. d. c. ſanè, 15. 1. Tiraq. de pœn. d. cauſ.
6. nu. 8. Menoch. de arbitra. iud. quaeſt. caſu. 326. nu. 1. Maſcar. de
probat. conclu. 579. nu. 3. vol. 2.* Hinc Seneca ebrietatem vo-
luntariam appellauit inſaniam, *vt refert Bald. in l. quid ergo.
12. §.*

12. §. pœna grauior. 7. de his qui not. inf. Choſſane. in conſuet. Burgun. rub. 1. §. 6. verb. meſsior. num. 57. per quam mentis inducitur exilium, & omnium libidinum prouocatur incendium. *d. c. venter. & c. 1. diſt. 35.* quo alludit Horatianum illud *lib. epiſt. 2. ad Lollium*:

Sirenum voces, & Circæ pocula noruni.
Viuunt vt canis immundus, vel amica luto ſus.

Et Plato ebrium puero ſimilem eſſe dixit: Non ſolum, inquit, ſenex bis puer, verum etiam ebrius, *in 1. de legibus.* Aeſchylus ebrietatem tanquam peſtem fugiendam ſuadebat. Qui enim potus menſuram tranſgreditur, non amplius mentis & linguæ compos eſt, ſed ſine pudore turpia & indecentia loquitur, ex viro factus eſt puer. Quo referatur & illud Horatij *lib. 1. in epiſt. ad Torquat.*

Quid non ebrietas deſignat? operta recludit,
Spes iubet eſſe ratas, in prælia trudit inermem.
Solicitis animis onus eximit, ac docet artes,
Fœcundi calices quem non fecêre diſertum?
Contracta quem non in paupertate ſolutum?

Idem lib. 1. Oda. 18.

Subſequitur cæcus amor ſui.
Attollens vacuum plus nimio gloria verticem.
Arcaniq; fides prodiga, perlucidior vitro:

Et Virg. de Venere & vino.

Arcanum demens detegit ebrietas.

36 Hinc Aeſchines dicere ſolebat, ſpeculum † formæ eſſe æs, vinum autem animi. Voluit indicare, nihil tam ſecretum eſſe animo noſtro inſculptum, quod ebrietas, ſi hominem occupat, non effudire auſit, *Valer. Max Sermo. 30.* Ac mehercle viris quibuſdam magnatibus, vel prudentibus in more eſſe videmus, vt per ebrietatem, ſi quem vino largiter proluerint, arcana inquirere, ingenium, mores & taciturnitatem explorare enitantur: id quod & illo Horatiano ſignificatur:

Dicuntur reges multis vrgere culullis.

Et vexa-

Et vexare mero, quem perſpexiſſe laborant,
An ſit amicitia dignus.

Quos verſiculos vir iudicij & eloquentiæ incomparabilis
37 D. Vlricus Mordiſius † genero ſuo Domino Hartmano Piſtoris primario ætatis noſtræ Iuriſconſulto memoriæ ergò cum in aulam magni cuiuſdam Principis primùm vocaretur inſcripſerat. Et hoc quidem tempore in laude habetur
38 is, & meritò, qui cum vino † potus ſit, mente tamen ſobrius apparet: cum alioquin ebrij, animo è poteſtate relicto, multa faciant, quibus ſobrij erubeſcunt. Ac perpetua memoria teneatur illud Senecæ: Certè, inquit, eruit omne vitium ebrietas, incendit, ac detegit, obſtantem malis conatibus verecundiam remouet. Plures enim pudore peccandi, quàm bona voluntate, prohibitis abſtinent. Vbi poſſedit animum nimia vis vini, quicquid malè latebat, emergit. Non facit ebrietas vitia, ſed protrahit: tunc libidinoſus ne cubiculum quidem expectat, ſed cupiditatibus ſuis quantum petierint, ſine dilatione permittit: tunc petulans non linguam, non manum continet. Creſcit inſolenti ſuperbia, crudelitas ſæuo, malignitas liuido, omne vitium detegitur & prodit. Adijce illam ignorationem ſui, dubia, & parum explanata verba, incertos oculos, gradum errantem, vertiginem capitis, tecta ipſa mobilia, velut aliquo turbine circumagente totam domum, ſtomachi tormenta, cum efferueſcit merum, ac viſcera ipſa diſtendit, tunc tamen vtcunque tolerabile eſt, dum illis vis ſua eſt. Quid? cum ſomno vitiatur, & quæ ebrietas fuit, crudelitas facta eſt. Cogita, quas clades ediderit publica ebrietas. Hæc acerrimas gentes, bellicoſasq; hoſtibus tradidit. Hæc multorum annorum pertinacia bello defenſa mœnia patefecit. Hæc contumaciſsimos & iugum recuſantes in alienum egit arbitrium. Hæc inuictas acies mero domuit. Alexandrum tot itinera, tot prælia, tot hyemes, per quas, victa temporum locorumq; difficultate, tranſierat tot flumina ex ignoto cadentia, tot maria tutum dimiſerunt, intemperan-

perantia bibendi, & ille Herculeanus ac fatalis ſcyphus
condidit. Marcum Antonium magnum virum, & ingenij
nobilis, quæ alia res perdidit, & in externos mores ac vitia
non Romana traiecit, quam ebrietas? Nec minor vino
Cleopatræ amor. Hæc illum res hoſtem Reip. hæc hoſtibus
ſuis imparem reddidit, hæc crudelem fecit, cum capita prin-
cipum ciuitatis cænanti referrentur, cum inter apparatiſsi-
mas epulas luxusq; regales ora, ac manus proſcriptorum
recognoſceret, cum vino grauis, ſitiret tamen ſanguinem.
Intolerabile erat, quod ebrius faciebat. Si ſobrius faceret,
quantò intolerabilius, quod hæc ipſa in ebrietate faciebat?
Ferè vinolentiam crudelitas ſequitur, vallatur enim exa-
ſperaturq; ſanitas mentis. Hæc ille. Sane vel ipſis Ethnicis
39 ebrij † adeo inuiſi fuerunt, vt cenſores tanquam indignos,
qui honores & publica munera gererent, Senatu mouerent,
40 notaq; & ignominia perſtringerent. Lacones pueris † o-
ſtendebant ſeruos temulentos, quò magis abominarentur
ebrietatem, videntes, quàm deforme ſpectaculum ſit homo
temulentus, quamq; dementi ſimilis. *Plutarch. in Laco. Iohan.
Combeſtus in Enchiridio apophtheg.* Pitthàcus Mytilenæus temu-
41 lentos, † ſi quid deliquiſſent, duplici pœna affici voluit, vt
formidine ſupplicij à vino promptius abſtinerent. *Ariſtot.
lib. 3. Ethic. & num. 2. politic. cap. 10. Alexand. ab Alexand. lib. 3.
genial. dier. cap. 11. Laërt. lib. 1. cap. 5. Tiraq. de pœn. d. cauſ. 6.
num. 9. Menoch. de arbitr. qq. lib. 2. cent. 4. cap. 326. Barthol. Ro-
mulus in l. vt vim. 3. de Iuſtit. & iur.* id quod approbatum eſt
à Carolo V. in edictis promulgatis anno 31. *vt refert Borcholt.
d. tract. de pact. cap. 3. num. 17.* Et Athenienſes ex inſtituto So-
42 lonis ebrium principem † morte mulctaſſe, *auctor eſt Cæl.
Rhod. lib. 28. cap. 31. Laërt. in Solone. refert Maſcar. d. concl. 579.
43 num. 3.* Iure tamen noſtro † ebrijs pœnam minui atque mi-
tigari legimus, cum abſit dolus. *l. omne delictum. §. per vinum.
ff. de re milit. l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. pœnis. c. inebriauerunt
Loth. 15. q. 1.* vbi Loth ob ebrietatem ab inceſtu excuſatio-
nem meretur. *Tiraq. d. cauſ. 6. Iul. Clar. lib. 5. ſent. iur. §. fin.*

E *quæſt.*

quæſt. 60. verſ. præterea quæro. Did. Couar. clem. ſi furioſus. par. 3. in initio. num. 3. de homicidijs, & Menoch. d. caſu 326. Andreas Geyl. lib. 2. obſ. obſ. 110. nu. 23. vbi, qua ratione id intelligendum ſit, fuſè & dilucidè explicatum reperitur. De Pyrrho Epirotarum rege illud memoratu dignum eſt: qui cum maledictis temulentorum aliquot iuuenum grauiter proſciſſus eſſet, re ad ipſum delata, vnoq; eorum vocato, rogauit, an crimen iſthoc confiteretur, ita, inquit, iuuenis, & grauiora dixiſſemus, ſi amplius vini fuiſſet, quin niſi lagena defeciſſet, te occidiſſemus. Hac ſimplici, ingenua, atq; vrbana confeſſione rex motus, impunè ipſum dimiſit, *Plutarch. in vita Pyrrhi. Valer. Max. lib. 5. cap. 1. Quintil. lib. 6. cap. 4. Barchols. d. cap. 3. num. 17. cui ſuffragatur l. vnica. C. ſi quis Imp. maledix.* vbi Diuorum Impp. conſtitutione à pœna immunis eſt is, qui ebrius Imperatorem ſuggillauerit.

44 Cæterum quod diximus, ebrium fideiuſsione non aſtringi, exaudiendum † eſt de ſumma & enormi ebrietate, quæ rationis vſum homini adimit, & dolum in delicto, ſed non culpam tollit. Hic enim nullum eſt rei gerendæ ſanum conſilium, *Geyl. d. obſ. 110. lib. 2. num. 28.* Ideoque nec obligatio: ſecus eſt in eo, qui modicè ebrius eſt: hunc enim & teſtari & contrahere poſſe placuit *Paul. de Caſtro in l. frater. per illum tex. C. qui teſtamen. fac. poſ. Deci. conſ. 112. Maſcar. de probat. d. concluſ. 579. num. 8.* Ergo & fideiubere poſſe exiſtimauerim: cum nec in delictis iſtum ab ordinaria pœna liberari ob modicam ebrietatem traditum habeamus *à Bald. in l. data opera. C. qui accuſa. non poſſ. Angel. in tracta. malefic. in verb. ſcienter. nu. 17. Ripa l. fin. nu. 79. C. de reuoca. donat. Tiraq. d. cauſ. 6. num. 6. Dambouder. in pract. crim. cap. 84. num. 19. Menoch. d. caſu 326. nu. 7. Geyl. d. lib. 2. obſ. obſ. 110. num. 28. Maſcar. d. concl. 579. num. 9.* quanquam & ſic diſtinguunt inter
45 ebrietatem, † quæ caſu & clam ac ignoranter irrepit: & ebrioſitatem, quæ ex habitu vitioſo & continuato naſcitur: vt huic ordinaria pœna, illi arbitraria & mitior imponatur, *Geyl. d. obſ. 110. num. 27. 28.* quam diſtinctionem videtur Seneca

neca illis verbis demonſtraſſe, dum ſcribit, Ebrium duobus
modis dici, altero, cum aliquis vino grauis eſt, & impos
ſui: altero, ſi ſoleat ebrius fieri, & huic obnoxius vitio eſt.
Vtinam verò (vt de fideiuſsionibus hoc adijciam) iura no-
ſtra fideiuſſores omnes reſpuerent, qui non ſobrij & ſano
conſilio ad arctiſsimum hoc obligationis vinculum acce-
dunt. Quæ, quantæq;, proh Deum, querelæ paſsim à mul-
tis quotidie audiuntur, qui ebrietate ſepultos ad fideiuben-
dum, ſubſignandum, ſubſcribendumque inductos atque
circumuentos ſeſe miſerè clamitant. At ſpopondiſti, præ-
ſto noxa eſt.

48 V. Fideiuſsionibus interdicitur † prodigo, cum pro-
mittendo ne quidem naturaliter ſtipulanti obligetur, neq;
pro ipſo fideiuſſor interuenire poſsit, *l. is cui. 6. & ibi Coraſ nu.
6. Duaren. & Cuiac. & l. 1. §. ſi quis ita. de verb. oblig. l. fideiuſſor.
16. §. fideiuſſor. 3 Gaius in l. ſi à reo. §. ſi à furioſo. ff. de fideiuſſ* (cum
quo tamen diſſentire videtur *Marcellus in l. Marcellus. ff eo. vt
notat. Anton. Contius lib. 2. cap. 3. & Iacob. Rauar. lib. 2. cap. 9.*) Eſt
enim furioſo ſimilis, eiusq; nulla voluntas eſſe intelligitur.
*l. Fulcinius. §. ideinq;. ff. ex quib. cauſ. in poſſes. eat. l furioſi. 40. ff.
de diuerſ. reg. iur. antiq. l. ſi prædia. ff. de reb. eor. l. 1. ff. de curat. fu-*
49 *rioſ.* Ideoq; ipſi etiam † non petenti curatorem dari, ac ex-
emplariter (vel rectius quaſi pupillariter) ſubſtitui poſſe
teſtatum facit *Bart. in l. poſt facto. col. 6. verſ. quæro vtrum de vulg.
& pup. Iaſ. in d. l. is. cui. 6. de verbo. obligat. in 6. nota. Dec. in d.
l. furioſi. 40. num. 4. Cagnol. num. 4. de reg. iur. Damhoud. de tu-*
50 *tor. & curat. muner. cap. 8. nu. 58.* Largorum, † *teſte Cicerone lib.
2. de offic.* duo ſunt genera, quorum alteri liberales, alteri
51 prodigi vocantur. Liberalibus † hic eſto commendatus e-
largiendi modus, qui præſcribitur proconſuli *in l. ſolent. 6. ff.
§. 3. de offic. proconſul. & leg. ὅτι πάντα, ὅτι ποῖοις, ὅτι παρὰ παί-*
52 *τον.* Prodigus † is eſt, qui neq; tempus, neq; finem expen-
ſarum habet, ſed bona ſua diſsipando & lacerando profun-
dit. *IC. in l. 1. ff. de Curato. furioſ.* in ijſq; furioſum facit exi-
tum. *l. his qui. §. fin. ff. de tutor. & curat. dat. Conna. lib. 9. cap. 4.*

nu. 11. Damhoud. de tutor. & curat. mune. cap. 8. nu. 3. Hic inuenit locum id, quod Anaxagoræ aſcribunt, magno cum negocio pecunias comportari, ſed multò maiore opera conſeruari ac cuſtodiri, iuxta illud Ouidij:

Non minor eſt virtus, quàm quærere parta tueri.

53 Sed quæſitum fuit, ipſo iure † prodigo bonorum adminiſtratio interdicatur, an vero Iudicis decreto opus ſit? Primis quidem temporibus more quodam ciuitatis, bonorum adminiſtratio ipſo iure illi interclusa erat: quod ius vtpote antiquiſsimum ad 12. tabulas redactum eſt, vnde & in curatione agnatorum eſſe iubetur. *§. furioſi. Inſtit. de curat.* Ad ius iſtud antiquiſsimum omnes leges, quæ prodigum ab adminiſtratione repellunt, adaptandæ atq; referendæ ſunt. *l. 1. de curat. furioſ. l. is cui. l. de te. l. mutum. §. 1. de acquir. here. §. fin. Inſtit. de his qui ſunt ſui vel alie. Iaſ. in d. l. is cui. 6. de verb. oblig.* Sed quia probabiliter ignorari poteſt, quando quis pro prodigo haberi debeat, poſtea obtinuit, vt non ipſo iure, ſed præeunte inquiſitione, & à Magiſtratu declaratione facta, interdictio fiat, & à prætore curator conſtituatur. *l. 1. l. Iulianus. ff. de curato. furioſ.* cuius formula deſcripta extat apud *Iul. Paulum lib. 3. ſent. tit. de teſtam.* his
54 verbis: Quando † bona tua paterna habitaq; (habita, h. e. auita) nequitia tua diſperdis, liberosq; tuos ad egeſtatem perducis, ob eam rem tibi ea re commercioq; interdico. Et ita res conciliari poteſt. *Cagnol. d. l. furioſi. 40. nu. 8. de reg. iur. Damboud. de tutor. & curat. mun. d. c. 8. num. 11. 12. Vig. Zuich. in §. item prodigus. Inſt. quibus non eſt permiſſ. Cuiac. in d. l. is cui. 6. de verb. oblig. VVeſenb. in parat. ff. de curat. furioſ. num. 3. Borcholt.*
55 *de pact. cap. 3. num. 10.* Huius interdictionis hic eſt † effectus, quod poſtea (non antè) furioſo æquiparetur prodigus, ipſi omnis alienatio, obligatio, *gl. in l. 1. in prin. in verb. lege, de curat. furioſ. Damboud. cap. 9. de tuto. & cura. mun. num. 2 & nu. 30.* teſtamentorum & codicillorum factio ſit adempta, *l. is qui. ff de teſtamen. & ibi Bart. §. item prodigus. Inſtit. quibus non eſt permiſſ. fac. teſt. & ibi Angel. Ferd. Vaſq. de teſtat. poten. lib. 2. §. 13.*

num.

num. 51. 52. ac ita neq; inter viuos, neq; cauſa mortis bonorum ſuorum adminiſtrationem habeat, *Cuiac. d. l. is cui. 6.*

56 Quid verò, ſi non ipſis bonis † interdictum fuerit, cum tamen reuera luxurioſè & heluonum more viueret, ante iudicis decretum an contrahendo obligabitur? controuerſa eſt quæſtio. Breuiter, ita communius concluſum eſt, ante prohibitionem iudicis & contrahere & obligari. *d l. 1. l. Iulianus. in prin. de curat. furioſ. Accurſ. in d. l. is cui. 6. de verb. oblig. & l. 1. in princ. de curat. furioſ. quod & ibidem tenet Bartol. Bald. Angel. Paul. de Caſt. Ludou. Roma. Iohan. Imola. Angel. Aretin.* qui hanc opinionem in foro ſeruandam monent, quod refert & ſequitur *Damhoud. in tracta. de tutor. & curat. mune. cap. 8. num. 9.* quorſum enim alioquin prodeſſet prætoris interdictio, ſi ſola lex 12. tab. ſufficeret? licet forſan aliter ſecundum ius vetus olim iudicandum fuerit, *Duaren. d. l. is cui. 6.*

57 Exiſtimat † tamen Fridericus Schenck, Baro de Tautenberg, in libello, quem inſcripſit Triadem forenſem, tali prodigo per reſtitutionem in integrum, vel contractus reſciſsionem ſubueniendum eſſe, ſi ex contractu enormiter eſſet læſus, & vltra dimidium iuſti precij defraudatus: nec enim cauſſa eſt, cur ipſe quoque beneficio *l. 2. C. de reſc. vend.* non vtatur; cuius opinionem ſequitur *Damboud. d. cap. 8. nu. 14. 18. 19. per gloſſ. notab. in l. patri pro filio. in princ. in verb. in-*

58 *terdici. ff. de mino.* Si verò prodigus ad frugem † bonam, moresq; ſaniores ſe receperit, licet quidam in eam iuerint ſententiam, ipſo iure eum poteſtate curatorum eximi, atq; bonorum ſuorum adminiſtrationem recuperare, *Bart. in l. 1. ff. de curat. furioſ. Petrus, Iacob. de Arena, Bart. in d. l. is cui. 6. de verbo. oblig.* probabilius tamen eſt, etiam hic decretum iudicis neceſſarium eſſe. *Iaſ. in d. l. is cui. 6. col. 5. Cagnol. in d. l. furioſi. 40. nu 9. Bernbar. Gualtherus lib. 1. Miſcell. cap. 38.* Nec impedimento nobis eſt Vlpianus *in d. l. 1. de cura. furio.* vbi ipſo iure videtur ceſſare poteſtas curatoris. Nam illa verba ſecundum diſpoſitionem iuris veteris interpretanda ſunt.

59 Hodie † verò quemadmodum ab initio, quod prodigæ at-

que luxurioſæ vitæ eſſet, ita & poſtea, vbi eam deſeruerit, &
meliori ſeſe addixerit, ſolennem iudicis declarationem ex-
igimus, & ita conſuetudine, & ſtatutis nonnullarum ciuita-
tum Flandriæ, nempe Gandenſis, Brugenſis, Hyprenſis
obſeruari atteſtatur Damhoud. *d.c.8.de tutor. & curat.mun.nu.*
26. Hactenus de ijs, qui natura ob defectum voluntatis &
imperfectionē mentis atq; intellectus ad fideiubendū non
admittuntur. Iam quoq; de reliquis, qui quamuis conſenti-
re, atq; ſtipulationem contrahere poſsint, vtilitatis tamen
60 gratia ꝓpter legis † prohibitionē hac obligatione eximun-
61 tur, agemus. Et in horum numero eſt. I. Pupillus eſt † impu-
bes, ὁ αὐτὸς αὐτεξούσιος ſui iuris. *Forner.in l.pupillus.239.de verb.&*
rer. ſig. Cornutus *in Perſij Satyra 2.* pupillum definit puerū in-
tra impuberis annos adhuc conſtitutum, & nondu ſuæ tu-
telæ: Sed in poteſtate ac fide tutoris verſatur *l.1.de tutel.* Suc-
cincta eſt definitio Pomponij *in d. l. pupillus.239.de verb.& rer.*
ſig. Pupillus eſt, qui cū impubes eſt, deſijt in patris poteſta-
62 te eſſe, aut morte, aut emancipatione. Duo autem † gradus
in pupillo hîc conſiderantur: prior, ſi eſt infantiæ proximus,
h. e. ſi egreſſus eſt annum ſeptimum, citra tamen mediū ſe-
cundi ſeptenarij verſatur: qui quidem linguæ gnarus eſt, non
verò, quod agit, intelligit. *l.ſeruum pupilli.ff.rem pup.ſalu.fore.Vide*
Anton. Auguſtin.lib.3.emend.iuris.c.9. Duaren.in l.1.in princ.de verb.
oblig. Eguin.Baro.Mynſ.& Cuiac. in §. pupillus. Inſtit. de inutil.ſtip.
Poſterior, ſi pubertati proximus eſt, hoc eſt, ſi vltra medium
ſecundi ſeptenarij, citra tamen pubertatem eſt conſtitutus. *l.*
non tantum de excuſat.tuto. Accurſ. in d.§. pupillus.Inſtit.de inutil.ſtip.
& in l.1.poſt prin.ff. de nouat. & ibi latè Bart. vel ſi ſex menſibus
plus minusúe à pubertate diſtat, *gl. in c. continebatur.vbi Innoc.*
de ſponſal. Iaſ.in auth. Sacramenta puberum.nu.15.C.ſi aduerſ. vendit.
Bald. Igneus in l. excipiuntur.ff. ad Sc. Sylla. Oldendorp. de vſucap.tit.
de ætate hominis. nu.2. Zaſius de Iuda. q. 2. Menoch. de arbitra. iud.
q. lib. 2. cent. 1. q. 57. nu. 26. Borcholt. de feud. cap.5. num 46. &
63 *idem de pact. cap. 3. num. 19.* alij iudicis † arbitrio id relin-
quendum cenſent, *Salicet. in l.impunitas. 7. C.de pœn. Faber d.*
§. pu-

§. pupillus. Didac. Couarru. de ſponſal. part. 2. cap. 5. num. 5. per l. 1.
de iure delib. Coraſ. lib. 6. Miſcell. cap. 23. nu. 7. præſertim cum ea
ætate in pleriſq; malitia tempus ſuppleat. *c. 1. de delict. puero.*
64 quemadmodum de Salomone † referunt hiſtoriæ, eum de-
cimo ætatis anno nondum exacto, nutricem ſuam compreſ-
ſiſſe, atque grauidam feciſſe. *Gregor. in dialogo 4. cap. 19. gloſſa*
in ſumma 20. q. 1. Brecheus l. pueri. nu. 10. de verb. ſignifi. Calcaneus
conſ. 121. num. 16. Tiraqu. de ll. connub. l. 6. num. 25. Menoch. de
65 *arbitra. qq. cen. 1. lib. 2. q. 57. num. 33.* Et de Achaz † ſcribi-
tur, cum annos natum vndecim Ezechiam filium progenu-
iſſe, *Hieronymus in 2. parte, epiſtola ad Vitalem presbyterum. Coraſ. d.*
cap. 23. lib. 6. Miſc. nu. 4. 5. Nunc ad rem. An igitur pupil-
66 lus fideiubendo † obligetur, diſpiciamus. Et ſanè res diffi-
cultate non caret. Inueſtigari primum omnium oportet, v-
trum ſine tutoris auctoritate ad fideiuſsionem acceſſerit, an
verò ea adhibita. Priore itaque caſu ſtatuimus, pupillum
67 † ſiue infantiæ, ſiue pubertati ſit proximus, abſque tutore
auctore fideiuſsionem non contrahere, *per l. certi. 9. §. idem.*
5. ff. de reb. cred. l. obligari. 9. de auctor. tut. §. pupillus. 7. Inſtit. de
inutil. ſtip. Nam, vt ſæpè meminimus, fideiuſsionis forma ſti-
68 pulationem requirit, *d. l. blanditus. 12. C. eo.* ſtipulatio † au-
tem iure ciuili introducta eſt, *per l. 5. & ibi DD. ff. de iuſt. &*
iure. licet quidã controuertant. *§. de conſtituta. 9. Inſtit. de action.*
Petr. de Rauenna in l. hac conſultiſſima. 21. C. de teſtam. Alberic. de
Roſate in l. legitima. 6. ff. de pact. Stepha. Forcat. in Dialect. Bern-
hard. Gualthe. lib. 1. Miſcella. cap. 11. Vide Hotoman. in §. ius autem
gentium. in verb. pen. Inſtit. de locat. & condu. & Contium lib. 1.
commenta. iur. ciuil. cap. 6. num. 11. 12. Pupillus verò eo modo
ciuiliter non obligatur, *l. obligari. 43. ff. de oblig. & action.* vbi
Paulus ait: Pupillus ſine tutoris auctoritate non obligatur
Iure ciuili, *l. pupillus. 189. de reg. Iur. l. neq; 7. C. de contrah. ſtip. l.*
1. C. de inutil. ſtipula. Nam lex huiuſmodi obligationem non
approbat, cum conſenſum pupilli ob imbecille animi iudi-
cium pro legitimo non habeat. *d. l. pupillus. 189. de reg. Iur.*
Hinc Ambroſius *lib. 9. epiſt. ad Clementianum* ſcribit, paruuli

hære-

hæredes nomen nudum hæreditatis, non auctoritatem v-
ſurpant: iubendi ius,& vtendi non habent: quia plenitudi-
nem ætatis ſuæ expectant, vt à curatoribus liberentur. An
69 verò, tutore non interueniente, ſaltem † naturaliter pupil-
lus obligetur, hinc inde diſceptatum fuit. Qua in re contra-
ria ipſorum Iureconſultorum nobis offeruntur reſponſa. Et
70 quidem obligari † docemur *ex l. pupillus. 5. de auctor. tutor. l. 1.*
de nouatio. l. 3. commoda. l. ſi pupillus. 21. ad l. Falcid. l. ſi pupillus. 127. de
71 *verb. obligat. cum ſimil.* Non obligari,† literis prodidit IC. *in l.*
pupillus. 59. de oblig. & actio. l. quod pupillus. 41. de condict. indeb. An-
cipitem profectò res dubitandi curam nobis affert, vt quid
ferè dicendū ſit, in promptu non habeamus. Et ipſe Fulgo-
72 ſius, † quem acutiſsimum iuris explicatorem non rarò ſole-
bat appellare VVeſenbecius, acutum & eruditum Coraſius,
ſemetipſum hîc fluctuare confeſſus eſt, in d.l. quod pupillus.
Diſcrepantes item hac de re legimus interpretum opinio-
nes, quas recenſere haud abs re viſum fuit.
73 I. Prima fuit Accurſij, † & eius aſſeclarum aliquot,
in d. l. pupillus. 59. de oblig. & actio. qui leges, quæ pupillum na-
turaliter non obligari aſtruunt, ad infantes ſolum referri
contendunt, quorum opinio iampridem exploſa eſt. De in-
fante enim, quis, quæſo, vnquam dubitauit, quin naturali-
ter non obligetur, cum eius nulla ſit voluntas, nullumq; rei
gerendæ conſilium.
74 II. Iohan. Robertus † *lib. 2. recep. iur. ciuil. lect. cap. 17.*
ab hac prima opinione non multum abeſſe videtur, dum
cenſet, pupillum tunc naturaliter obligari, ſi proximus ſit
pubertati, ſiquidem tunc intellectu valeat, & conſenſum iu-
diciumq; aliquatenus firmum interponere poſsit: non ve-
rò obligari, ſi nullo adhuc iudicio polleat, ideoq; conſen-
ſus capax non ſit, quod adhuc infra illam ætatem puberta-
ti proximam exiſtat.
75 III. Vdalricus Zaſius † vir expoliti ingenij *in tracta-*
tu de Iudæis, quæſt. 2. ſcriptum reliquit, naturalem obligatio-
76 nem † in duplici eſſe conſideratione: vno modo, prout ex
ea ſpe-

ea ſpecies quædam neceſſariæ præſtationis naſcitur: quæ tamen aut actionem non parit, vt exceptio compenſationis. *l. etiam. ff. de compenſat.* aut ſoluti repetitionem impedit. *d. l. quod pupillus. 41. & l. ſi non ſortem. §. libertus. de condict. indeb.* Ad hanc eſſe, ait, adaptanda iura, quæ pupillum naturaliter non obligari volunt. Altero modo, prout illa obligatio in meris principijs naturalibus eſt poſita, nullo iure, aut præſtandi neceſsitate mixta, ſed naturæ quodam dictamine obligans, ſecundum hanc dijudicandas eſſe leges, quæ naturaliter obligari pupillum docent, vt in nouatione debiti pupillaris. *l. 1. in fin. de nouat. in obligatione ratione legati. l. cum illud. 25. §. 1. quando dies legat.* Ab hac ſententia non adeò longè recedit Baro, & Ræuardus, vt paulò poſt dicetur.

77 IV. In nouam ſeceſsit opinionem † Coraſius *lib. 6. Miſcell. cap. 22. qui ex l. quod pupillus. de condict. indeb.* natura debere eum explicat, qui ad præſtationem aliquo iure gentium cogitur. *l. cum amplius. §. in natura. de reg. Iur.* Diſtingui

78 itaq; debere inuicem hæc tria † exiſtimat, naturaliter obligari, natura debere, & iure naturali obligari. Pupillus naturaliter quidem obligatur: id quod pro regula tenendum monet *d. l. 1. ff. de nouatio.* ſed natura non debet, neque naturali iure obligatur: (quæ verba, natura non debere, & naturali iure non obligari, vno eodemque ferè ſenſu accipit) quia ea verba effectum aliquem exactionis aut retentionis ex iure gentium ſaltem demonſtrant, *d. l. cum amplius. §. in natura. de reg. iur.* Iuxta hanc verborum interpretationem, atq; hoc concordiæ vinculo, contrarias vult deuinciendas, conciliandasq; leges eſſe. Hic ſenſus Coraſij, quem tamen ſubobſcurè tradit, ſicuti nouus eſt, ita accuratam conſiderationem, legumq; contrariarum applicationem, de nouitate

79 decipiamur, deſiderat.

V. Franciſcus Duarenus † *in tit. de oblig. & actio. cap. 2. & in l. ſi pupillus. 127. de verb. oblig.* hanc antinomiam diſſoluturus, ad naturalem rationem, & Philoſophiam, quæ naturam maximè ſequitur, confugiendum putat. Quare res

F ter,

ita temperari debet, vt modo obligari pupillum naturaliter, modo non obligari dicamus. In ijs quidem, quæ non admodum graue damnum ipſi inſligunt, naturaliter obligabitur, nempe vt nouatio eius obligationis, quæ in pupillum translata eſt, rectè facta intelligatur. *l. 1. de nou.* vt fideiuſſor accedat obligationi, *l. Stichum. §. naturalis. de ſolutio. l. fin. de iureiur.* vt hæres, quod ſibi à legatario datum eſt, in Falcidiam imputet. *l. ſi pupillus. ad l. Falcid.* Hæc enim pupillũ maximopere non lædunt. Quoties autem agitur de graui incommodo pupilli, vt de retentione rei, quæ per errorem ab eo ſoluta eſt: tunc ne natura quidem obligatus intelligetur. *l quod pupillus. de condict. indeb. l. pupillus 59. de oblig. & actio.*

80 VI. Æmilius Ferretus, † quem refert Duarenus, exiſtimauit, pupillum mutuam pecuniam accipiendo, ne quidem naturaliter obligari, hoc eſt, aduerſus pupillum non poſſe honeſtè agi, obſtante naturali æquitate, *per d. l. pupillus. 59. de oblig. & actio.*

81 VII. Hugo Donellus † diſcrimen facit inter rem & perſonam. Si rei in obligationem deductæ rationem habeamus: ob conſenſum, ſecundum naturam rei geſtæ, obligari pupillum autumat. Si perſonam pupilli inſpiciamus, non obligari: Siquidem perſonæ conditio obligationis effectum ad nihilum redigat, *in d. l. ſi pupillus. 127. de verb. oblig.*

82 VIII. Eguinarius Baro † in elegante ſuo manualium libello, *tit. de condict. indeb.* diſtinguit inter ius naturale merum, ſeu primarium, & inter ius naturale ſecundarium, quod cum Iure gentium idem eſt. Illo iure primario, quo religio, pietas, gratia, veritas continetur, pupillus natura quidem ex promiſsione obligatur, cum naturæ quodammodo contrarium ſit fidem fallere, eidemq; nihil magis conueniat, quàm promiſsis ſtare, *l. 1. de pact. l. 1. de conſtit. pec. Marc. Tull. in officijs.* Sed hæc obligatio iure naturali ſecundario, hoc eſt, iure gentium ſemper infirma habita eſt circa commercia: cum tenellam hanc ætatulam infirmitate ſua damno affici ipſa ferè amica naturæ æquitas diſſuaderet.

IX. Ab

83 IX. Ab hac Baronis † diſtinctione non admodum alienus fuiſſe videtur Iacob. Ræuardus *in l. cum amplius. 84. §. 1. ff. de diuerſ. reg. iur. antiq.* cuius hæc ea de re eſt ſententia.
84 Olim diuerſæ † Iureconſultorum ſcholæ atq; ſectæ fuerunt: quorum nonnulli Caſsiani & Sabiniani, (ſicuti Caſsianæ ſcholæ meminit Plinius *lib. 7. epiſt. ad Geminium*) nonnulli Proculiani & Pegaſiani dicebantur. Proculiani & Pegaſiani naturalem obligationem referebant ad illud ius naturæ, quod omni humano generi eſt innatum. Sabiniani & Caſſiani ad nudum ius gentium. Secundum Proculianos & Pegaſianos pupillus naturaliter obligabitur: quo ſenſu capienda ſunt omnia iureconſultorum reſponſa, quæ pupillum natura teneri dictitant. Secundum Sabinianos & Caſsianos haudquaquam obligabitur: ea ratione contrariæ ſunt interpretandæ leges. Et huic ſententiæ memini aſtipulatum olim fuiſſe D. Euer. VVeyhe Iureconſultum eximium: quæ quidem ad tollendas huius rei difficultates omnium videretur eſſe facilima.

X. Ex tanta opinionum varietate, quæ concinnior
85 † mihi videatur, paucis aperiam. Martinum gloſſatorem
86 antiquum hanc rem diſtinctione † temperaſſe video, & rectè quidem. Aut enim pupillus factus eſt locupletior, & naturaliter tunc obligari æquius eſt, ne cum alterius damno rem ſuam reddat meliorem, *per l. nam hoc natura. de condi. indeb. Huc applicamus l. ſi pupilli. 66. ff. de ſolutio. l. naturaliter. 13. §. fin. de condict. indeb.* Aut non factus eſt locupletior: & tunc neq; naturaliter obligari, conuincit *l. quod pupillus. 41. ff. de condict. indeb. l. pupillus. 58. de obliga. & act.* Verum enimuerò
87 grauiter oppugnatur hæc diſtinctio † *per l. cum illud. 25. §. 1. ff. quando dies legat.* vbi pupillus mutuo accepta pecunia naturaliter obligatur, quamuis non fuerit factus locupletior. Iacobus Cuiacius *in l. ſi pupillus. 127. de verb. oblig.* huic rei medicinam facturus, auctoritate pandectarum Florentinarum fretus, illum locum *ἀσυνδέτως* legendum putat, abiecta voce, nec: ita nempe, accepiſſet, locupletior factus

F 2 eſſet:

eſſet: vel, accepiſſet, & locupletior factus eſſet: vt ſententia ſit: pupillum, ſi mutuam pecuniam accepiſſet, & locupletior factus eſſet, naturaliter obligari. Quod ſi ita eſſet, ſanè Martini diſtinctio minus periclitaretur. Sed hanc corrigendi † audaciam in Cuiacio Iureconſulto alioquin doctiſ-
88 ſimo & ſubtiliſsimo, maximoperc reprehendit *Iohan. Robertus lib. 2. recep. lectio. cap. 17.* quæ mehercle, quanto fieri poteſt, ſtudio fugienda eſt. Ad hunc itaq; modum reſpondeo: Diſtingui oportet, vtrum pupillus † obligari debeat
89 reſpectu ſui, an verò, reſpectu alterius. Reſpectu ſui naturaliter obligatur, quatenus locupletior ſit redditus, ſi non ſit redditus, non obligatur. Reſpectu alterius naturaliter obligatur, licet non ſit redditus locupletior. qua ratione interpretamur *d. l. cum illud. 25. §. 1.* Eo quippe loci obligatur quidem naturaliter pupillus, non reſpectu ſui, ſed habito reſpectu ad hæredem & legatarium, cui illud legatum, nempe debitum pupilli, relictum eſt. Et ita quaſi per alterum habilis efficitur perſona pupilli, vt naturaliter hoc modo obligetur, quod ipſe pupillus per ſe ſibi præſtare non poſſet. Sic in ſimili videmus, pupillum, qui nouationem facit debiti alterius, eiuſq; obligationem in ſe transfert, ratione ſuæ perſonæ naturaliter non obligari: attamen cum conſenſerit, ratione creditoris & debitoris, quorum prior obligatio nouata atq; ſublata eſt, interuentu perſonæ pupilli, naturalem dicitur contraxiſſe obligationem, adeò, vt ſi debitum nouatum ſolueret, ſolutum repetere non poſſet, quia naturaliter debuit. *§. pen. Inſtit. quibus mod. toll. obligat.*
90 Et ita videtur conſtituenda facti ſpecies † *in l. 1. §. 1. de nouat.* quanquam aliam conſtituit *Cuiac. in d. l. ſi pupillus. 127. de verbor. oblig.* qui vult, eiuſmodi nouatione rem pupilli *in d. l. 1.* auctã eſſe, cuius tamen non apparet veſtigium. Eodem modo iu-
91 dicandum eſt de ſpecie Papiniani † *in l. Stichum. 59. §. additio. 2. de ſolutio.* vbi creditor pupilli, qui adijt eius hæreditatẽ, id, quod ei ſine auctoritate tutoris credidit, ſolidum in Falcidiam imputat, atq; retinet, non ſecus, ac ſi ipſe pupillus ſolidum

lidum ipſi ſoluiſſet. Nam aditio loco ſolutionis eſt. Hîc creditor ſolidum, non quanto locupletior factus eſt, conſequitur. Ex quo colligitur, pupillo ſoluente, ſolidam pecuniam, quam mutuam accepit ſine tutoris auctoritate, etiamſi ex ea in ſolidum, factus non ſit locupletior, retentionem creditori dari, repetitionem pupillo non dari. Quod ſi pupillo non datur repetitio, conſequens eſt, natura eum ob-
92 ligatum eſſe. Hæc eſt legis illius ſpecies. Sed reſponderi † oportet, pupillum hîc ab initio reſpectu ſui naturaliter obligatum non fuiſſe: reſpectu hæreditatis, quam creditor adijt, poſtmodum naturalem obligationem ſubeſſe. Ante, quã creditor hæres factus eſt, ſi pupillus ſoluiſſet, repetitioni fuiſſet locus. *l. quod pupillus. de condict. indeb.* poſtea non item. Alium tamen huius §. ſenſum eſſe ſcribit *Cuiac. in d. l. 127.* Sic & reſpectu fideiuſſoris pupillus naturaliter obligatur, qui alioquin obligatus non eſſet. *per d. l. Stichum. 95. §. 4. de ſolut. d. l. ſi pupillus. 127. VVeſ. §. 2. nu. 6. Inſtit. quib. mod. re contrah. & in §. pupillus. 7. Inſtit. de inutil. ſtip. num. 2.* Eadem diſtinctio-
93 ne † adhibita, reſpondendum erit *ad l. ſi pupillus. 21. ad l. Falcid. & ad l. eius 64. ad Sc. Trebell.* vtut videatur Duareno *in d. l. 127. qui pupillum. in d. l. eius:* factum eſſe locupletiorem opinatur. Illud demum ſilentio non prætereundum eſt, pu-
94 pillũ hodie, † ſi locupletior factus fuerit, non modo naturaliter, ſed & ciuiliter obligari, ideoq; in ipſum vtilis datur actio: quod ius reſcripto Diui Pij proditum eſt, quod pars iuris ciuilis rectè perhibetur. Idq; traditum eſt *ab Vlpian. in l. 3. §. pupillus. 4. de nego. geſt. & in l. 3. in princ. commoda. in l. pupillus. 5. de aucto. & conſ. tuto. l. 1. §. an in pupillum. 5. Depoſ. Duaren & Cuiac. in d. l. 127. de verb. oblig. VVeſ. de aucto. & conſenſ. tuto. in parat. nu. 2.* Et hæc quidem de Martini opinione, quam pleroſq; noſtrorum ſecutos reperio, quæ ſanè proba eſt, & æquitati naturali conueniens. Ex quibus omnibus planum eſſe arbitror, cum fideiuſsio ſit actus iuris ciuilis, & ſtipulatione conſtet, pupillus autem non ciuiliter, ſed naturaliter duntaxat obligetur, quid cauſæ ſiet, cur ab hac fide-

iuſsionis obligatione, auctoritate tutoris non interpoſita, arceatur. Ego tamen exiſtimauerim, ſi ex fideiuſsione locuple-
95 tior † efficiatur, eum, ſi intercedat, & naturaliter & ciuiliter obligari, idq́; ex reſcripto D. Pij, de quo iam mentio facta eſt, ideoq́; actionem in ipſum dandã. Nec enim video, quid impedimento eſſe poſsit, quò minus illud reſcriptũ ad ipſum quoque porrigatur. Si enim locupletior factus ex mutuo, ex commodato, ex depoſito, naturaliter & ciuiliter obligetur. *d. l. 5. de aucto. tut. d. l. 3. commoda. d. l. 1. §. 15. depoſ.* quidni ex fideiuſsione, præſertim cum *d. l. 5. de auctor. tuto.* diſertè etiam ſtipulationis mentionem faciat? Noua hæc eſt opinio, de qua propediẽ pluribus agam. Sufficiat de ea iam alijs dediſſe co-
96 gitandi occaſionem. Altero caſu, cum quæritur † de pupillo, vtrũ auctoritate tutoris fideiuſsionẽ ſuſcipere poſsit, quamuis dicendum videatur, neq; eo caſu obligari, ſiquidem fide-
97 iuſsio † non valdè abſimilis ſit donationi. *VVeſ. de fideiuſſ. nu. 3. per l. in perſona. 30. §. 1. ff. de pact.* perdat autẽ qui donat: *l. contra. 29. §. fin. de pact. l. filiusfa. 7. de donat. Bald. & DD. in l. 1. C. ſi aduerſ.*
98 *donat.* ideoq́; pupillus † ne quidẽ conſenſu tutoris alteri aliquid elargiri atq; donare queat, *l. fin. de curat. furioſ. l. fi. §. fi. C. ſi maior fact. alien. rat. hab.* attamen in contrariam ſententiam
99 † itum eſt, quandoquidẽ tutore † interueniente, & reliquos
100 contractus celebrare non vetatur, in quibus rem ſuam deteriorem facere poteſt. *l. pupillus. 5. l. obligari. 9. de auctor. & conſenſ. tut. vt in tranſactione, l. 1. 2. C. de auctor. tut.* emptione, locatione, aditione hæreditatis. *§. 1. 2. Inſt. de auctor. tut. l. pupillus. 9. de acq. hæred.* Sic & in liberatione, acceptilatione, ſolutione, *d. l. obli-*
101 *gari. 9. de auctor. & conſenſ. tut.* vt & fideiuſsio † pro ſolutione habetur, *Bart. in l. reſcripto. §. 1. de mune. & honor. & in l. ſtatu liberos. §. ſi quis acceperit. ff. de ſtatutibus.* Atq; hoc modo naturaliter & ciuiliter eum obligari dubiũ non eſt. *l. impuberes. 13. de auct.*
102 *tut. in princ. Inſtit. eod.* Nec rectè aſſeritur, † donare eum, qui pro alio intercedit. Si quid enim ratione fideiuſsionis damni patitur, actione mandati ſibi reſarciri petit. *§. ſi quid autem. Inſtit. eo. l. hæredem. 14. l. ſi mandauero. 22. l. ſi fideiuſſor. 29. l. roga-*

*tit. 33. l. ſi quis. 46. l. ſi ii. 50. ff. manda. Bartol. conſ. 160. incip. Ti-
tius. Bald. in l. ſi pro ea. num. 15. C. mandat. Dec. in l. 2. §. fin. de
reb. cred. Tiraquel. de retra. ligna. gloſſ. 18. §. 1. num. 34.* Verun-
103 tamen ſi ob interceſsionem tutore auctore † factam rerum
ſuarum detrimentum capere deprehendatur, reſtitutionis
in integrum beneficio ipſi ſuccurritur, *Vlpian. in l. au pretor. 7.
§. non ſolum. 3. de minor. l. ſi Titius. 48. §. 1. de fideiuſſ.* id quod præ-
tor naturalem æquitatem ſecutus huic infirmo hominum
generi indulſit, vt eo omni ætatis tempore vti poſſent. *l. 1. ff.
de minor. l. 2. 3. C. de tempor. in integr. reſtit.* quapropter nec pro
104 idoneis † omninò fideiuſſoribus, in quibus quis tutò atque
firmiter ius ſuum perſequi poſsit, reputantur, *l. de die. 8. §. 1.
2. qui ſatiſdat. cog.* niſi in rem ſuam fideiubeant, atque ita va-
lidè & efficaciter obligentur. *d. l. de die. §. 1.* Sed in puberi-
105 bus † atq; minoribus quid ſentiendum? Puberes, † vt hoc
106 moneamus, Caſsiani olim ex habitu corporis æſtimabant,
hoc eſt, qui generare poſſent. Proculeij eos puberes vole-
bant, qui quatuordecim annos expleuiſſent. Verum Pri-
ſcus, in quos vtrumq; concurreret, & habitus corporis, &
annorum numerus, puberes definiuit. *Vlpian. cap. 2. Inſtit.*
qui tamen, quorum obtinuerit ſententia, non expreſsit. Sa-
nè receptam fuiſſe Proculeianorum ſententiam non obſcu-
rè docuit *Tertul. in lib. de virgin. velan. Macrob. in ſomnio Scip. lib.
10. Vlpian. l. 2. de vulg. & pup.* & maſculi olim anno 14. etiam-
ſi generare non poſſent, ipſo facto puberes fuêre declarati.
107 Sic ſolebant † maſculis ad 14. vſq; annum comæ nutriri, *teſte
Martiale*: Et pædagogo non iubente, laſciui parere gaudent
villico capillati. Tempore verò pubertatis, hoc eſt, elapſo
14. annorum ſpacio, comæ in ſignum pubertatis pueris præ-
cidebantur, *teſte Porphyrione in Horat. Rauard. lib. 4. varior. cap.
10. Maioragius lib. 1. Miſcell. cap. 2.* Verum Iuſtinianus fœmi-
nas anno. 12. maſculos anno. 14. puberes eſſe ſanciuit. *l. fin.
C. quando tut. eſſe deſi. §. 1. Inſtit. quibus modis tut. fin. Conſtantin.
Harmeno. lib. 1. epiſt. tit. 12. Tertul. de virg. velan.* Nam poſt an-
108 nos bis ſeptem † ipſa ætas neceſsitate pubeſcit; tunc moue-

ri incipit vis generationis in maſculis, & purgatio fœminarum. Quod tempus Ethnici ita obſeruabant, vt ex lege naturæ ſua iura ætatibus redderent. Nam fœminas quidem à duodecim annis, maſculos à duobus amplius ad negocia mittebant, pubertatem in annis, non ſponſalibus aut nuptijs decernentes. Cæterum in cauſa alimentorum,
109 † quæ pueris puellisque vſque ad pubertatem præſtari quis cauit, pietatis intuitu pubertatis tempora laxiora præſcribuntur, & puberes maſculi 18. demum anno, fœminæ
110 14. intelliguntur. *l. 14. de alim. leg.* Sed & plena pubertas † 18. annis in maſculis, in fœminis 16. circumſcribitur. *l. 49. §. 1. de adoptio. §. minorem. Inſtit. eod. Paul. lib. 5. ſentent. tit. 14. §. fin.*
111 *Inſtit. quibus ex cauſ. manum.* quæ plena † ideo dicitur, quod ea valeant maximè, & ſint habiles tam corpore, quàm animo, vt Mecœnas apud Dionem ait: ὅτι τῶν σωμάτων εὐεξία, καὶ ἡ τῶν ψυχῶν ἐπιτηδειότης. *Borcholt. de feud. cap. 5. num. 46. Vide Hotomani comment. iur. Franc. Connanum. lib. 9. cap. 4. nu. 9.* Iure Saxo-
112 num feudali † natus annos tredecim cum ſex ſeptimanis pubertatem conſequitur, Lehenrecht *cap. 26. Differ. iur. ciuil. & Sax. lib. 1. diff. 16. & lib. 2. part. 2. de tutel. diff. 4.*

113 Minores † non vno modo dicuntur: eſt enim vocabulum generale, & tum infantes, *per l. ſi infanti. & ibi Bart. Bald. Iaſ. C. de iure delib. Alciat. in l. pueri. 204. de verb. ſig. Menoch. de arb. quæſt. lib. 2. concluſ. 1. num. 9. tum pupillos intra 14. annum conſtitutos, tot. tit. ff. & Inſtit. de tutor. & curat.* tum & puberes 25. annum nondum aſſecutos complectitur: qua in re ipſa temporum momenta computantur, *l. 3. §. minorem. de minor. c. ſciendum. de iudic. lib. 6. Ioſeph. Maſca. de probat. vol. 2. concluſ. 1062. num. 3. 4. 5. 6.* id quod in odioſis locum habet: Sed ſi
114 de fauore † minoris agitur, annum cœptum pro completo haberi, traditum eſt *in l. 8. ff. de muner. & hono. Accurſ. & DD. in §. eadem lege. Inſtit. quibus ex cauſis manum. Deciſ. Rotæ 327. Maſcard. d. concluſ. 1062. num. 7.* Sic lege Aelia Sentia, qua minor 20. annis manumittere prohibetur, qui calend. Ianua. natus fuerit, poſt horam noctis ſextam, pridie calend.

manu-

manumittere poteſt, incipiente iam tum, non exacto die. Non enim iam minor 20. annis eſt, qui ſupremum diem anni viceſimi agit: *l. 1. de manumiſſ.* idq; ibi ob fauorem libertatis, quæ meritò res inæſtimabilis Paulo I C. dicitur *in l. libertas. 106. de reg. iur.* qua homini in tota vita nihil eſt gratius. *l. Paulus. §. 1. de fideicom. liberta.* De varijs ætatis huma-
115 næ † gradibus vltra auctores hactenus à nobis relatos conſulatur *Hippocrates, Ariſtoteles lib. 2. Rethor. ad Theodect. cap. 12. Gellius lib. 10. cap. 18. Macrob. in Saturnal. Iſidorus lib. 11. Etymolog. cap. 6. eleganter Petrus Gregorius in prælud. opt. Iureconſ. lib. 4. cap.*
116 *13.* In noſtratibus † prouincijs, quæ iure Saxonico vtuntur, citius matureſcunt homines. Nam ab anno ætatis 21. maiores eſſe perhibentur Landrecht *lib. 1. art. 42.* Lehenrecht *cap. 26.* Ideoq; & reſtitutionis tempus citius ipſis currit, nec quadriennium Iure conceſſum, *l. fin. C. de tempor. in integ. reſtit.* vltra 25. annum completum durat: id quod vſu obſeruatur, *Diff. iur. ciuil. & Sax. lib. 1. Diff. 9. & lib. 2. parte 2. Diff. 5.*

117 Reuertamur ad propoſitum. Minoribus † itaque (ſtrictius accepto vocabulo, ſolum nempe de puberibus conſtitutis intra annum vigeſimum quintum à decimo quarto computandum) cum auctoritate curatorum fideiuſsio quidem interdicta non eſt: cum eo modo & naturaliter & ciuiliter eos, cum propter conſenſum adhibitum, tum propter legis approbationem obligari, extra omnem ferè ſit controuerſiam, *per l. impuberes. 13. ff. de auctor. & conſenſ. tut. in princ. Inſtit. eod.* Sed in eo cum his contrahi periculum eſt,
118 quod reſtitutionis † beneficium nunquam non habeant ſaluum atque integrum, *ſup. allegata l. ait prætor. 7. §. non ſolum. 3. ff. de minor. l. ſi Titius. 48. de fideiuſſ. l. 1. C. de filioſa. minor:* ac
119 eo caſu, nempe in fideiuſsione † læſi ſemper præſumantur, nec alia ꝓbatione ſit opus, quàm ſi docuerint ſe interueniſſe. *Accurſ. in d. l. ait Prætor. 7. §. non ſolum. 3. in verb. doceat. de minor. Gomeſ. tom. 2. cap. 13. num. 19. per ibi. alleg.* quanquam hic læſionem probandam eſſe innuere videtur textus *in d. l. ait prætor. 7. §. non ſolum. 3. verſ. Pomponius.* ibi: mihi autem ſem-

G per

per ſuccurrendum videtur, ſi minor ſit, & ſe circumuentum doceat *ff. de minor.* quemadmodum & aliàs minori reſtitutionem petenti incumbit læſionis probatio: cum ſit facti, nec præſumatur, *l. nam poſtea. §. ſi minor. de iureiur. l. minoribus. C. de in integ. reſt. Gozad. conſ. 44. nu. 8. Rum.conſ. 119.num. 13. lib. 5. Panor. c. 1. de reſtit. in integ. num. 2. Dn. Hartman. Piſtor. in quæſt. Iur. ciuil. & Sax. q. 38. nu. 1.5.12.* vbi de reſtitutione minorum copioſe & eruditè more ſuo agit. *Ioſeph. Maſcar. de pro-*
120 *bat. volu. 2. concluſ. 1061. num. 2.3.* Putauerim † tamen, ſi coniectura haberi poſsit, minorem fideiubendo læſum eſſe, veluti ſi ad ſolutionem adigatur, ſi facultates debitoris principalis in dubium vocentur, ſimileſúe circumſtantiæ rem incertam faciant, aliam probationem requiri non debere. Rarò enim fit, vt ex fideiuſsionibus commodum quis ſperare poſsit, quin potius damna & facultatum iacturam. Ab-
121 ſtinendum itaq; minorum † interceſsionibus: nec enim vnquam idoneæ, ſufficientes, aut ſatis efficaces habitæ fuerunt. *d. l. de die. 8. §. 1. ff. qui ſatiſda. cog. VVeſenb. de fideiuſſ. num. 3.* Por-
122 ro ſine † curatorum, quos habent, auctoritate, num minores ſeu puberes fideiubendo obligentur, quæſtionis eſt? Equidem grauem mihi video conſtitutam eſſe aduerſariam auctoritatem Dn. Præceptoris *D. VVeſenbecij ff. de fideiuſſ. nu 4.* qui ex communi interpretum opinione aſſeuerat, non obligari, *idq́ per l. ſi curatorem, 3. C. de in integ. reſtituti. minor.* vbi Impp. Dioclet. & Maxim. ita reſcribunt: Si curatorem habens minor 25. annis poſt pupillarem ætatem res vendidiſti (puta ſine auctoritate curatoris) hunc contractum ſeruari non oportet. Sed (pace viri tanti) in contrariam ab-
123 ducor † ſententiam, vt minorem, etiam non conſulto curatore fideiubendo aſtringi, vix dubitem: Quam ad rem affero *l. puberes. 101. ff. de verb. obl.* vbi Modeſtinus, Puberes, inquit, ſine curatoribuś ſuis poſſunt ex ſtipulatu obligari. Non
124 me latet, varias † huius reſponſi excogitatas eſſe interpre-
125 tationes. I. Prima fuit † Accurſij & communis ferè doctorum ſcholæ, qui verba, ſine curatoribus ſuis, intelligunt, ſi pubes omninò curatorem nón habeat: vt ſit ſententia, puberes

beres curatorem non habentes ex ſtipulatu obligari:& hanc opinionem amplectitur etiam *Duaren. d. l. puberes. 101.* At hos ego velim accuratius perpendere vocem, (ſuis) quæ verba, ſine curatoribus, refert non ad perſonam, ſed ad actum, & oſtendit eum, qui quidem habet curatores, ſed eos
125 in conſilium non adhibet. II. Alij voluerunt, † obligari quidem puberem ſine curatore ſuo, ſed ſolummodo naturaliter. *Bart. in l. 1. in fin. ff. de nouat. Alexan. in l. quicquid aſtringendæ. 99. §. 1. de verb. oblig.* quod neq; ipſum probandum eſt: *cum Modeſtinus in l. noſtra dixerit,* ex ſtipulatu obligari: ſtipulatio autem ciuilem obligationem omninò deſiderat, quia iure ciuili introducta eſt, vt ſuperius probauimus: & verba etiam in potentiori ſignificatu ſunt accipienda. *l. 1. ſi ager veſtig. Iaſ. in d. l puberes. 101. num. 2. Alciat. num. 4.* III. Ex-
127 titerunt nonnulli, † qui Modeſtinum loqui de pubere, generalem curatorem non habente, ſed plures ad actus ſpeciales, cenſuerunt. At quis non intelligit, & hanc explicationem plus continere diuinationis, quàm veritatis? Ger-
128 manam itaq; retineamus literam, puberes † nempe curatores habentes, etiam auctoritate eorum non adhibita, ex contractu ſtipulationis naturaliter & ciuiliter obligari: ita & explicarunt Alciat. & Cuiac. eodem loco. Hinc itaque rectè extruimus, cum puberes & minores ſine curatoribus
128 ſuis ex ſtipulatu obligentur, ergo † & fideiubendo: cum fideiuſsio ſine ſtipulatione fieri non poſsit, vt ſuperius dictum eſt, & inferius pluribus manifeſtum faciemus. Verum qui contrarium ſecuti, *in l. ſi curatorem. 3. C. de in integ. reſtit. minor.* victoriam ſibi pollicentur, quam legem ita exaudiunt, contractum ab adulto ſine auctoritate curatoris, quem habebat, initum ipſo iure eſſe nullum, ita vt reſtitutione in integrum nequaquam opus ſit, *Alexan. Sicbard. ibi. & Hugo*
130 *Donell. in d. l. puberes. 101.* illis hoc † perſuaſum eſſe velim, diſtingui oportere inter perſonam minoris, & res, ſeu bona eius. Curator non perſonæ principaliter, ſed bonis datur, *l. in copulandis. 8. C. de nupt.* in obligatione perſonæ ſuæ, vt fit

G 2 in ſi-

in fideiuſsione, minor non eget auctoritate curatoris, *d. l. puberes. 101. l. fin. § 1 de verb. oblig.* in adminiſtratione bonorum
conſenſu curatoris perinde opus habet, atq; pupillus aucto-
ritate tutoris. Ea quæ ad perſonam ſuam ſpectant, is ſolus
adminiſtrat rectè ſine curatoris ſui auctoritate: res ſuas, ve-
131 luti prædia, aut mancipia, aut mobilia non item. *Sic Impp.* †
in d. l. ſi curatorem. 3. loquuntur non de obligatione earum
rerum, quæ ad perſonam minoris pertinent, ſed de rerum
alienatione. Non itaq; imus inficias, res ſuas minorem non
alienare ſine curatoris auctoritate poſſe, cum rerum admi-
niſtratio non ipſi, ſed curatori commiſſa ſit, *l. magis puto. C. de præd. minor. l. fin. ff. de minor. l. 1. de reb. eor. qui ſub tutel.* & ne
quidem in affines alienare poſſe, *latè Menoch. de arbit. iud. quæſt. cent. 2. concluſ. 171.* At in perſonam puberis poteſta-
tem curator non habet, cum ſuæ iam ſit tutelæ: ideoque &
ſine curatore promittere poſsit, *d. l. puberes. 101.* ſicuti & te-
ſtamentum facere. *l. Aurelio. 20. §. fin. de liber. leg. Bald. in l. 3. num. 12. C. de condict. ob cauſ. Tiraq. in legib. connub. in verb. contract. gloſſ. 3. num. 93. VVeſenb. ff. de aucto. & conſenſ. tut. num. 4.*
& matrimonium inire. *l. ſciendum. 20. de rit. nuptia. & cauſa mortis donare, l. Marcellus. 15. de donat. cauſ. mort.* Sed iterum
132 audio † ſuſurros contradicentium, qui Impp. reſcriptum *in d. l. ſi curatorem. 3.* referunt non ad alienationem, ſed vendi-
tionem: Venditas ibi quidem eſſe res, nondum verò tradi-
tas, aut alienatas. Quis quæſo Apollo hunc intellectum ex
illis verbis nobis primum ariolatus eſt: aut quis tam hebes
133 eſt ingenio, qui neſciat, venditionem † in effectu ſecum tra-
here alienationem? *l. ſtatu liberi. 29. §. fin. ff. de ſtatu lib. Coraſ. ad l. 1. num. 6. C. de iure emphyt.* & verba non nudè, ſed cum
aliqua energia eſſe accipienda. *l. 5. §. docere. ff. ne quis eum, qui in ius.* Nihil igitur erit obſtaculo, quo minus ſine auctori-
tate curatoris minor fideiubendo obligetur. Enimuero &
134 hîc, † ſi læſus fuerit, reſtitutioni locum fore arbitror, haud
aliter, quam vt paulò ante de eo diximus, qui interuenien-
te curatore fideiuſsit, idcirco nec is pro integro fideiuſſore
repu-

135 reputandus erit. Hanc tamen aſſertionem † noſtram limitabimus quatuor caſibus.

136 I. Si minor † in rem ſuam fideiubeat. *d. l. de die. 8. §. 1. qui ſatiſda. cogan.*

137 II. Si pro parente † carcere incluſo ſe fideiuſſorio nomine obnoxium faciat: nam tunc vtrobiq; efficaciter eum aſtringi, nec ad reſtitutionis auxilium confugere poſſe, *placuit Accurſ. in d. l. au prætor. §. non ſolum. 3. de min. in verb. doceat. Albertc. Paul. de Caſt. Saluc. & DD. in l. 1. C. de filioſa. min. & in l. fin. C. de in integ. reſtit. min. Gomeſ. d. c. 13. tom. 2. nu. 19.*

138 III. Si doloſè ſe maiorem † mentitus fuerit, hoc eſt, circumſcribendi aduerſarij gratia, vel curatorem ſe non habere dixerit: nam & tunc reſtitutionis beneficium ceſſat. *l. 2. 3. C. ſi minor ſe maior. dix. Tiraq. de ll. connub. gl. 8. num. 135.* quia deceptis & errantibus, non decipientibus ſubuenitur, *d. l. 2. l. 2. ff. ad Sc. Velleia.* Et hoc modo minor dicitur delinquere, & delinquendo obligatur. *Alex. Caſtr. in l. qui iuraſſe. ff. de iureiur. Iaſ. in Auth. ſacramenta puberum. num. 22. C. ſi aduerſ. vend. Geyl. lib. 2. obſer. obſ. 65. num. 1.* Sin dolus abfuerit, & is, qui cum minore contrahit, aliquid detrimenti ceperit: ſibi ſanè acceptum ferat, quod eius conditionem diligentius non explorauerit. *l. qui cum alio. 20. vbi gloſſ. Dec. Cagn. de reg. Iur. l. pen. ad Sc. Maced. l. 3. de fideiuſſ. l. 1. ſi quis in ius vocat. & ibi Bart. Caſtr. & Alex. in l. 2. in fin. eo. & conſil. 60. lib. 5.*

139 IV. Si iureiurando † contractum, vel fideiuſsionis obligationem confirmauerit: nam tunc & reſtitutioni iuratò renunciaſſe intelligitur, licet de ea non fuerit admonitus, ob vim atq; auctoritatem iuramenti, cum in eo de quolibet beneficio ſibi competente præſumatur cogitaſſe, *Bartol. in auth. Sacramenta puberum. num. 16. 17. & ibi DD. C. ſi aduerſ. vendit. Panor. in c. cum cauſa. num. 12. ex. de emt. & vendit. Felin. in c. ex reſcripto. num. 16. de iureiur. & in l. ſi quis maior. C. de transactio. Alex. conſ. 42. num. 9. & num. 19. volu. 1. & conſ. 102. num. 4. vol. 5. Curtius ſen. conſil. 1. num. 4. Iohan. Sichardus in l. ſi curatorem. 3. C. de in integ. reſtit. min. Borguinus Caualcanus de tutor. &*

curato. cap. 1. nu. 299. & iuramentum ex minore facit maiorem, *d. auth. ſacramenta puberum. & ibi Iaſ. num. 55 & in l. ait prætor. §. ſi minor. num. 2. ff. de iureiur. Craueita conſ. 7. col. 3. Durzanus. opin. 332.* Hæc eſt communi DD. calculo recepta opinio. *DD. & Iaſ. in l. ſciendum. de verb. oblig. num. 34.* qui ita conſulendo & iudicando tenendum monet, *Caſtrenſ conſ. 8. verſ. ſed breuiter his. 2. part. Alex. de Imola conſ. 27. num. 4. in 1. volum. Aufrer. in addit. ad deciſ. Tholoſ. queſt. 37. Fabia. de Monte, in tract. de emtio. & vendit. queſt. 8. num. 6. Tiraq. in princ. l. ſi vnquam. num. 130. C. de reuoc. donat. Cagnol. in l. 2. C. de reſcin. vend. & ibid. Arius Pinell. in 3. part. num. 10. copioſè & dilucidè, Anton. Gabriel. Roma. lib. 2. com. concluſ. tit. de minori, concluſ. 5. Laurent. Kirchouius, benedictus de capra. Franciſc. Burſat. in com. opin. in verb. minor. Quintil. Mandoſ. ad allega. Lapi, alleg. 24. in verb. iurans, lit. c. Zoan. recept. ſentent. ſenten. 175.* Et ita in Camera obſeruari teſtatum facit Geyl. *lib. 2. obſ. 41. num. 4.* tametſi Caro. Molinæus huiuſmodi ſententias falſas, nec apud Gallos in vſu receptas eſſe crediderit *in ſuis Marginal. addit. ad conſ. Alex. in verb. certioratione. lit. 6. in conſ. 27. 1. vol.* Aliud tamen auxi-
140 lium, † non obſtante iuramento, minori relictum eſt, quo ſibi conſulatur, *de quo Alciat. in c. cum contingat. nu. 162. de iureiura.* Atqui ad euitandas ocioſas diſputationes pro cautela
141 † perpetuò tenendum eſt, vt contractum cum minore firmiter udituri, reſtitutionis beneficium huius generis hominibus iure indultum, ipſi in memoriam reuocent, atque hinc iuratò eum præmonitũ renunciaſſe inſtrumento poſtea inſeri faciant: id quod alioquin non præſumetur, cum ſit quiddam extrinſecum. *d. l. ſciendum. de verb. oblig. Geyl. d. lib. 2. obſ. 41. num. 9.* Et hæc de intercesſione minoris ſine auctoritate tutorum, quos habebat, facta. Sed ſi curatores
142 † omninò non habeat, dubium quoq; non eſt, quin fideiubendo rectè fidem aſtringat ſuam, (ſaluo tamen & hîc re-
143 ſtitutionis auxilio) cum aliàs quoq; extra † iudicium per ſe ſua curare, non tamen liberè, & abſq; auctoritate Magiſtratus alienare poſsit, *per text. in l. 2. ff. de minor. & ibi Cuiac. Menoch.*

roch. de arbitra. iud. quæſt. lib.2. cent. 2.caſu 171. per tot. VVeſenb. Inſtit. de curato. in princ. & ff. de auct. tuto. num. 4. De filiofamil.
144 † qui in patris adhuc eſt poteſtate conſtitutus, anne&ctendum eſt, quod & is quidem, ſi minor 25. annis ſit, abſque conſenſu patris fideiubendo obligetur: ſed tamen ſi fideiuſſio damnoſa ſit, in integrum reſtituatur, *Vlp. l. 3. § vtrum. 4. Paul. in l. Aemilius.38. §. fin. de minor. l. cum non ſolum.8. §. vbi autem. 6. C. de bon. quæ libe. l. 1. 2. C. de filiofam. mino.* Non itaque conſultum eſt, vt talem quis fideiuſſorem accipiat. Verum
145 ſi maior † ſit 25. annis, rectè, patre etiam non conſentiente, & plenè quidem obligabitur, & vnà patrem interdum obligat: quin & pro ipſo patre fideiubendo aſtringitur, *l. 3. l. ſi dubitetur. 10. §. filiusfam. ff. de fideiuſſ. l. filiusfam. 8. C. eod. l. 3. §. ſed ſi. 9. de pecul. l. nulla. l. ſi ex alio. C. quod cum eo qui in alie. l. tam ex contractibus. 57. ff. de iudic. Hippol. de Marſil. in rub. de fideiuſ. num. 307.* quamuis aliàs donare prohibeatur. *l. contra iuris. 29. §. ſi filius. & ibi Accurſ. de pact. l. filiusfa. 7. in princ. de donat. Iaſ. in l. nemo. num. 4. C. qui teſtam. fac. poſſ. & in l. iusiurandum. 2. §. procurator. num. 4. ff. de iureiur. Anton. Corſet. in repetit. c. grandi de ſupplen. neglig. prælat. lib. 6. Tiraq. de nobilitat. c. 37. num. 35. Duenn. reg. 353.* cum donare ſit perdere, *d. l. filiusfam. 7. in princ. de donat. d. l. contra iuris. 29. §. ſi filius. Bald. in l. 1. C. ſi aduerſ. donat.* Nam fideiuſsio propriè donatio appellari non poteſt. Si enim filiusfam. quid præſtat, actione mandati à reo principali repetere poteſt. *l. heredem. 14. l. ſi mandauero. 22. l. ſi fideiuſſor. 29. ff. mand. cum ſimil. ſupe. adductis.*
146 Nec refragatur † nobis *l. 2. §. 1. ff. qui ſatiſd. cog.* vbi I C. negat, eum fideiuſſorem idoneum eſſe, qui in iudicio agere non poſsit: cuiuſmodi eſt filiusfamil. qui ſine patris conſenſu ad iudicis tribunal pedem ferre prohibetur, *d. l. cum non ſolum. 8. in fin. prin. verſ. neceſſitate. C. de bon. quæ lib.* Nam ſecundum *Accurſ. d. l. 2.* referenda eſt ad ſeruum, non ad filiumfa. quem multis in caſibus iudicium admittit, quorum tredecim congeſſit *Socinus in reg. 195*
147 II. Fideiuſsionis obligatione † exemta eſt mulier, bene-

beneficio Senatuſconſulti Velleiani *l. 1.2. & tot. tit. ff. & C. ad Sc. Vell. l. 3. de fideiuſ. Dec. in l. fœmina. 2. de reg. iur. nu. 11. Tiraq. de ll. connub. gloſſ. 5. num. 104. Gomeſ. tom. 2. cap. 13. num. 16,* cuius ratio eſt tum ipſa naturalis æquitas, propter ſexus muliebris imbecillitatem, multis captionum generibus ſuppoſitam, cui opem Senatus ferre voluit, *d. l. 1. 2. 5. l. ſi mulier. 14. ad Sc. Vell. Molina. in tract. de vſur. quæſt. 18. nu. 294. Luc. de Penna in l. quemadmodum. C. de agric. & cenſit. lib. 10. verſ. 98. Alciat. in tract. præſumpt. reg. 1. præſumt. 42. in princ.* & propter conſilij infirmitatem. *l. ſcire. 21. de tut. & cura. dat. l. pen. de eden. l. fin. de tutel.* cum plerunque contra propria laborare commoda mulieres inueniantur, *l. 4. in fin. C. de ſponſal. Pariſ. conſil. 75. num. 30. volu. 3. Franc. Marc. deciſ. Delph. 957. nu. 1. parte 2. Ioachim. à Beuſt. in l. admonendi. 31. num. 548. Maſcar. de probat. concluſ. 1080. num. 1. vol. 2.* tum quia virile quoddam munus eſt, alios defendere, *d. l. fin. de tuto. l. alie. num. 18. C. de procurat. §. patitur. 2. verſ. defendi vxores. Inſtit. de iniur.* Interceſsio autem pro alio nihil aliud eſt, quàm virilis defenſio, muliebri verecundiæ parum conueniens. *l. 2. §. fin. l. 1. in princ. & §. 1. l. 2. §. 2. ff. ad Sc. Vell. l. ſi paternam. 8. C. eo. Vnde rectè IC. in d. l. 1. §. 1.* Sicut, inquit, moribus ciuilia officia ademta ſunt fœminis, & pleraq; ipſo iure non valent: ita multò magis adimendum eis fuit id officium, in quo non ſola opera, nudumq; miniſterium earum verſaretur, ſed etiam periculum rei familiaris. Vt vel hinc non obſcurè intelligi poſsit, Senatum non modò ad ſexus infirmitatem, ſed & ad fortunarum periculum reſpexiſſe. Illud ampliamus locum ſibi vendicare.

148 I. In mulieribus, † cuiuſcunq; ætatis & conditionis, *Molinam de vſur. quæſt. 38. num. 292.*

149 II. Siue ſit † vna interceſsio, ſiue duplex, ſiue multiplex, *l. quamuis. 8. §. ſi mulier. 2. ff. ad Sc. Vell.*

150 III. Siue maritus, † ſiue pater, ſiue tutor conſenſerit: nec enim horum conſenſus mutat infirmitatem ſexus. *Bald. in l. fin. §. neceſsitate. num. 30, C. de bon. quæ lib. Fridericus Pruckmannus*

mannus in repetit. l in multis. 9. ff. de ſtat. hom. part. 2. art. 15. nu. 3. & multò conſultius eſt ab initio cauſſam mulieris ſeruari incolumem, quàm dubiam ſubire litis aleam, *Dec. d. l. fœmina. 2. num. 11. de reg. Iur. Molina. de vſur. d. quæſt. 38. num. 288. 292.*

151 IV. Siue mulier † ſe obligauerit acceſſoriè, *l. 2. l. 4. l. ſi paternam. 8. C. ad Sc. Vell. l. 2. §. fin. l. quamuis. 8. §. 2. ff. eod.* ſiue ſola, ſiue cum alio, vt puta marito, *l. 4. ad Sc. Vell. l. vir vxori. 17. §. fin. ff. eo.* Nam licet pecunia ad vtrumq; præſumatur æqualiter perueniſſe, *l. reos. 11. §. cum tabulis. 1. cum §. ſeq. ff. de duobus reis conſtit. Molin. de vſur quæſt. 38. num. 288.* tamen pro reliqua correi parte, quam non accepit, interueniſſe intelligitur: ideoq́; eatenus teneri non poteſt, ſed tantum pro virili, hoc eſt, dimidia, *d. l. reos. 11. Auth. ſi qua mulier. C. ad Sc. Vell. Bart. conſ. 124. nu. 1. Bald. in l. mater. col. 5. C de rei vend. Boër. deciſ.*

152 *23.* Si tamen vxor † & maritus vnà obligati fuerint: præſumitur totum mutuum potius ad maritum, quàm vxorem perueniſſe, nec mulier interceſsiſſe creditur, *l. ſi fœnebris. 13. C. ad Sc. Vell. l. vir vxori. 17. §. fin. ff. eod.* niſi in quantum probatum fuerit perueniſſe, *Specul. tit. de oblig. §. ante omnia. verſ. ſed porro. & ibi Ioban. And. Alberic. Caſtr. d. Auth. ſi qua mulier C. ad Sc. Velle. Salicet. Bald. in Auth. hoc amplius de fideicom. Fabian. de Mont. tracta. de emtio. quæſt. 38. 3. par. princ. Afflict. deciſ. Neap. 219. Tiraq. de retra. prox. §. 31. num. 4. 5. Molin. d. quæſt. 38. num. 288. cum ſeqq. cum penes maritum tota ſit rerum adminiſtratio. Dyn. Imola. Alexan. & DD. in l. ſi cum dotem. 22. §. tranſgrediamur. 12. ff. ſolut. matrimon. Molin. d. quæſt. 38. nu. 291.* Id quod & in terris Saxonicis locum habet, Landtrecht *art. 31. & 45.*

153 V. Siue mulier † intercedat pro patre: *d. l. ſi paternam. 8.* ſiue *pro marito. l. ſi ſine. 5. cum duabus ſeqq. l. ſi aduerſarius. 10. l. mulierem. 14. C. ad Sc. Vell.* niſi in cauſa fundi dotalis, *l. de die. 8. §. 1. verſ. quidam etiam, & ibi Iaſ. & Petrus Coſtalius in aduerſa. ff. qui ſatiſda. cog.* ſiue pro filio. *l. ſi cum ipſe. 3. l. ſi mater. 6. C. d. tit.* ſiue pro tutoribus liberorum ſuorum, *d. l. ſi mater. 6.*

Nam vbique auxilio Sc. Velleiani tuta eſt: quod vltimum intellige, niſi ipſa geſſerit liberorum patrimonium. *d. l. ſi mater. 6. l. ſi fideiuſſores. 6. ff. eod.* aut ſi ipſa tutoribus ſecuritatẽ promiſerit, *d. l. ſi mater.* nam vtrobiq; Sc. non adiuuatur.

154 VI. Ampliatur, vt neque in iudicijs † mulier ad ſatiſdandum commodè adhiberi poſsit: niſi in rem ſuam fiat. *d. l. de die. 8. §. 1. ff. qui ſatiſda. cogan.*

155 VII. Ampliatur, vt neque in foro † conſcientiæ obligetur, quin exceptione Sc. Velleiani ſeſe tueri poſsit, *Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verb. denunciationem. num. 13. Panorm. in c. quia pleriq;. num. 27. ex. de immun. Eccleſ. Tiraq. de ll. connub. gloſſ. 4. num. 16. Gomeſ. d. cap. 13. num. 16.* cuius tamen contrarium quibuſdam placuiſſe refert *Tiraq. d. loco. num. 17.*

156 IIX. Ampliatur, vt & contra † ſtatutum, quod contra inſtrumentum publicum exceptionem admitti prohibet, Sc. Velleiani beneficio vti poſsit, *Pruckmanus d. art. 15. part. 2. num. 2. poſt Bald. in d. l. in multis. 9. de ſtat. hom. Anton. de Canario in tract. de execut. inſtrum. quæſt. 18. Dec. in l. 2. num. 12. de reg. iur.*

IX. Ampliatur, vt non ſolum mulieri, ſed & eius hæ-
157 redibus † Sc. auxilio veniat, *l. mulierem. 14. l. heredes. 20. C. ad Sc. Vell. d. l. quamuis. 8. §. Si mulieri. 12. l. hæ actiones. 10. ff. eod.*

158 X. Ampliatur, vt & † procuratores, mandatores, fideiuſſores mulieris exceptionem Velleiani obijcere poſſint, *Vlp. in l. ſi fideiuſſores. 6. ff. ad Sc. Velleia. d. l. ſi mater. 6. l. mulierem. 14. l. ſi vxor. 15. C. eod.*

159 XI. Ampliatur, vt ſi vel mulier † pignus dederit, vel alius rem ſuam pro ipſa pignori nexerit, tam ipſa, quàm pignorator propter ſalutare Sc beneficium extra periculum ſit, *l. 2. ff. quæ res pig. d. l. ſi mater. 6. C. ad Sc. Vell. in verb. res eius pignerata:* ex quo ad acceſsiones hoc Sc. extendi notatum eſt.

160 XII. Ampliatur, vt quamuis † mulier iam creditori virtute inſtrumenti Guarentigionati ſolutionem fecerit, poſsit tamen nihilominus condictione indebiti ſolutũ repetere, ope Sc. Velleiani. *per l. qui exceptionem. ff. de condict. indeb.*

indeb.& ibi Accurſ. Bart. & DD. per d. l. quamuis. 8. §. interdum. 3. vbi expreſſè. ff. ad Sc. Vell. Bart. Bald. & DD. in l. cum quis. C. de iur. & fact. igno. Et ita in praxi in cauſa cuiuſdam viduæ ſe obtinuiſſe teſtatur Gomeſ. *d. tom. 2. cap. 13. nu. 16.* Dixi autem, virtute inſtrumenti Guarentigionati, in quo nulla præceſſit iudicialis cognitio: aliter ſe res habet, ſi per ſententiam
161 † definitiuam ex actis & cauſæ proceſſu, re plenè cognita, latam mulier ad ſolutionem condemnetur, quam & fecit: tunc enim, licet indebitè ſolutum fuerit, tamen propter auctoritatem ſententiæ, ſeu rei iudicatæ repetitio ceſſat. *l. Iulianus. ff. de condict. indeb. l. 1. C. eod. l. ſi fideiuſſor. 29. §. in omnib. 5. ff. mandat.*

XIII. Ampliatur, vt hæc exceptio Vell. poſsit effi-
162 caciter obijci poſt latam † iam definitiuam ſententiam, in ipſa executione, ſolutione tamen nondum ſecuta, *l. tamen. 11. ff. de Sc. Maced. Bart. & DD. in l. 1. C. de iur. & fact. igno. Gomeſ. d. c. 13. nu. 16.*

Excipiuntur autem complures caſus, qui Sc. Velleianum excludunt, de quibus *Accurſius & DD. in l. 1. ff. ad Sc. Vell. Alexand. Roman. & alij in l. in repudianda. 23. ff. de acquir. her. l. ſciendum. 30. in fin. de verb. oblig. copiosè Angel. Aretin. in §. item ſi in iudicio. 5. à num. 14. vſq; ad 28. Inſtit. de exceptio. Decius remiſſiuè cum addit. marg. in l. 2. num. 12. de reg. iur. VVeſenb. ad C. de Sc. Vell. in manuſcripto.*

163 I. Exceptio, ſi ignorauerit † creditor, mulierem alieno nomine contrahere: Veluti ſi tanquam in vſus ſuos pecuniam acceperit, alij creditura: *l. 1. l. ſi ſine. 5. C. ad Sc. Vell. l. ſi mulier. 11. cum ſeq. l. aliquando. 13. l. vir vxori. 17 ff. eo.* aut creditor neſcierit, cui hoc factum vellet. *l. 4. ff. eo.* Hîc Sc. ipſi haudquaquam opitulatur, cum dolo non careat: at verò D. Seuerus reſcripſit: ταῖς ἀπατώσαις γυναιξὶν τὸ δόγμα τῆς συγκλήτου βουλῆς οὐ βοηθεῖ, hoc eſt: Decipientibus mulieribus Sc. auxilio non eſt. *l. 2. §. 3. l. ſi decipiendi. 30. ff. ad Sc. Vell.* & infirmitati mulierum non calliditati conſulitur. *d. l. ſi ſine. 5. C. eo.*

164 II. Exceptio, ſi mulier † ſe virum, vel veſte virili in-
duta, vel alio fuco ſimulauerit: nam & tunc ob dolum atq;
mendacium Sc. beneficio digna non eſt. *d. l. ſi de. ipendi. 30. & ibi Accurſ. ff. ad Sc. Vell. l. ſœminis. 18. C. eod. Tiraq. de ll. connub. gl. 8. nu. 135. Pruck. d. art. 15. num. 8. 9. 10.* inſtar minoris, qui
circumueniendi creditoris gratia maiorem ſe mentitus eſt:
quo ipſo reſtitutionis remedium perdit. *l. 2. 3. C. ſi min. ſe maior: DD. in Auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendit. Geyl. lib. 2. obſer. obſ. 65.*

165 III. Exceptio, ſi mulier ſuum † ipſius negocium ge-
rat, ac ſuo nomine, ſuamq; ad vtilitatem contrahat, non a-
lienam obligationem ſuſcipiat, *l. 3. 4. l. quamuis. 8. §. 1. ff. ad Sc. Vell. l. ſi mater. 6. l. quamuis. 9. l. ſi aduerſarius. 10. C. eod.* & tunc
æquè, ac vir obligatur, *l. 2. 4. 5. 6. fin. C. ad Sc. Vell. l. ſi dominâ. 25. l. bona fide. 27. in fin. ff. eod. l. 1. §. fin. de pign. Geyl. lib. 2. obſ. obſ. 89. nu 2. Nicol. Vigel. in meth. iur. ciuil. lib. 21. cap. 56. quæſt. 3. excep. 20. & in meth. obſ. Cam. Imp. lib. 3. cap. 25. reg. 1.* Etenim ſi
pro alio interceſſerit, iuuatur, non, ſi ſuum gerat negocium.
d. l. quamuis. 8. §. planè. 5. cum contrahere lege non prohibea-
166 tur. *l. ſi mulier 11. ff. d. tit.* Sic licet † mulier ad alterius, ve-
luti mariti vſum pecuniam accipiat, ſi tamen vel ſibi ſumat,
vel in ſuam vtilitatem conuertat, Sc. beneficio non gaudet,
l. ſi fœnebris. 13. C. ad Sc. Vell. l. 4. l. ſi mulieri. 15. l. ſi pro aliquo. 21. l. vir vxori. 17. §. fin. ff. eo.

167 IV. Exceptio, Si mulier † fideiubendo non facta eſt
pauperior, *d. l. bona. 27. d. l. ſi pro aliquo. 21. l. ſi mulieri. 15. l. ſi mulieri. 22. ff. d. tit. Molinæ. de vſur. q. 38. num. 290.* ſed vel rem
ſuam fecerit locupletiorem atque meliorem. *d. l. bona. 27. d. l. ſi mulieri. 15. in fin. Molinæ. d. num. 290.* Veluti, ſi pro interceſ-
ſione ipſi datum aliquid fuerit, *l. antiqua. 23. in princ. C. ad Sc. Vell. Menoch. de arbitr. iud. quæſt. lib. 2. cent. 3. caſu 234. num. 3.*
nam tunc præſumitur in ſua cauſa interceſsiſſe, *Menoch. de præſumt. lib. 3. præſumt. 21. num. 4.* Idcirco, quod quale, quan-
168 tumúe † eſſe debeat, cum iure definitum non ſit, arbitrio
iudicis decerni oportet, *Matth. de Afflict. cap. 1. num. 21. verſ.*

item

item habere arbitrium declarandi: ex quibus cauſ. feud. amitt. in vſib. feud. Menoch. d. caſu 234. num 4. Pruckma. d. art. 15. num. 33. vel de lucro certet conſequendo, *d. l. ſi mulieri. 15.* Creditor verò de damno euitando, *l. fin. §. licentia. 10. C. de iure delib. l. fin. C. de codicill.* quibus ſanè caſibus, poſthabito Sc. Velleiani remedio, vt creditor mulieri præferatur, vel ipſa ſuadet æquitatis ratio.

169 V. Exceptio, ſi fœmina † maior 25. annis intercedendo dotem promiſerit. *l. fin. C. ad Sc. Vell. Ripa l. 1. num. 99. ff. ſolut. matrim. Tiraq. de retra. lig §. 1. gloſſ. 14. num. 100. Petrus Vanderanus de priuileg. credit. cap. 4.* idque, ſiue pro ſe promiſerit, *Caſtrenſ. d. l fin.* ſiue pro extranea promiſerit, *per d. l. fin. VVeſenb. C. ad Sc. Velleia. in manuſcriptis*, ſiue pro filia ſua. *l. ſi dotare. 12. C. d. tit. Eclog. βασιλ. lib. 6. tit. vlt. ex lib. 26 cap. 75.* quippe & matris intereſt, dotatam eſſe filiam: licet alioquin officio ſolum incumbat paterno, dotem conſtituere filiæ. *l. cum poſt. 69. §. gener. 4. de iure dot. l. qui liberos. 19. de rit. nupt.* non matris, *l. neq; mater. 12. C. de iure dot.* tamen quia ingens fauor atq; pietas hîc verſatur: meritò vis ſua Sc. Velleiano

170 hoc caſu ademta eſt: quod ius etiam ad auiam † porrectum eſſe liquet *ex l. promittendo. 41. de iure dot. l. cum is. 32. §. mu-*

171 *lier. de condict. indeb.* Et hæc, quæ † diximus, obtinent ſiue de dote numeranda, ſiue reſtituenda fideiuſſum fuerit, *Bald. Nouellus in tracta. de dote. par. 6. priuil. 12. num. 2. Cephal. conſil. 408. nu. 10. vol. 3.*

172 VI. Exceptio, ſi libertatis † cauſa fœmina interceſſerit. *l. pen. C. ad Sc. Vell. Pruckman. d. loco. nu. 31.* Fauor enim libertatem rebus omnibus anteponit, *l. libertas. 122. l. non eſt. 176. §. 1. de reg. iur. l. 16. ff. de manumiſſ. teſta. l. 38. de re iudic. Eclog. βασιλ. lib. 3. ca. 119.*

173 VII. Exceptio, ſi ratione † piæ cauſſæ interceſſerit, Sc. Velleiano non iuuatur, *d. l. pen. Hier. Cuchalon in addit. ad Dec. d. l. 2. nu. 13. ſub lit. m Tiraq. de priuil. piæ cauſſæ.*

174 IIX. Exceptio, ſi cauſa † ſtudiorum interceſſerit, quæ ſemper ferè cauſæ dotium æquiparantur, *Bartol. in l. 1. in fin.*

 Iaſ.

Iaſ. num. 32. & 51. Socin. num. 68. Ripa num. 139. ff. ſolut. matrimon. Tiraq. in tract. piæ cauſæ. in præfat. col. 14. Iaſ. & Cretus in l. frater à fratre. nu. 47. de cond. inde. Bald. Nouell. de dote. par. 6. priuil. 46. & 57. Capolla in l. 1. nu. 25. pro donat. Dec. cap. 1. num. 19. de probat. & conſ. 70. Ruin. conſ. 101. num. 12. lib. 1. Quin
175 & cauſa † ſtudiorum magis priuilegiata cenſetur, quàm dos, *Panor. c. fin. in fin. de iudic. Curt. Iun. in Auth. res quæ. nu. 43. C. commu. de lega. Horatius Lutius de priuileg. Schola. priuileg. 3.* Item gaudet priuilegijs piæ cauſæ, *per Auth. habita, in verb. hoc noſtra pietatis beneficium. & ibi Bologne. & DD. C. ne fili. pro pat. Bart. in l. ſi cui annuum. ff. de ann. lega. Tiraq. de priuil. piæ cauſæ. in præfa. cui addamus Salice. aſſerentem*, quod omnis cauſa ſtudiorum ſit & dicatur pia, *in l. filiæ cuius, nu. 12. C. fam. hære. Alex. in l. ita ſtipulatus. nu. 28. de verb. oblig. Horatius Lutius in tra. de priuil. Schola. priuil. 1.* Inſuper † priuilegia conceſſa Eccle-
176 ſijs & clericis ad Scholas quoq; pertinent, *Bald. in d. l. 1. & ibi Iaſ. num. 45. ſol. matr. Iohan. Andr. in c. 1. de in integ. reſtit. in 6. Innoc. & Panor. in c. relatum. de teſtib. Bart. Bolognetus in d. Auth. habita. nu. 244. C. ne fil. pro pat. Horatius Lutius d. loco. priuil. 2.*

177 IX. Exceptio, ſi pro fideiuſſore † ſuo intercedat. *l. aliquando. 13. ff. ad Sc. Vell.*

178 X. Exceptio, ſi hæreditatem † emerit, & æs alienum, quod hæreditatem ſequitur, in ſe transſcripſerit, *d. l. aliquandò. 13. in princ.*

179 XI. Exceptio, ſi indemnitatem † mulier promiſerit, veluti ſi interuenerit apud tutores filij ſui, ne prædia eius diſtraherent, eosq; indemnes fore promiſerit: Papinianus non putat eam interceſsiſſe, ideoq; Sc. ceſſat. *l. quamuis. 8. §. 1. l. tutor. 19. ff. ad Sc. Vell. Molin. d. queſt. 18. nu. 193.*

180 XII. Exceptio, ſi mulieri † intercedenti indemnitas ab alio promittatur, idq; non ſimpliciter, ſed facta pecuniæ traditione, *per l. ſi mulieri. 22. ff. ad Sc. Vell.* quem textum dixit aureum *Ang. in l. 1. §. fin. de pig. Bald. in l. 1. in princ. ad Sc. Vell. Alex. in l. 1. C. de conuen. fiſ. deb. lib. 10. Hipp. de Marſ. de fideiuſſ. num. 315. Roma. ſing. 323. incip. tu ſcis.*

XIII. Ex-

181 XIII. Exceptio, Quamuis pignoris datio † interceſsionem faciat: remiſsio tamen pignoris, qua fœmina debitoris ſui rem liberat, pro interceſsione æſtimanda non eſt, & ideo Sc. locum non habet, *d. l. quamuis. 8. in princ. ff. ad Sc. Vell. l. etiam 11. C. eod.*

182 XIV. Exceptio, ſi interceſsio † primum facta poſt biennium repetita fuerit: hîc enim geminatio arguit deliberatam voluntatem, & debilitatur præſumptio circumſcriptionis, & proinde Sc. excluditur. *l. ſi mulier. 22. C. d. tit. §. illud quoq; nouel. 134. Iaſ. Auth. Sacramenta puberum. nu. 56. C. ſi aduerſ. vendit. Alciat. lib. 1. de verb. ſig. nu. 89. Barbat. conſ. 17. vol. 2. Decius conſ. 171. Maſca. de probat. concluſ. 1080. nu. 2. vol. 2. VVeſenb. in commen. ſcriptis ad tit. C. ad Sc. Vell.* Et hanc eſſe præſumtionem iuris, & de iure voluit *Ioh. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de præſumt. §. ſpecies. nu. 5. in verb. in prædictis. Menoch.*
183 *de præſumt. lib. 3. præſumt. 21. nu. 3.* quæ tamen † geminatio nullatenus valet, ſi pro marito facta fuerit, *Auth. ſi qua mulier. C. ad Sc. Vell. Pruckman. d. art. 15. num. 34.*

184 XV. Exceptio, ſi mulier † apud minorem interuenerit: fauor namq; minoris præponderat fauori mulieris, *per l. ſi apud. 12. ff. de minor. Bald. in l. fin. nu. 3. C. ad Sc. Vell.*

185 XVI. Exceptio, ſi mulier † ei, pro quo fideiuſsit, hæres extiterit: tunc enim ad Velleianum confugere non poteſt, *per l. quamuis. 8. §. planè. 13. ff. ad Sc. Vell. Cuiac. lib. 15. obſ. cap. 11.* nam aliàs quoq; hæres onera hæreditatis ſubire, & creditoribus ſatisfacere cogitur, *l. fin. C. de iure delib. §. extraneis. Inſtit. de hæred. qual. & diff. §. 1. Inſt. de oblig. quæ ex qua: contra. §. reſtituta. Inſtit. de fideicom. hæred.* quod tamen ita in-
186 telligendum, vt tantum pro ea parte, pro qua † hæres eſt, efficaciter conueniri poſsit, *per l. cum à matre. C. de rei vind.* quia quilibet hæres refert perſonam defuncti pro ea parte, pro qua hæres factus eſt, *d. l. cum à matre. l. 2. §. fin. ff. de prætor. ſtipul, Tiraq. de retra. lign. §. 32. gloſſ. vnica. num. 50. Anton. Gomeſ. tom. 1. cap. 12. de lega. num. 33. Arius Pinell. l. 1. par. 3. nu. 79. C. de bon. mater.*

XVII. Ex-

187 XVII. Exceptio, ſi mulier † pro marito captiuo interceſſerit, vt carcere eum liberet: hîc Sc. robur ſuum amittere volunt. *Pruckman. d. loco. num.* 41. & quos ibi refert: alioquin pro marito fideiubere prohibetur, *per ſup. adductam l. ſi ſine. 5. cum duab. ſeqq. l. ſi aduerſarius. 10. l. mulierem. 14. C. ad Sc. Vell. Geyl. lib. 2. obſer. obſ. 89. nu. 1. Nicol. Vigel. in meth. iuris ciuilis lib. 21. cap. 5. quaſt. 3. excep. 13. & in meth. obſerua. Cam. Imp. lib. 3. cap. 25. reg. 1.*

188 XIIX. Exceptio, ſi mulier † beneficio Sc. Velleiani renunciauerit, *Accurſ. l. fin. C. ad Sc. Vell. & l. 1. ff. eo. Ang. Aretin. §. item ſi in iudicio. nu. 19. Inſt. de exceptio. Ferrar. in pract. in for. libelli, in actione reali, verb. Veris ac legitimis. num. 44. Hotoma. ff. ad Sc. Vell. pag.* 241. quia quilibet fauore & auxilio iure pro ſe introducto abdicare ſe poteſt. *c. ſi de terra. 6. de priuileg. l. pen. C. de pact. l. quod fauore. C. de legat.* Hanc eſſe communem, omnium ſuffragio approbatam ſententiam, & in foro vſitatam, teſtatum faciunt. *Bartol. in l. 3. nu. 10. ff. de fideiuſſ. Alberic. in l. fin. ff. ad Sc. Vell. Alex. num. 21. Iaſ. nu. 31. Crotus num. 40. in l. ſciendum. 30. de verb. oblig. Azo in ſum. C. ad Velleia. nu. 3. Idem in ſum. C. de fideiuſſ. Hoſtienſ. in ſum. de renunciat. Alciat. in d. l. pen. C. de pact. Conſtantin. Harmenop. lib. 3. tit. 6. Liber commun. opinio. verb. Velleiani renunciatio. nu. 17. Geyl. lib. 2. obſ. 77. num. 1.*

189 Rectius negatiuam † ponamus concluſionem: Mulier beneficio Sc. Velleiani renunciare extra iudicium non poteſt: *gloſſ. & DD. in c. ſi diligenti. 12. & ibi Felin. num. 14. de foro compet. c. ex reſcripto 9. in fin. de iureiura. Bart. in l. doli. 19. nu. 2. ff. de nouat. & in l. fin. cum ſeq. ad Sc. Vell. per l. 3. eod. & per l. ſi mulier. 22. C. eo. Socin. in fallent. reg. 274. Thom. Gram. deciſ. 76. num. 20. Alciat. in l. pen. C. de pact. Gomeſ. tom. 2. Var. reſol. cap. 13. num. 17. Suares in addit. ad Gomeſ. ibid. ſub lit. l. vbi plures refert.* Ratio concluſionis hæc eſt.

190 I. Quia bono † publico Sc. Velleianum introductum fuit, non vnius, atq; alterius fœminæ gratia, ſed propter imbecillitatem totius ſexus: id quod ipſa ſuaſit naturalis

ralis æquitas, *l. 1. 2. 5. l. ſi mulier. 14. ad Sc. Vell. Bart. in l. fin. num. 1. d. tit. & in l. 1. ſolu. matri. Molin. de vſur. quæſt. 18. nu. 294. Maſcard. de probat. concluſ. 1080. num. 1.* Conſtat autem, priuatorum pactis ſeu conuentionibus iuri publico derogari non poſſe. *l. ius publicum. 38. ff. de pact.*

191 II. Quia eadem † fragilitate inducta renunciat, qua contrahit, vel intercedit mulier. *l. ſi mulier. 22. C. ad Sc. Vell. l. ſi iudex circumuento. 41. de minor. l. 6. de reſtit. in integ. Bart. d. l. fin. nu. 3. Gomeſ. d. cap. 13. nu. 17. per l. doli. 19. verſ. diuerſum. ff. de nouatio. l. fin. §. idem. quæſiuit: de condict. indeb. l. fin. C. de pact. pign.*

192 III. Nemo negauerit, fœminam † eo ipſo, quod Velleiano renunciat, ſimul decipi, damnumq; rerum ſuarum incurrere, *l. interdum. 19. verſ. hoc enim ipſo. ff. de mino. d. l. doli. 19. verſ. diuerſum: de nouat. Bartol. d. l. fin. Gomeſ. d. cap. 13. num. 17. verſ. Tertio facit.*

193 IV. Cum lex certos † quoſdam duntaxat caſus excipiat, in quibus mulier Velleiano efficaciter renunciare poteſt. *l. ſi mulier. 22. cum Auth. ſeq. C. ad Sc. Vell. Electo. Saxon. conſtit. 16. part. 2.* vel hoc ipſo manifeſtum redditur, in contrarium eſſe debere Iuris regulam: *l. 1. vbi Dec. num. 21. Cagnol. num. 32. ff. de diuerſ. reg. iur. antiq. l. tribunus. 20. ff. de teſtam. mil. l. ab ea. 5. ff. de probat. Euerbar. in loc. lega. 9. ab excep. ad reg. Sebaſtia. Medic. in princ. reg. à num. 40. vſq; ad fin. VVeſ. C. ad Sc. Vell.* Concluſionem ita confirmatam ampliamus.

194 I. Vt tanto † minus renunciatio valeat, ſi pro marito fideiuſſerit, *per l. ſi ſine. 5. & Auth. ſi qua mulier. C. ad Sc. Vell. Bart. l. fin. nu. 2. d. tit.* nam metu reuerentiali id feciſſe præſumitur: ideoq; multò magis improbatur, nec ipſi incommodo eſſe poteſt. *Bart. in l. quæ dotis. ff. ſol. matrim. Bald. in d. l. ſi ſine. 5. C. ad Sc. Vell. Franciſ. Aretin. conſ. 24. Dec. conſ. 232. col. 3. Tiraq. de ll. connub. gloſſ. 1. part. 1. num. 25.*

195 II. Ampliatio, procedit concluſio, ſi vel intra biennium, † vel ſtatim in ipſo contractu renunciatio facta fuerit, *contra l. ſi mulier. 22. & ibi Bald. C. ad Sc. Vell. Bart. d. l. fin. nu. 3.*

C. d. tit. quia adhuc ex fragilitate ſua rerum ſuarum iacturam facere intelligitur. *d. l. ſi mulier. 22.*

196 III. Ampliatio, procedit, ſi renunciatio in inſtrumentum † non ſit redacta, neq; teſtium ſubſignatione confirmata, *Bart. d. l. fin. num. 3. Bald. in l. 3. nu. 3. C. de decurio. lib. 10. per l. antiqua. 23. C. ad Sc. Vell.* id quod generali conſuetudine abrogatum eſſe rectè monet *Iaſ. in l. ſciendum. 30. num. 32. ff. de verb. oblig. Pruckman. d. artic. 15. num. 21.*

IV. Ampliatio, procedit concluſio, ſi præſertim mu-
197 lieri, † beneficium Sc. Velleiani ſibi competens non fuerit ad animum reuocatum: nam tunc ignorantia meretur excuſationem. *l. mater 19. ff. de inoffic. teſta. d. l. antiqua. 23. §. ne autem 2. C. ad Sc. Vell. Felin. d. c. ſi diligenti. in fin. de for. comp. Bart d. l fin. nu. 4. Socin. in fall. d. reg. 273. Hipp. de Marſil. ad rub. de fideiuſſ. nu. 36. Alciat. in tracta. de præſumt. reg. 1. præſumt. 42. nu. 2 Viuius com. opin. lib. 1. opin. 220. Geyl. lib. obſ. 77. nu. 3. Maſcard. de*
198 *probat. concluſ. 1080. nu. 20.* Quare ſpecialis † renunciatio hîc neceſſaria eſt, vt de certioratione minus dubitetur, *Iacob Thomingi deciſ. 1. nu. 33.* quam *& conſtitutio Electoralis 17. par. 2.*
199 *exigit.* Sunt enim renunciationes † ſtrictè intelligendæ, & quæ in ijs non expreſſa ſunt, acta non intelliguntur, *l. tres fratres. l. emtor. §. Lucius. ff. de pact. l. qui cum tutoribus. §. fin. ff. de tranſacti. Calderinus conſ 5. de præbend. in fin. Zabarella conſ. 120. nu.*
200 *3. Dec. conſ. 352. nu. 7.* Nec ſufficit in genere † eſſe renunciatum, id quod aliâs ſæpe notarijs in more eſt, vt generalis renunciationis mentionem faciant, *Bart. & DD. in l. ſi etſi. 4. §. 4. ſi quis cautio. Geyl. d. obſ. 77. nu. 5. cum ſeqq.* Excipiuntur autem à concluſione noſtra ſequentes caſus.

201 I. Excipitur iudicialis † renunciatio, *l. vlt. in fin. vbi Bart. num. 2. 3. ff. ad Sc. Velle. Socin. in fallent. reg. 274. num. 1. E-*
202 *lector. conſtit. 16. parte 2.* In Electoris Saxoniæ † prouincijs, ne eiuſmodi renunciatio poſsit in dubium vocari, hæc ſingula interuenire debent. I. Vt natu maior ſit, quæ renunciationem facit. II. Vt faciat auctoritate curatoris, ad hanc rem ſigillatim dati, qui in ipſo renunciationis actu interue-

teruenire debet. III. Vt faciat in iudicio. IV. Vt faciat renunciationem in ijs rebus, quæ extra cauſam dotis, donationis propter nuptias, & dotalitij conſtitutæ ſunt. *d. conſtit.16. part. 2.* Et quidem tunc opus haudquaquam eſſe vult *Socin. in reg. 273. nu. 1.* fœminam expreſſe de beneficio Sc. Velleiani admonitam eſſe, vt talis renunciatio ſuſtineatur. Nam in iudicio omnia rectè & ſolenniter acta præſumuntur, niſi contrarium probetur. *c. ſicut nobis. in fin. de re iud. c. in præſentia de renunciat. c. quoniam contra. de probat. in fin. Chilia. cap. 68. nu. 4.* Et hæc renunciatio iudicialis validiſsima eſt, & longè præponderat extraiudiciali, *per l. cum oſtendimus. 4. §. fin. ff. de fideiuſſ. tut. l. ſiue. 28. C. de tranſact. latè Tiraq. de ll. connu. gl. 5. verb. expreſſè. nu. 33. Romulius in tract. de mora. nu. 20. 21. & nu. 140.* Et huiuſmodi renunciationes ſine iuramento in iudicio factæ apud Lipſenſes tolerantur, atq; pro firmis habentur: id quod diuturna conſuetudine inoleuit.

203 II. Excipitur, renunciatio † neceſſaria, ipſo iure permiſſa: qualis eſſe ſolet, quando mulier ob tutelam liberorum, ad quam nouiſsimo iure admittitur, renunciat, *l. 2. cum Auth. ſeq. l. fin. C. quando mulier. tut. offic.* Landrecht *art. 11. lib. 1. Alex. in d. l. ſciendum. 30. num. 29. Alberic. nu. 16. ff. de verb. oblig. Socin. reg. 274. num. 2. Geyl. lib. 2. obſ. 77. nu. 2.* nam tutelæ officium, cum ſit publicum, ideoq; mulier illud ſubitura ex neceſsitate cauere, & conſequenter renunciare cogitur, atq; ita obligatio ipſius ſolùm conſtringit perſonam, *Gomeſ. d. cap. 13. nu. 17.* Cæterum vt ſuperius, ita & hic certioratio non requiritur, vt renunciatio viribus ſubſiſtat, *Bart. & DD. in l. ſi quis. 11. de teſtam. tut. & l. in repudianda. 23. de acquir. hered. Socin. reg. 273. nu. 3.*

204 III. Excipitur renunciatio † iureiurando confirmata. *c. cum contingat. c. ex reſcripto 9. de iureiur. Iaſ. in Auth. Sacramenta puberum num. 53. C. ſi aduer. vendit. Cotta in memorab. in verb. mulieres. Socin. d. reg. 274. nu. 4. Gomeſ. d. cap. 13. nu. 8. & 17. Didac. Couar. in c. quamuis. in 2. relectio: parte: §. 3. nu. 5.*

mihi fol. 139. tom. 1. de pact. in 6. Maurer. de reſtit. in integ. cap. 113.
nu. 13. & cap. 114. nu. 8. Geyl. d. obſ. 177. nu. 16. VVeſenb. ad Sc. Vell. in
205 *Cod.* Quæ & ipſa robur habet, quamuis mulier † de iure ſuo
non certior reddatur: cum iuramentum certiorationem in
muliere requiſitam ſuppleat, & loco certiorationis habeatur,
quo ſanè omni iuris auxilio renunciaſſe cenſetur, ſi non in
ſpecie, ſaltē in genere, *Hippol. in pract. crim. §. 2. nu. 64. DD. in d.*
Auth. Sacramenta puberū. Socin. d. reg. 273. nu. 2. Tiraq. in l. ſi vnquam.
in præfat nu. 135. 136. C. de reuoc. donat. & in ll. connub. gloſſ. 7. nu.
152. vbi plura cumulat *Gomeſ. d. cap. 13. nu. 17. Anton. Gabriel.*
Rom. lib. 2. tit. de iureiurando, conclu. 3. circa fin. Turzanus concluſ. 132.
nu. 1. 2. Hartmanus Hartmani lib. 2. pract. obſer. tit. 29. de fideiuſſ. obſ.
3. Geyl. d. obſ. 77. nu. 10. Conſtit. Saxon. 16. part. 2. Item habetur
206 hæc † iurata renunciatio pro geminata, *Sebaſt. Med. d. reg. 3.*
207 *nu. 23.* Nam pro regula † traditum eſt, vbicunque ad actus
alicuius validitatem geminatus conſenſus requiritur, ibi
vnicum ſufficere cum iuramento: quia iuramentum ſecun-
di conſenſus ſupplementum eſt, *gloſſ. 2. Abb. & DD. in d. c.*
cum contingat. de iureiur. l. 1. C. ſi aduerſ. vendit. l. ſi quis maior. 22.
C. de tranſactio. Iaſ. in §. item 11. nu. 12. Inſtit. de actio. Euerhar. lo-
co 130. & pen. in 6. notab. Sciendum tamen, eiuſmodi iura-
208 tam † renunciationem fœminæ neque tum nocere, ſi per
eam enormiter ſe læſam docere poſſit, *per l. omnes. §. Lucius.*
ff. quæ in fraud. cred. l. ſi ſuperſtiti. §. fin. C. de dolo malo. Dec. conſ.
180. num. 7. & conſ. 181. num. 1. 2. Geyl. d. obſ. 77. nu. 11. 12. 13.
lib. 2. vbi communem hanc eſſe opinionem aſſerunt.
209 IV. Excipitur renunciatio iterata † ſeu geminata.
Bart. in l. fin. in fin. ff. ad Sc. Velleia. Sebaſt. Med. d. reg. 3. nu. 13.
quam ad rem Iuſtinianus conſtituit biennium, quod inter
vtranque renunciationem eſſe debet, *l. ſi mulier. 22. C. ad Sc.*
Vell. Socin. d. reg. 214. nu. 3. Sebaſt. Med. d. reg. 3. nu. 23. verſ. con-
ſenſus. Elect. conſt. 16. §. 1. parte 2. Nam quando mulier pro a-
lio interceſſit, & poſt biennium eam obligationem confir-
mauit, præſumitur non alterius cauſa, ſed ſua propria inter-
ceſſiſſe & ſe obligaſſe, *Menoch. de præſumt lib. 3. præſumt. 21. nu.*
2. &

2. & 3. vbi addit, hanc eſſe præſumtionem iuris & de iure,
poſt Ioh. And. in addit. ad Specul. in tit. de præſumt. §. ſpecies. nu. 5.
in verb. in prædictis concord. verſ. Secundus in muliere. Exiſtimabat
210 † tamen D. VVeſenbecius, non excludi alia requiſita, vt videlicet per modum iuſti contractus renunciatio iteretur, non perfunctoriè, vel vno verbo, *d. l. ſi mulier. 22. Socin. d. reg. 274. vt & innuit d. conſt. 16. in fin.* deinde vt de ſuo iure mulier doceatur. Quod tamen poſterius neceſſarium haud eſſe, rectius mihi videtur ſenſiſſe *Bald. & Salice. in d. l. ſi mulier:* Cui & ſuffragatur *Menoch. d. præſumt. 21. nu. 3.* idque ob geminationem, cuius in iure noſtro vis & effectus eſt maximus, *teſte Maſcardo in tract. de probat. conclu. 838. vol. 2.* Illud
211 monendum, poſteriorem † confirmationem non retrotrahi ad tempus renunciationis primum factæ, ſed obligationem vires atque initium ſumere à die ipſius confirmationis, *Bald. in Auth. ſi qua mulier. in fin. C. ad Sc. Vell. Menoch. d. præſumt. 21. num. 3.*

212 V. Excipitur renunciatio † in inſtrumentum publicum redacta, & trium teſtium ſubſignatione confirmata, de cuius ſolennitate agit *l. antiqua. 23. §. fin. C. ad Sc. Vell. Bart. in d. l. vlt. num. 2. 3. C. ad Sc. Vell.* quod tamen, vt antea quoque meminimus, vſu obſeruari deſijt, *Iaſ. in d. l. ſciendum. 30. num. 32. ff. de verb. oblig. Pruckm. dict. art. 15. nu. 21.*

213 VI. Excipitur, ſi mulier † exceptionem ſibi competentem in iudicio non oppoſuerit: nam illa ipſa omiſsio arguit tacitam renunciationem, vt & fit in Macedoniano. *l. tamen ſi. 11. ff. de Sc. Maced. l. ſed etſi exceptio. 18. de euictio. l. Papinianus. 14. de public. in rem actio.* De cuius efficacia videatur *Iaſ. in l. cum quid. 3. in 2. lectu. num. 10. ff. de reb. cred. Tiraq. de ll.*
214 *connub. gl. 5. verb. Expreſſ. num. 73. 74.* qui ſcribunt, tacitam † renunciationem validiorem eſſe expreſſa, ſi cum ipſa legis adminiculum concurrat: Id quod à Tiraquello ibidem fuſius declaratur. Vide & *Menoch. de præſumt. lib. 2. præſumt. 46.* Et hæc de interceſsione mulieris.

215 III. Fideiubere prohibentur milites, *l. milites. 31. C.*

de loca. & condu. l. de die. 8. §. 1. ff. qui ſatiſda. cog. ne videlicet, o-
miſſo armorum vſu, priuatis ſeſe implicent negocijs, *d. l.
milites. 31.* Etenim vt Rempubl. armis tueantur, ipſis tot
conceſſa ſunt priuilegia, *l. militem. l. qui ſtipendio. C. de procur. l.
filiusfam. §. milites. ff. de procur.* vnde miles Imperij murus, de-
fenſor patriæ, glorioſa ſeruitus, & poteſtatis iudicium ap-
pellatus eſt Epicteto Philoſopho in altercatione cum Ha-
driano Auguſto: de quibus apud *Iuuen. Satyr. 1. Bart. & DD.
in l. neq;. ff. de teſta. mil. Bal. in l. militares. C. eo. Alexand. in l. cen-
turio. ff. de vulg. & pup. Ant. Taſſar de errore notario. cap. 95.
latè Mantua poſt repetit. l. precibus. num. 230. C. de impub. & alijs
ſubſtit. & Claud. Coter. in tracta. de iure & priuileg. mil.* An au-
216 tem priuilegia † competant militibus noſtri temporis, va-
riè diſputatur. Communius in eam deſcenſum eſt ſententi-
am, competere, ſi contra publicum Imperij hoſtem expe-
ditio ſuſcipiatur: aliàs ſecus. De quo prolixius videatur
*Iob. Fabri. Vig. Zuichemus in princ. num. 11. Schneide. & ibi addit.
VVeſ. ad tit. Inſtit. de mil. teſta. Alex. in l. centurio. nu. 23. ff. de vulg.
& pupill. Dec. ad rub. C. de teſta. mil. Socin. Sen. conſ. 33. num. 4.
vol. 3. Zaſ. conſ. 6. num. 16. cum ſeq. vol. 1. Geyl. lib. 2. obſ. obſ. 118.
num. 2. 3. 4. 5. Vincentius Manzinus in tracta. de tutela, in tit. qui-
bus ex cauſis à tutela quis excuſetur, quæſt. 7. princ. num. 26. vide no-
uiſſimè Vaudum lib. 1. varia quæſt. quæſt. 55.* vbi eleganter diſpu-
tat, vtrum hodiè militum priuilegijs locus ſit. Sic ego no-
217 ſtri † temporis milites exceptione militiæ contra obliga-
tionem fideiuſſorio nomine factam haud aliter vti poſſe
crediderim, quàm ſi docuerint, tum ſe pro alijs interceſsiſſe,
quando aduerſus hoſtes publicos armis eſſent occupati: a-
lioquin minimè: ne iura deſidioſis hiſce hominib. patro-
cinari, & ocio atq; ignauiæ præmia conſtituere videantur.
218 IV. Fideiuſsio interdicta † eſt monachis & clericis.
219 *c. 1. ex. de fideiuſſ. c. Te quidem. 11. quæſt. 1.* Monachi † à ſolitu-
dine vitæ nomen habent, *l. decernimus. l. ſi quis presbyter. C. de
epiſco. & cler.* Inde Monaſterium locus, in quo monachi de-
220 gunt. Itaq; clauſtro contenti † eſſe debent. Nam, vt dici
ſolet,

ſolet, Sicuti piſcis ſine aqua caret vita: ita monachus ſine clauſtro eſſe non poteſt. In clauſtro igitur monachus (ſi Dijs ita placet) precibus vacare, non ſecularibus negocijs ſeſe impedire, & fideiuſsionibus operam nauare debet: ſiquidem alterius eſt ſubiectus poteſtati, nec velle habet, vnde ne quidem naturaliter obligatur. *c. nolle. 12. q. 2. per l. velle.*
221 *4. ff. de diuerſ. reg. iur. antiq.* Quò fit, vt & † teſtandi facultas ipſi ſit adempta, *Auth. ingreßi C. de SS. Eccleſ. c. quia ingredienti-*
222 *bus: cum ſeq. 19. q. 3. Diaz. reg. 472.* quoniam ingreſſus † monaſterij dominio rerum, & adminiſtratione priuat, fereq́; occidit. *d. Auth. ingreßi, gloſſ. in §. ſi qua mulier. in Auth. de ſanctiſ. Epiſcop. collat. 9. Rainald. Corſus lib. 2. indagat. Iuris, cap. 23. num. 11.* Reſtringatur tamen iſtud, niſi adminiſtratio
223 † monaſterij ipſi demandata fuerit: tunc enim in ijs videtur obligari, quæ ad adminiſtrationem pertinent. *Hoſt. ext. eod. num. 3.* modò ne monaſterium ex huiuſmodi contractu in damnum conijciatur: Eccleſiam namq; ex contractu curatorum non obligari, niſi in eius vtilitatem redundauerit, notatum eſt per *interpp. in Auth. hoc ius porrectum. C. de SS. Eccleſ. Dn. Hartman. Piſtoris 1. tom. quæſtio. Iur. quæſt. 37. num. 24.*
224 De clericis quæritur. Noſſe oportet, monachos † clericos non eſſe. *l. generaliter. C. de Epiſc. & cler.* qua ratione & ipſe Iuſtinianus clericos à monachis ſeparauit, *in nouell. 5. &*
225 *6.* Ac monachus clerico † opponitur. *l. addictos. C. de epiſcop. audie. d. l. ſi quis presbyter. C. de epiſc. & cler.* Eſt autem cleri-
226 cus, † qui ſeruitia ſua Eccleſiæ Chriſti deuouit, *c. cleros. 21. diſt.* dictus à Græco κλῆρος, quod ſortem denotat. *Iſidorus lib. 7. Etymol. tit. de clericis. Alciat. lib. 5. παρέργ. Ioh. Borchol. in erudito tractatu ſuo de feud. c. 5. nu. 2.* Clerici igitur fideiuſsionibus inſeruientes ab eccleſia ſunt abijciendi. *d. c. 1. de fideiuſſ.* Am-
227 plio I. Si frequenter, † nullaq́; habita ratione fideiuſſionibus ſe innectant, vt inde damnum eccleſiæ ſit pertimeſcendum, *Hoſt. ex. eo. nu. 3. Panor. d. c. 1. nu. 1.*
228 II. Amplio, quod clericus in iudicio † pro idoneo fideiuſſore omninò non habeatur. *Panor. d. c. 1. nu. 5.* quia non eſt

eſt eiuſdem fori, cuius eſt principalis, & iudicis laici forum
229 declinare, quin nec † conſentiendo eius iuriſdictionem pro-
rogare poteſt, vel debet. *c. clerici. de iudic. c. quod clericis. de fo-*
230 *ro compet. Panorm. d. c. 1. num. 5.* Sin iudicium non † decli-
nauerit, ſed in id conſenſerit, pœnam arbitrariam incurrit.
*Bald. l. 1. in fin. C. de iudict. vid. toll. Bertach. in tracta. de epiſcop.
lib. 4. part. 5. num. 98. Grammati. conſ. 1. num. 34. Menoch. de ar-
bit. qq. lib. 2. cent. 5. caſu 430.* Idcirco cui præſtandi fideiuſſo-
231 ris † iudicio ſiſti impoſita eſt neceſsitas, præſtando clericũ,
vel alium ſub diuerſa iuriſdictione exiſtentem non libera-
232 tur. Si tamen ſimpliciter de præſtando † fideiuſſore ob de-
bitum aliquod vel contractum initum promiſſum eſſet, ſa-
tisfiet promiſsioni, ſi detur clericus, nec ab aduerſario re-
cuſetur. *Bart. in l. 3. de fideiuſſ. 2. col. Canoniſtæ, & Panor. in d. c. 1.
num. 5. 6. Gomeſ. d. c. 13. tom. 2. varia. reſol. nu. 18.*

233 III. Amplio, quod clericus, ſi ſine auctoritate † ſu-
perioris pro laico fideiuſſerit, pro cotemtore & transgreſ-
ſore canonum habeatur, & arbitrio iudicis veniat punien-
dus. *gl. in c. pen. in verb. grauiori. de fideiuſſ. Menoch. de arb. iud. q.
lib. 2. cent. 5. caſu 432. nu. 1.*

234 I. Excipimus, Quamuis † clericus fideiubere prohi-
beatur, *d. c. 1.* Si tamen fideiuſſerit, nec à quoquam fuerit op-
poſitum, obligatio valebit, *gl. Hoſt. Ioh. And. Panor. præall. locis.
Roma. conſ. 400. Marſil. conſ. 19. num. 13. & in l. ſi quis, ne quæſtio.
num. 93. ff. de quæſtio. Gomeſ. d. cap. 13. nu. 18. Menoch. de præſumt.
lib. 2. præſumt. 46. num. 15. & innuit c. 2. de fideiuſſo.*

235 II. Excipimus, vt tunc † obligatus hæreat clericus,
ſi tantum ſibi ſuperſit, vt de patrimonio ſuo vel annuis ſuis
reditibus, non de bonis eccleſiæ ſoluere poſsit, non vltra
tamen, quam facere poſsit, ne tandem ipſius egeat, *d. c. 2.
verb. de reditibus eorum. & c. de fideiuſſ. c. Odoardus de ſolut. gloſſ. in l.
miles. ff. de reg. iur. Panorm. poſt Hoſtieſ. in d. c. 1. nu. 2. Gomeſ. d. nu. 18.*

236 III. Excipimus caſum † neceſsitatis. Neceſsitati e-
nim lex nulla ſcripta eſt, *text. c. 2. §. fin. de obſeru. ieiun. & in
c. quanto. 11. de conſuet. text. in c. licet. de ferijs. & in c. fin. eo. tit.*

text.

text. in l. item quamuis. ff. com. diuid. gloſſ. ibid. in verb. neceßitatem,
text. in l. aliquando. ff. de offic. proconſ. gloſſ. in l. vnic. ff. de offic. conſ.
in verb. expedire, & ob neceſsitatem obedientia negligitur, *d.*
237 *c. 2. de obſeru. ieiun.* & licitum † eſt alienare alioquin aliena-
re prohibita, ipſiq; Deo conſecrata. *c. cum aurum. 12. q. 2. l.*
ſancimus nemini. circa med. C. de SS. Eccleſ. Menoch. latè de arbitr.
iud. qq. lib. 2. cent. 2. caſu. 182. num. 5. & 30. Ac ſæpe aliàs
238 quoque neceſsitas † licitum facit, quod alioquin eſt veti-
tum. *c. ſi quis propter neceßitatem. de furt. & ibi Maria. Socin. nu. 9.*
Roman. in l. ſi verò. §. de viro infallent. 54. ff. ſol. matrim. vbi triginta
octo caſus recenſet, DD. in l. qua propter neceßitatem. de reg. iur. Me-
noch. d. c. 182. & lib. 2. cent. 5. caſu. 451. nu. 7. Quinimò ad
239 clericos † potiſsimum ſpectare arbitror ſubuenire proximo
in egeſtatem coniecto, & non ſolum fideiuſsionibus, ve-
rùm alijs quoque adminiculis eius ſubleuare paupertatem:
id quod ipſiſsimum eſt charitatis officium, quod clerici præ
cæteris omnibus colere, exercere, atque profiteri debent. *c.*
quoniam quicquid. 16. q. 1. & c. videntes. 12. q. 1. Hoſt. d. loc. num. 3.
Panor. d. c. 1. nu. 3. Daniel Venatorius in analyſi Iuris Pontif. tit. de fide-
iuſſ. Videatur & Hippol. de fideiußio. nu. 309. cum ſeq. vbi num. 311.
annectit quæſtionem, vtrum clericus, ſi fideiuſſerit, coram
iudice laico conueniri queat. De quo aliquid paulò ante.
240 V. Intercedere prohibitum † eſt ſeruo. *l. 2. l. ſeruus. 19.*
cum l. ſeq. ff. de fideiuſſ. Quod enim ad ius ciuile attinet, ſerui
pro nullis habentur. *l. quod attinet. 32. ff. de diuerſ. reg. iur.* cum
nec ex ſua perſona ius ſtipulandi habeat, ſed ſolum ex perſo-
na Domini. *l. ſi ſeruus. 141. ff. de verb. obligat. tot. tit. ff & Inſtit. de*
ſtipula. ſeruor. quemadmodum nec ius paciſcendi, *Borholt. de*
pact. cap. 4. num. 31. ac proinde, teſte Theophilo, ἀπρόσωπος eſt,
& ex perſona Domini χαρακτηρίζεται: Excipe tamen, ſi ex cau-
241 ſa peculiari † fideiuſſerit: tunc enim, quod ex peculio ſol-
uerit, repetere dominus non poteſt. *d. l. ſeruus. 19. ff. de fideiuſ-*
ſor. Vveſ. eo. tit. nu. 3. Sed hîc immorari neceſſe non eſt, cum
Germania noſtra ſeruos non agnoſcat.

CAPVT III.

De obligationibus, quibus fideiuſſor accedere poßit, vel non poßit.

1. *Fideiuſſio alienam præſupponit obligationem, ſiue conſtet verbis, vel re, vel literis, vel conſenſu, &c.*
2. *Naturali obligationi fideiuſſor accedit: & vnde naturalis obligatio æſtimanda. nu. 3.*
4. *Fideiuſſoris datio inſtar ſolutionis eſt.*
5. *Fideiuſſor naturali obligationi accedens, obligatur naturaliter & ciuiliter: qui quidem efficaciter conueniri poteſt, licet principalis non poſſit. nu. 6. Et nec quidem regreſſum habet contra principalem, ſi pro eo ſoluerit. num. 7.*
8. *Iniquum videtur, in naturali obligatione fideiuſſorem firmiter teneri, principalem verò non: explicatur: nu. 9.*
10. *Fideiuſſor ciuili obligationi adhibetur.*
11. *Ciuilis obligatio hic talis eſſe debet, quæ vel actionem parere, vel condictionem indebiti impedire poſſit.*
12. *Sententia condemnatoria, ſeu res iudicata & actionem & exactionem parit.*
13. *Ex literarum obligatione poſt biennium, licet reus ciuiliter tantum obligetur: tamen huic obligationi fideiuſſor accedere poteſt: quod ſecus eſt in obligatione literarum ante biennium. nu. 14.*
15. *Non quod fit, ſed an cum effectu fiat, inſpiciendum.*
16. *Fruſtrà fideiuſſores ijs obligationibus accedunt, quæ indebiti condictionem non impediunt.*
17. *Si reo principali factum fuerit pactum de non petendo, fideiuſſor amplius efficaciter non tenetur. nu. 50.*
18. *In l. fin. ff. de iureiur. fideiuſſor eadem exceptione ſe tuetur, qua principalis.*
19. *Temporis præſcriptione reo liberato, & fideiuſſor liberatur.*

20. In-

20. *Inſignis quæſtio: Utrum exceptio, reo principali competens, fideiuſſori quoq; proſit.*
21. *Diſtinctio quorundam.*
22. *Alia diſtinctio Guilielmi Maynerij.*
23. *Duabus regulis res expeditur.*
24. *Prior regula: Exceptio merè realis debitori competens fideiuſſori quoque vtilis eſt: quæ declaratur à nu. 25. vſq; ad nu. 98.*
25. *Declaratur, quatenus debitor capite non minutus fuerit.*
26. *In l. 1. C. de fideiuſſ. verbo, exulare, deportatio ſignificatur.*
27. *Diſtinguitur, ſi vel contractui, vel iudicio ſiſti fideiuſſor acceſſerit.*
28. *Exceptionem merè realem etiam inuito debitore fideiuſſor obijcere poteſt: & quamuis principalis ea vti nequeat. nu. 30. & nu. 141.*
29. *In exercendis litibus neceſſarij ſunt ſumtus: deuorandæ moleſtiæ: moræ interueniunt: anceps eſt litium alea, adeò, vt qui ſæpe credunt obtinere ſuccumbant: aut ſanè ſi obtinent, computatis laboribus & expenſis non modò nihil acquirant, ſed etiam bona & vtilia negocia negligere atq; poſtponere coacti fuerint.*
31. *Exceptio præſcriptionis fideiuſſori competit.*
32. *Exceptio præſcriptionis obligationem concernit, & pleniſſimam ſecuritatem parit, ac ſolutioni ſimilis eſt.*
33. *Præſcriptione non tollitur naturalis obligatio: cum tempus non ſit modus tollendæ obligationis.*
34. *Fideiuſſori ſuccurrit beneficium l. 2. C. de reſcind. vendit. ſi reus dolo creditoris eſt deceptus. nu. 35.*
36. *Obſtat: Exceptio præſcriptionis in perſonã ſcripta eſt. nu. 37.*
37. *Duplex eſt doli conſideratio.*
38. *Reus & fideiuſſor interdum ipſo iure, abſq; exceptione tuti ſunt: quod diſtinctione explicatur nu. 39. cum ſeqq.*
40. *Dolus aut dat cauſam contractui bonæ fidei, aut ſtricti iuris: aut incidit in contractum bonæ fidei, aut ſtricti iuris. nu. 41. 42. 43.*

44. *Qui ſine cauſa pro alio intercedit, exceptione doli ſe tueri poteſt.*

45. *Fideiuſſor habet exceptionem, quod metus cauſſa: item exceptionem rei iudicatæ: num. 46. iuriſiurandi à debitore præſtiti nu. 47.*

48. *Explicatur l. vbicunq. 60. de fideiuſſ. nu. 49.*

51. *Iure Pandectarum & Codicis creditor fideiuſſorem ante reum principalem poteſt conuenire: ſecus iure nouellarum conſtitutionum: num. 52.*

53. *Fideiuſſor mixtis etiam vtitur exceptionibus, vt Sc. Velleia. Item Macedoniano: nu. 59.*

54. *Obſtat, Sc. Velleianum in perſonæ fauorem tantum factum: ſoluitur nu. 55.*

56. *Hæredes mulieris Sc. Vell. vtuntur.*

57. *Etiam poſt latam ſententiam fideiuſſori Sc. Vell. competit.*

58. *Quando poſt latam ſententiam exceptiones obijci poſſint, remiſſiuè.*

60. *Fideiuſſor vtitur exceptione Sc. Macedoniani, ſiue regreſſum habeat contra principalem, ſiue non: niſi donandi animo interceſſerit. nu. 61. aut niſi pater ratum habuerit, filiofam. mutuo datam eſſe pecuniam: nu. 62.*

63. *Fideiuſſor minoris 25. annis ſi in re minor deceptus fuerit: quæ verba, ex l. exceptiones. 7. §. 1. de except. explicantur, nu. 64. 65. & nu. 70. 71.*

66. *Reſtituto reo minore, ſublata eſt obligatio principalis: ergò non poteſt ſubſiſtere fideiuſſoria. nu. 67.*

68. *Ex opinione Cuiacij, exceptio reo minori competens, ad fideiuſſorem non tranſit.*

69. *Legis auxilio dignus non eſt, qui ſe vltrò in neceſſitatem conijcit.*

72. *Exceptio libertatis onerandæ cauſſa fideiuſſori prodeſt.*

73. *Exceptio non numeratæ pecuniæ fideiuſſori competit licet debitor confiteatur, ſibi numeratam, ſi tamen aliter conſtet, præſertim ſi debitor ſit egenus: nu. 74. 75.*

76. *Exceptio immodicè donantis fideiuſſori datur.*

77. Ex-

77. *Exceptio compenſationis: qua fideiuſſor adeò vti poteſt, licet principalis ſit excommunicatus. nu. 78.*
79. *Exceptio contractus vſurarij.*
80. *Debitor cum creditore interdum in necem fideiuſſoris colludit: quod in paupere magis præſumitur, ſecus in diuite. nu. 82.*
81. *Paupertas ſuadet interdum, quod reuera non eſt: & omnes artes perdocet.*
83. *Contractus vſurarius ipſo iure nullus.*
84. *Omnes contractus præſumuntur iuſto, legitimoq́ue modo celebrati, non vſurarij, niſi probetur. nu 85.*
86. *Contractus quomodo probetur vſurarius, remiſſiuè.*
87. *Quoties ſuaſerit æquitas, fideiuſſor exceptionem, aliàs ſoli debitori competentem, implorato officio iudicis, obtinebit.*
88. *Exceptiones nituntur æquitate.*
89. *Excluſus ab exceptione, non eſt excluſus ab imploratione officij iudicis.*
Officium iudicis ſemper patet.
90. *Statuto exceptionem pacti, vel ſimilem contra inſtrumentum opponi prohibente, poteſt implorari officium iudicis.*
91. *Statuto diſponente, vt in cauſa criminali nulla admitteretur exceptio, niſi oppoſiturus præſens eſſet, officium iudicis implorari poteſt.*
92. *Statuto aliquem, niſi ſatisdet, ab excipiendo repellente, officium iudicis implorari poteſt.*
93. *Si cuipiam excipiendi via, vel ob lapſum termini, vel propter latam ſententiam fuerit intercluſa: is nihilominus officium iudicis ſaluum habet. & nu. 94.*
95. *Fideiuſſori exceptiones reo competentes adeò dantur, quamuis etiam ab initio omnibus exceptionibus renunciauerit.*
96. *Verba (ſine exceptione) non ad vtiles, & ipſi naturæ contractus inſitas exceptiones, ſed ad friuolas referenda ſunt.*

97. *Renuncians exceptionibus ſeu beneficijs iuris, intelligitur illis renunciaſſe, quæ ſibi immediatè ex ſua perſona, non autem mediatè ex perſona alterius, vel legis diſpoſitione, vel contractu ſubueniunt.*

98. *Poſterior regula: Exceptio merè perſonalis ad fideiuſſorem non tranſit. Declaratur nu. 106. cum ſeqq.*

99. *Priuilegia in gratiam alicuius perſonæ conceſſa, illam perſonam non egrediuntur.*

100. *Pactum perſonale ad alium non extenditur.*

101. *Fideiuſſor & hæres æquiparantur.*

102. *Beneficia perſonalia ad hæredes non extenduntur.*

103. *Declaratur l. ex perſona 32. de fideiuſſ.*

104. *Declaratur l. Gracè 8. §. illud. 3. de fideiuſſ.*

105. *Fideiuſſor poteſt obligari ad obſtagia.*

106. *Exceptio ſocio competens, fideiuſſori non competit, idq́; ſi ex cauſa ſocietatis agatur, nu. 110.*

107. *Perſonæ quædam in plus conueniri nequeunt, quàm facere poſſint, ne egeant: & vnde hoc fiat. nu. 108.*

109. *Ne egeant, tria conſideranda ſunt.*

111. *Cautela: ſi fideiuſſor earum perſonarum, quæ in plus non tenentur, quàm facere poſſint, conueniatur. tunc poteſt principali litem denunciare, vt ipſe ex ſua perſona exceptionem opponat.*

113. *Si pater à liberis emancipatis conueniatur, quamuis ipſe exceptione, ne egeat, tueri ſe poſſit, tamen fideiuſſor in ſolidum tenebitur. nu. 116.*

113. *Parentes ſuos non amare impietas eſt: non agnoſcere inſania.*

114. *Filijs incumbit, parentes egenos alere.*

115. *Deus ἀντιπελαργίαν à liberis exigit.*

117. *Correlatiuorum ea eſt natura, vt diſpoſitum de vno, etiam extendatur ad aliud.*

118. *Vbicunq; reus ita liberatur, vt natura debitum maneat, fideiuſſor tenebitur.*

119. *Fideiuſſor patroni.*

120. Fi-

120. *Fideiuſſor ſoceri vtriuſq, tàm vxoris, quàm mariti, circa dotem promiſſam, vel reſtituendam.*

121. *Fideiuſſor mariti circa reſtitutionem dotis, ſoluto matrimonio: & de fideiuſſore vxoris.nu.122.*

123. *Fideiuſſor militis.*

124. *Circa hos caſus notandum, cum fideiuſſor in ſolidum regreſſum habeat contra principalem, conſultum eſſe, vt conuento fideiuſſore, reus ipſe compareat, & ex ſua perſona exceptionem obijciat.nu. 125.*

126. *Fideiuſſor eius, qui bonis ceſſit.*

127. *Ius antiquum circa ceſſionem bonorum ſeuerius fuit.*

128. *Saxo* giebet den Schuldener dem gleubiger an die hand vnd halffter.

129. *Saxo interdum ſaxeus eſt.*

130. *Fideiuſſor eius, qui Magiſtratum gerit.nu.131.*

132. *Inhibitio Iudici inferiori facta in cauſa concernente reum principalem, fideiuſſorem non continet. Contraria opinio nu. 133.*

134. *Inter reum & fideiuſſorem eſt quædam cauſæ communio.*

135. *Inhibitio fit reſpectu cauſæ, non perſonæ.*

136. *Dilatio reo data fideiuſſori vtilis eſt.*

137. *Rei intereſt, fideiuſſorem non moleſtari.*

138. *Appellatio ab vno ex conſortibus cauſæ interpoſita non appellanti ſubuenit: & interim contra non appellantem non poteſt fieri executio.nu. 139.*

140. *Prorogatio fatalium facta per vnum ex conſortibus cauſæ iuuat conſortem ad excuſandam deſertionem.*

142. *Inhibitio à principali impetrata, releuat fideiuſſorem iudicio ſiſti.*

143. *Declaratur l.prætor. 12.de iudic.*

144. *Declaratur l.3.§.ſi is pro quo 3.quod quiſq, iuris.*
Prætores olim cauſas mandabant interdum purè, interdum vt nulla exceptio opponeretur.

145. *Declaratur l. etſi fideiuſſor 24. de re iudica. & l.reos 23. C.de fideiuſſ.nu. 146.*

147. *Mo-*

147. *Moratoria dilatio, ſeu induciæ quinquennales debitori datæ fideiuſſori non proſunt.*

148. *Moratorium priuilegium perſonæ cohæret.*

149. *Nimis liberè ſtatuerunt, qui contrarium ſecuti ſunt.*

150. *Induciæ moratoriæ quare concedantur, & quando, ſeu quæ concurrere oporteat nu. 152.*

151. *Moratoria præſcriptio creditori non aufert ius ſuum, ſed tantummodo differt.*

153. *Induciæ moratoriæ interdum conceduntur ab Imperatore, vel Principe: interdum à creditoribus.*

154. *Induciæ ab Imp. vel principe conceſſæ fideiuſſori non proſunt, quando iuris beneficijs, ſeu Auth præſente, C. de fideiuſſ. renunciauit.*

155. *Fideiuſſorem qui accipit, eo ſibi proſpicit, vt cum facultatibus lapſus fuerit debitor, poſſit à fideiuſſore ſuum conſequi.*

156. *Ius in fideiuſſore per interceſſionis obligationem quæſitum, principis reſcripto creditori auferri non poteſt.*

157. *Reſcripta ſunt ſtricti iuris, ſtrictamq́; recipiunt interpretationem.*

158. *Principum priuilegia latè eſſe interpretanda, & quomodo hoc ſit intelligendum. nu. 159. nu. 161.*

160. *Diſpenſatio cum eſt odioſa, ſtrictam habet interpretationem.*

162. *Fideiuſſor, ſi iuris beneficijs, vel Auth. præſente. non renunciauit, ordinis beneficium habet integrum, ne ſedurantibus inducijs à principe conceſſis ad ſolutionem cogi poſſit.*

163. *Quæ ſit ratio diuerſitatis, quod, ſi fideiuſſor renunciauit Auth præſente: induciæ à principe impetratæ fideiuſſori non proſint: ſi non renunciauerit, proſint. nu. 164. 165.*

166. *Si fideiuſſor Auth. præſente, renunciauerit, adeò tenetur, vt conuentus, debitori litem denunciare non poſſit: nu. 168. quæ quæſtio de apicibus iuris eſt, nu. 167.*

169. *Debitori conceſſa eſt immunitas aduerſus creditores: fideiuſſor*

iuſſor autem venit nomine creditoris.

170. *Cautela pro debitore, vt impetraturus reſcriptum moratorium, faciat, in eo quoq; fideiuſſorum fieri mentionem.*

171. *Quando fideiuſſor ſimpliciter interceſſit abſq; renunciatione, tunc debitori litem denunciare poteſt.*

172. *Induciæ moratoriæ à creditoribus debitori conceſſæ, fideiuſſori proſunt: declarantur nu. 178.*

173. *Quando de inducijs concedendis inter creditores tractatur, tunc conſenſus maioris partis trahit ad ſe minorem: niſi vnus creditorum pinguius ſibi caueri curauerit. nu. 174.*

175. *Moratoria dilatio ab Imp. impetrata iuratæ promiſſioni non derogat.*

176. *A principio, datis inducijs, inter debitorem & creditorem hoc actum intelligitur, vt fideiuſſori parcatur.*

177. *Limitatur, ſi fideiuſſor animo nouandi interceſſerit.*

179. *Obſtat, renunciationem eſſe inutilem, ſi induciæ fideiuſſori quoq; ſubueniant: Soluitur nu. 180.*

181. *Prorogato ſolutionis termino, fideiuſſores non liberantur: niſi ad certum tempus ſe obligârint. nu. 182.*

183. *Fideiuſſor accedit obligationi naturali & ciuili.*

184. *Fideiuſſor accedit obligationi, quæ re contrahitur, item obligationi, quæ verbis contrahitur. nu. 185. Item quæ literis contrahitur. nu. 186. Item, quæ conſenſu contrahitur. nu. 187. item obligationi futuræ, nu. 188. item obligationi tam dandi, quàm faciendi. nu. 189.*

190. *Factum alienum nemo vtiliter promittit.*

191. *Fideiuſſor accedit obligationi, tum puræ, tum in diem, tum conditionali: ita & accipi poteſt: nu. 192.*

193. *Fideiuſſor accedit obligationi ex iure honorario deſcendenti.*

194. *Ius honorarium & prætorium pro eodem accipitur: quod Cuiacius improbat. nu. 195.*

196. *Ius ædilitium aut Tribunitium eſt honorarium, ſed non prætorium.*

L 197. Fi-

197. *Fideiuſſor accedit obligationi acceſſoriæ, qui dicitur fideiuſſor indemnitatis.*

198. *Fideiuſſor accedit obligationi ex delicto.*

199. *Vtrum in omni cauſa criminali reus carceri mancipatus, datis fideiuſſoribus ſit relaxandus: quid tum iure communi, tum Saxonico ſtatuendum, nu. 200. 246. 247.*

201. *Quandocunq; propter crimen commiſſum pœna corporalis irrogatur: pro reo carcerato fideiuſſores non ſunt recipiendi. ampliatur num. 210. cum ſeqq. & limitatur num. 233. cum ſeqq.*

202. *Fideiuſſor ad pœnam corporalem ſe obligare non poteſt.*

203. *Homo neq; vitæ, neq; ſuorum membrorum dominus eſt.*

204. *Nemo ad torturam ſe obligare poteſt, neq; ad carcerem. num. 205.*

206. *Iuſtitiæ vis & poteſtas potiſſimum in exequendo conſiſtit.*

207. *Pœnæ ſuos perſequuntur auctores.*

208. *Moriatur anima, quæ peccauit, nec filius ſuſtineat iniquitatem patris, nec pater filij.*

209. *Scelera non debent eſſe impunita, ne gaudia & tranquillitas Reipub. turbetur.*

211. *Etiam pro crimine, cui pœna quidem corporis, abſq; tamen vltimo ſupplicio conſtituta eſt, vt fuſtigatio, manus amputatio &c. fideiuſſor non recipiendus.*

212. *In pœnis arbitrarijs, ſi iudex viri ſimiliter pœnam corporis arbitraretur, fideiuſſor non admittitur: niſi perſonæ qualitas aliud ſuaderet. num. 213. 214. 215.*

216. *Quando pœna corporis ſuccedit in locum pœnæ pecuniariæ, fideiuſſor non admittendus: quod improbatur nu. 218. 220. & 239.*

217. *Qui non ære poteſt, luat hic in corpore pœnam.*

218. *Quodlibet hominis membrum nobilius eſt, quàm vt precio æſtimari debeat: eoq; quælibet etiam minima corporis læſio omni nummaria æſtimatione aut pœna grauior habetur.*

219. *Iudex ad abſolutionem propendere debet.*

Soluen-

221. *Soluendo eſt, qui idoneos inuenit fideiuſſores.*

222. *Iudex æquitatem non ſecus atq; cœlum ob oculos habere debet.*

224. *Confeſſus crimen, pro iudicato habendus: quia ſe ſua ſententia damnat.*

225. *L. inter 6. §. 1. ff. de interdict. & releg.*

226. *Qui non ob ſuum, ſed ob alterius delictum in carcere aſſeruantur, ob explorandam veritatem, ſub fideiuſſoribus non liberantur.*

227. *Ne veritas in occulto maneat, teſtes non modò in carcerem detrudi, ſed & torturæ nonnunquam ſubijci poſſunt: idq; tribus caſibus. num. 228.*

229. *Iure Saxo. deprehenſus in flagranti crimine, item qui, priuſquam crimen pernoctetur, accuſatur, & poſtea capitur, ſub fideiuſſoribus non eſt relaxandus.*

230. *Crimen flagrans quod dicatur.*

231. *Si reus in flagranti crimine non fuerit deprehenſus, nec propter delictum debito modo accuſatus, priuſquam illud pernoctetur, ſi poſtea capiatur, fideiuſſioni locus erit: quod iure Sax. indiſtinctè procedit, ſiue agatur de vltimo ſupplicio, ſiue mitiore pœna. num. 232. 244.*

233. *Reus, ſi ſolum ſit ſuſpectus de facinore, ſub fideiuſſoribus relaxandus erit.*

234. *Reus, ſi innocentiam ſuam docuit, etiam ante latam ſententiam cum fideiuſſore, quin ſine fideiuſſore liberabitur. nu. 235. 236. & iudex, ſi deneget, de ſyndicatu tenetur. num. 237.*

238. *Valet conſuetudo, vt reus criminis ſub fideiuſſorib. liberetur.*

240. *Fideiuſſor ſi ſe non ſolum vt fideiuſſorem obligauerit, ſed & cuſtodiam rei ſuſceperit, ſi elapſus fuerit, eandem ſubire pœnam cogitur.*

241. *Infeſtis ſolennibus rei ſub fideiuſſoribus relaxari debent: quod in Germania non ſeruatur. num. 242.*

243. *Viri ampliſſimi, vt Doctores, decuriones &c. rei criminis ſub fideiuſſoribus relaxandi.*

245. *In caſu criminali, vbi fideiuſſio locum habet, notetur, vt fideiuſſores ſe in omnem caſum obligent.*

248. *Quandocunq; propter crimen commiſſum mulcta, ſeu pœna pecuniaria eſt conſtituta, reus ſub fide fideiuſſorum è cuſtodia eſt dimittendus: ratio redditur nu. 249. ampliatur nu. 250. cum ſeqq. limitatur nu. 266. cum ſeqq.*

253. *A mulcta appellari poteſt.*

254. *Appellationes ex inueterata Germaniæ conſuetudine in criminalibus illicitæ ſunt: aliud iure communi. nu. 255.*

256. *Reus criminis non habens fideiuſſores, in carcere retinetur.*

257. *Si reus criminis, omni adhibita diligentia, fideiuſſorem exorare neminem poſſit, iuratæ promiſſioni committendus eſt. Contrarium vſu alicubi ſeruatur, ſed malè, nu. 258. Iuramento autem difficultate inueniendi fideiuſſoris probat. num. 259. Saxo oppignoratione bonorum immobilium contentus eſt, num. 260. Iure ciuili id non ſufficit, num. 261.*

262. *Viri illuſtres ad fideiuſſionem non ſunt cogendi, ſed omninò cautioni iuratæ relinquendi: quod tamen contraria conſuetudine abrogatum eſt: nu. 263.*

264. *In delicto, pro quo iudex pœnam arbitrariam non in corpore, ſed in pecunia imponere ſolet, fideiuſſor interuenire poteſt.*

265. *Iudex, ſi oblatos fideiuſſores reiecerit, reumq; in carcere detinuerit, actione iniuriarum in ſyndicatu conuenitur.*

266. *Cum debitum eſt liquidum, per fideiuſſoris dationem ſolutio differri non debet.*

267. *Humanitatis gratia reo aliquid ſpacij ad ſoluendum concedi debet, quod in perſonalibus eſt quatuor menſium. nu. 268. Iure Saxon. quatuordecim dierum. nu. 269. Conſuetudine eſt 6. ſeptimanarum & trium dierum. num. 270.*

271. *Iure communi pœna pecuniaria fiſco applicanda protinus exigenda eſt.*

272. *In crimine notorio atq; publico fideiuſſores non recipiuntur. num.*

num. 273. idem in ſlagranti crimine. num. 274.

275. Legem vix reperire licet, vel ſtatutum, quod pro flagranti & enormi crimine pœnam pecuniariam dictitet: tale tamen ſtatutum condi poteſt. nu. 276.

277. Reus ſi ab initio dare fideiuſſores recuſauit, & poſtea pœnitentia ductus eos obtulerit, fideiuſſioni tunc locus non erit.

278. Rigida cum æquitate & miſeratione temperanda ſunt.

279. Fuga ſemel è cuſtodia elapſus, poſtea fideiuſſioni committendus non eſt: quod tamen eſt in iudicis arbitrio: nu. 280.

281. Statuto ſi caueatur, vt reus ob delictum accuſatus, quod pœna pecuniaria plectitur, cauſam è vinculis dicat, fideiuſſioni tunc locus non eſt.

282. Fideiuſſor qua pœna ſit afficiendus, ſub cuius interceſſione reus è vinculis ſolutus, aufugit, adeò, vt iam ſiſti, exhiberiq́; non poſſit. num. 283. 284. Limitationes vide num. ſeqq.

285. Dolo fideiuſſoris ſi fiat, quo minus reus exhibeatur, extra ordinem plectendus erit. nu. 286.

288. Fideiuſſor, ſi reus eius cuſtodiæ traditus eſt, tenetur propter ſuſceptam cuſtodiam.

290. Hodie ſub certa pœna fideiuſſores promittunt, ſiſtere reum omnibus terminis iudicialibus, vſq; ad ſententiam definitiuam. num. 291.

292. Pecuniaria conuentio ſapit quandam tranſactionem, vide nu. 293. 294.

295. In caſibus criminalibus, in quibus locum habet fideiuſſio, accuſatores expreſſè proteſtentur, ſe per hanc fideiuſſoriam interuentionem à pœnali perſecutione nequaquam ſecedere velle: quæ proteſtatio ipſis ius ſuum ſeruat integrum.

296. Conſuetudine certam pœnam definiente, iudicis arbitrium reſtringitur.

297. Iure Saxo: VVergeldum conſtitutum eſt.

298. VVergeldum continet 24. Sexagenas antiquas.

299. In criminalibus facilior eſt fideiuſſio Iure Saxonico, quàm

in ciuilibus: ſed conſuetudine iuri Saxonico derogatum eſt. num. 300.

301. *Quæſtio, ſi reus in caſu, quo fieri poteſt, vel iurato, vel ſub certa pœna promitteret, intra tempus ſe compariturum, vel fideiuſſor huiuſce cauſa pro ipſo fidem obligaret, an elapſo illo tempore, ſi reus ſui copiam non fecerit, ipſe, vel fideiuſſor pœnam committat. num. 302.*

303. *Dies & pœna obligationi annexa in mora conſtituunt debitorem.*

304. *Si fideiuſſor reum exhibere nequeat, an contra eum proceſſus iudiciarius ſit inſtituendus. nu. 305. 306.*

307. *Ex contractibus iudicialibus iudicis oritur officium.*

308. *In criminalibus, ſi ſemel ad iudicem itum eſt, eius officium eſt latiſſimum.*

309. *Fideiuſſor, ſi pro reo ſoluit, etiam officio iudicis à debitore, vt refundat, conſequi poteſt.*

310. *Pœna pecuniaria à fideiuſſoribus ſi committatur, cui ſit applicanda. num. 311. 312.*

314. *Fideiuſſor prohibetur accedere doti: Ratio, nu. 316. 317.*

315. *Concordia & amor coniugalis omni lucro anteferendus.*

316. *Puella cum marito ſine fideiuſſore credat corpus, omnemq́, vitam, multò magis bona his inferiora.*

318. *Non ſolum in conſeruanda, ſed & in reſtituenda dote, non poteſt interuenire fideiuſſor.*

319. *Eadem ratio eſt in reſtituenda, quæ in conſeruanda dote.*

320. *Nec à patre mariti propter dotem exigenda eſt cautio.*

321. *Explicatur l. fina. C. de dot. cau. non num. & nu. 322.*

323. *Maritus, quamuis vltrò fideiuſſorem dederit, tamen non obligatur: imò ipſo iure nulla eſt datio. nu. 324.*

325. *Limitatur, ſi ante nuptias de reſtituenda dote fideiuſſor ſit datus, nec matrimonium eſt ſecutum.*

326. *Conſtante matrimonio fideiuſſores accipi poſſunt, ſi maritus vergat ad inopiam: quid iure Saxo. nu. 327.*

328. *Soluto matrimonio fideiuſſores interuenire poſſunt.*

329. *Limitatur, ſi fideiuſſio iuramento firmata fuerit.*

Ex

331. *Ex parte mulieris vel ſoceri, qui promiſerunt dotem ſoluere, fideiuſſor intercedere poteſt, Vide nu. 331.*
332. *Extraneus pro dote fideiubere poteſt.*
333. *Extraneus, mulieri dote conſtituta, à marito dotem ſibi reddi ſtipulari poteſt.*
334. *Fideiuſſor prohibetur accedere contractui ipſa lege inualido, item contractui impoſſibili. nu. 335.*
336. *Impoſſibilium nulla eſt obligatio.*
337. *Obligatio finita fideiuſſorem vlterius non admittit.*
338. *Nemo pro ſeipſo fideiuſſoris nomine interuenire poteſt.*

EXPEDITA perſonarum tractatione, quæ fideiubendo obligantur, vel non obligantur, conſequens eſt, vt de materia, hoc eſt de obligationibus, quibus fideiuſſor adhiberi efficaciter poſsit, diſſeramus. Vt enim fideiuſsio viribus conſtet, ante omnia neceſſarium eſt, alienam ſubeſſe aut futuram eſſe obligationem Eius enim rei, quæ non eſt, nulla poteſt eſſe acceſsio.
1 Ideoq; eum, pro quo fideiuſſor fidem † ſuam interponit, vel re, vel verbis, vel literis, vel conſenſu, vel naturaliter & ciuiliter ſimul, vel naturaliter tantum, vel ciuiliter tantum ex quocunq; contractu obligatum eſſe oportet, *Imp. in §. 1. Inſtit. de fideiuſſ. l. 1. 2. l. Græcè. 8. l. fideiuſſor. 16. §. fideiuſſ. 3. l. ſi quis. 56. ff. eo.* nec refert, præceſſerit, an ſecuta ſit principalis debitoris obligatio. *l. ſtipulatus. 6. § fin. ff. d. tit.* Quæ ſingula, vt rectius intelligantur, paulò vberius iam peruestigabimus.
2 I. Naturali † obligationi fideiuſſor adhiberi poteſt. *l. quod enim. 7. d. l. fideiuſſor. 16. §. fideiuſſor. 3. l. Marcellus. 25. ff.*
3 *eo. de fideiuſſor.* Naturalem † obligationem (quantum ad hoc propoſitum) ex eo ſolum æſtimamus, hacque nota, atque eo effectu dignoſcimus, quod ſoluta à debitore principali pecunia repeti non poſsit: tunc enim conueniens eſt, huius naturalis obligationis fideiuſſorem accipi poſſe. *d. l. quod enim. 7. d. l. fideiuſſor. 16. §. naturales. 4. l. naturales. 10. ff. de oblig. & actio.* Exempli gratia: Pupillus ſine auctoritate tutoris

ris naturaliter obligatur, eo nempe modo, vt ſuperiore capite luculenter diximus. Si itaq; pupillus debitor alicuius ſit, licet à creditore conueniri neutiquam poſsit, cum naturalis obligatio actionem non producat, *l. iuriſgentium. 7. §. ſed cum nulla. 4. ff. de pact.* ſi tamen ſoluat, ſolutum repetere non poteſt, quia naturaliter debitum fuit. Sed fideiuſſor pupilli pro debitò iſthoc datus naturaliter & ciuiliter obligatur, atque à creditore actione ciuili conueniri poteſt, *d. l.*
4 *Marcellus 25.* Nam datio † fideiuſſoris eſt inſtar ſolutionis, adeò vt, qui ſatiſdat, ſatisfacere dicatur: Igitur quemadmodum ſolutio eius, quod naturaliter debetur, valet & tenet: ita & eius ipſius nomine facta fideiuſsio & valebit & tenebit eum, qui fideiuſſerit, poteritq; de eo exigi, quamuis reus ipſe non potuiſſet. *d. l. quod enim 7.*

Ex his itaque ampliamus hoc modo aſſertionem noſtram.

5 I. Vt fideiuſſor † naturali obligationi accedens obligetur naturaliter & ciuiliter, licet ipſe principalis debitor naturaliter ſolummodo teneatur, *d. l. Marcellus 25.*

6 II. Amplio, vt fideiuſſor † à creditore efficaciter conueniri, atq; exigi poſsit, debitor principalis non poſsit. *d. l. Marcellus.*

7 III. Amplio', vt ne quidem fideiuſſori detur † regreſſus, vel mandati actio contra debitorem principalem naturaliter obligatum, ad conſequendum id, quod fideiuſſorio nomine pro ipſo exoluerit, *d. l. Marcellus: & ibi Accurſ. Bart. Paulus de Caſt. Anton. Contius lib. 2. lectio. cap. 3. Iacob. Reuar. lib. 2. varia. ca. 9. Cuiac. ad l. 19. ff. de vſurpa.* Cæterùm
8 nemo non hic exiſtimauerit, iniquum eſſe fideiuſſorem † firmiter teneri, & conueniri poſſe, reum principalem non poſſe, nec in hunc mandati quidem actionem exercere fideiuſſorem poſſe, *d. l. Marcellus 25.* adeoque peccari contra regulam, quæ fideiuſſorem in plus obligari, quàm ipſum debitorem principalem prohibet, *l. Græcè. 8. §. illud. 7. ff. de fideiuſſ. §. fideiuſſores. 5. Inſtit. eo. Eclog. βασιλ. 7. ex lib. 27. tit. 1. cap.*

9 *cap.7 §.9.* Sciamus ſane, qui naturaliter † tantum tenetur, ſi ſoluat, repetere non poſſe. Hic autem ille naturaliter obligatus eo ipſo ſoluere intelligitur, quod ſatisdat, hoc eſt, fideiuſſorem conſtituit. Nam fideiuſſio loco ſolutionis eſt: atq; ita ſatisfactum eſt. Fideiuſſor autem non in plus, vel re, vel cauſa, vel tempore, vel loco, ſed efficacius tenaciori obligationis vinculo aſtringitur. *l. Gracè. §. illud. & ibi DD. de fideiuſſo. §. fideiuſſores. Inſtit. eo. Gomeſ. cap.13. tom. 2. var. reſo. nu. 2,* Sicuti etiam quando ad obſtagia zur leiſtung ſeſe obligat. Landrecht *lib. 2. art. 11,* Policeyordnung *anno 1548. facta. ex c. ex reſcriptis. ext. de iureiur.* quæ pœna facto adijcitur, & valere ſolet. *DD. in l. ſtipulatio. §. alteri. ff. de verb. obligat.* quamuis ita fideiuſſor arctius atque firmius obligari videatur. Quæ tamen pœna Electorali conſtitutione *22. par. 2.* rectè abolita eſt: ſicuti & anno 1577. publica lege in Camera abrogata eſt, *And. Geyl. lib. 2. obſ. 45. num. 6.* Verùm fideiuſſor, ſi à creditore fuerit exactus, ſibi impenſum ferat, quod pro naturali debito fidem ſuam dederit. Nam ſua culpa qui damnum accipit, venia dignus non eſt. *c. damnum. de reg. iur. in 6.* Quinimò, vt paulò altius huius rei rationem inquiramus, hîc fideiuſſor non ratione fideiuſsionis, ſed potius, ratione ſuæ promiſsionis teneri intelligitur. Etenim dum pro naturaliter obligato interceſsit, quem iure conueniri non poſſe nouerat, aut noſſe debuerat: animo donandi id feciſſe præſumitur *l. quod dictum 33. l. fin. de pact. l. nouatione 4. C. de fideiuſſ. & ibi Accurſ. Petrus Gregor. in parua iuris meth. lib.1. cap.10. nu. 6.* Quapropter non aliqua fideiuſsio (quæ quodammodo nulla eſt) hîc in conſiderationem venit, ſed ipſa promiſsio, inſtar donationis habens, quæ efficit, fideiuſſorem in duriori eſſe cauſa, quàm debitorem principalem, qui natura tantum ſine efficacia exigendi erat obligatus.

10 II. Ciuili obligationi † fideiuſſor accedere poteſt. *§. 1. Inſtit. de fideiuſſo. d. l. fideiuſſor. 16. §. fideiuſſor. 3. Accurſ. & DD. in l.1. ff. eod.* Ciuilem obligationem interpretamur eam, quæ

præter æquitatem naturalem vim ſuam ſolum ex diſpoſitione iuris ciuilis arripit.

Hanc iuris enunciationem declaro.

11 I. Vt locum habeat, quando † eiuſmodi eſt ciuilis obligatio, quæ vel actionem parere, vel condictionem indebiti impedire poſsit, *l. Gracè. 8. §. & poſt litem 3. d. tit. l. 4. §. ſi ex conuentione. 4. ff. de re iud. l pen. C. de non num. pecun.* Veluti in ſententia condemnatoria, ex qua condemnatus propter defectum conſenſus non naturaliter (vt com̃unis eſt opinio, *teſte Bartolo in d. l. 1. num. 3. ff. de fideiuſſ. DD. in l. Iulianus. 59 de condict. indeb.* cum iudicium reddatur in inuitum, *l. inter ſtipulantem. 83. §. 1. ff. de verb. oblig. l. neq; fœmina. l. ſi reus. ff. de procurat. c. 1. & c. intelleximus. ext. de iudic.* quanquam res dubio non caret *per l. ab eo. & ibi DD. C. quom. & quando iud.*) ſed ci-

12 uiliter obligatur: hæc ſententia † gignit actionem, *l. miles. 6. §. fin. ff. de re iud. l. actori. 8. C. de reb. cred.* nec non exactionem, officio iudicis implorato. *§. 1. Inſtit. de offic. iudic. l. fin. C. de vſu rei iudic.* impedit item repetitionem eius, quod ex cauſſa iudicati præſtitum eſt, licet naturaliter non debeatur, idq; propter rerum iudicatarum auctoritatem. *l. 1. C. de condict. indeb.* ideoque fideiuſſor pro tali condemnato rectè interuenire poteſt. *d. l. Gracè. 8. §. & poſt litem. 3. d. l. 4. §. ſi ex conuentione. 4.*

13 II. Declaro, vt procedat etiam † in literarum obligatione poſt biennium. Verbi gratia: Sempronius ſpe futuræ numerationis chirographo confitetur, mutuò ſibi datam eſſe pecuniam, quam tamen non accepit. *tot. tit. C. de non nu. pecun.* Hic ius ciuile creditori dat actionem ex ſyngrapha. *l. non figura 38. de obligat. & action.* adeò, vt, ſi debitor elapſo biennio excipiat, non numeratam eſſe pecuniam, ipſi exceptionis probatio incumbat, *in fin. Inſtit. de lit. oblig. l. contractibus. 14. C. de non nu. pecun. Angel. §. item. 2. Inſtit. de except.* Nec enim ius præſumit tantam in debitore negligentiam, quod ſyngrapham non repopoſcerit, ſi pecunia ipſi non fuiſſet numerata, *d. l. in contractibus. 14.* ideoq; ſi debitor

tor ſoluerit, poſt biennium repetitioni ſeu condictioni indebiti locus non eſt: quia tunc illa pecunia cum effectu potuit exigi, *gl. in c. fin. ex. de ſolutio.* Et hoc caſu fideiuſſorem accedere poſſe probabile eſt. Quia licet debitor principalis ciuiliter tantum obligatus ſit, illa tamen ciuilis obligatio & actionem producit, & condictionem indebiti ſoluti poſt biennium impedit, vt iam diximus.

14 Hinc limito I. Vt non procedat in literarum † obligatione ante biennium. Nam quamuis ciuilis hæc obligatio actionem pariat, non tamen omnino ad exigendum eſt efficax: quia debitor exceptione non numeratæ pecuniæ ſe tueri poteſt, quæ numeratio tunc non debitori, ſed creditori probanda erit. *l. inter 8. d. l. in contractibus. 14. C. de non num. pec.* Ac proinde ſi debitor hoc in caſu ſolutionem fecerit, condictione indebiti ſolutum repetere poteſt, *l. cum de indebito. ff. de probat. l. indebitam. ff. de condict. indeb. l. quod ſi maritus. §. 1. de conſtit. pec. §. is quoq́; Inſtit. quibus mod. re contrah. oblig. c. fin. & ibi gl. 1. ext. de ſolutio. c. turbatur. § notandum. 1. quæſt. 4.* Tametſi igitur & hic fideiuſſor interuenire poteſt. *§. 1. in verb. literis. Inſtit. de fideiuſſ. Accurſ. & DD. in l. 1. ff. de fideiuſſ. Emanuel Acoſta in l. 3. in prin. C. de non nu. pec. Vaſq. lib. 1. illuſt. controuerſ. cap. 40. num. 8.* cum tamen eadem exceptione non numeratæ pecuniæ, qua principalis, vti poſsit, ideoq́; efficaciter non tenetur. *l. exceptiones. 7. §. 1. ff. de exceptio.* quibus adde *l. tàm mandatori. & l. pen. C. de non nu. pec. l. defenſiones. 11. C. de excep. l. fin. §. fin. C. de vſur. rei iud. l. ſi teſtamento. in princ. & l. fideiuſſores. ff. de fideiuſſ. l. duobus. §. 1. de iureiur. l. quod dictum. & l. fin. de pact. l. ſi quis reum. de liber. lega. l. 1. in prin. vt in poſſeſ. lega. l. ſed & ſi quis. in fin. cum l. ſeq. ſi quis cautio. l. 2. in fin. de admin. tuto. Accurſ. in d. l. fideiuſſor. 16. §. fideiuſſor. 3.*

15 ſiquidem † non quod ab initio ſit, ſed an cum effectu fiat, inſpiciendum ſit, *l. 3. C. de inſtit. DD. in l. non dubium. C. de legibus. l. mulier. ff.*

16 *ad Sc. Trebell.* cum præſertim ijs † obligationibus haudquaquam rectè & firmiter fideiuſſores adhiberi queant, quæ tanti roboris non ſunt, vt condictionem indebiti impedire

poſſunt, *VVeſenb. ff. de fideiuſſor. num. 4.* id quod ciuilem hanc obligationem in propoſito noſtro præſtare non poſſe, iam monuimus.

17 II. Limito, vt locum † non habeat in pacto de non petendo, *l. ſi vnus 27. §. pactus ne peteret. ff. de pact.* Exempli gratia: Titius Sempronio debet viginti, pro quibus fideiuſſorem dedit. Sempronius Titio paciſcitur, ne petat. Hic ipſo iure ſublata actio non eſt: eoque Sempronius Titium conuenire poteſt: quem tamen exceptione pacti repellere poteſt Titius: atq; ita diuiſa eſt per hanc conuentionem naturalis obligatio à ciuili: pro qua tamen fideiuſſor efficaciter non tenetur: quia pactum debitoris principalis ipſi quoque prodeſt. Nam reorum intereſt, fideiuſſorum obligationem ſolui, ne mandati, vel negociorum geſtorum actione illi conueniantur, *l. quod dictum. 32. ff. de pact. l. 4. de negoc. geſt.*

18 III. Limito in caſu † *l. fin. ff. de iureiur.* vbi pupillus actore deferente iurauerat, ſe dare non oportere pecuniam, quam actor contendebat mutuò datam eſſe pupillo. Nam iureiurando naturalis obligatio ſublata eſt, *l. Stichum. 94. §. 4. de ſolutio. adeò*, vt ſoluta pecunia repeti poſsit. *d. l. fin.* remaneat ſolum hîc ciuilis obligatio, quæ adiectione fideiuſſoris ſtabiliri non poteſt, ſed eadem tutus eſt exceptione fideiuſſor, quæ ipſi reo principali competit. *d. l. fin. d. l. exceptiones. ff de except.*

IV. Limito, vt non procedat, quando temporis †
19 præſcriptione debitor principalis ab obligatione liberatus eſt, id quod notatum eſt à Paulo *in l. ſi quis. 37. ff. de fideiuſſo.* vbi ait: ſi quis, poſtquam tempore tranſacto liberatus eſt, fideiuſſorem dederit, fideiuſſor non tenetur. Et hæc res æquitatem habet. Cum enim principalis ipſe obligationis nexu ſit exemtus beneficio præſcriptionis, adeò, vt licet ſoluerit, ſolutum per condictionem repetere poſsit, id quod ex hac cauſſa permiſſum eſt, *l. fin. §. fin. & ibi Accurſ. ff. rem rat. hab. l. ſi quis. 8. C. de præſcript. 30. anno. l. indebiti. 15. §. 1. de condict.*

dict. inde. quis ſanè dixerit, fideiuſſori hoc imponendum eſſe, cuius obligatio tantum eſt acceſſoria? *l. hi qui. 35. ff. de fideiuſſ.* duriuſq; eum aſtringi ipſo reo, nec eadem cum ipſo exceptione frui oportere? cum & iuris ſit haud incogniti. ſi id, quod extrinſecus accedit, vires habere debet, neceſſum eſſe, eam quoq; rem, cui accedat, ſubſiſtere. *l. cum principalis. 139. de reg. iur. l. 4. C. de poſſ. l. 1. §. debitum. l. eum qui. 5. ff. de conſtit. pecun.*

Verùm hîc commodè explananda inſignis atq; difficilis eſt quæſtio, de qua tota die in iudicijs quæritur, vtrum
20 videlicet exceptio † debitori competens, eius fideiuſſori quoque accommodetur. Qua in re varij varia dixerunt, compluribus quidem diſtinctionibus vſi, quibus rem magis intricatam & obſcuriorem reddiderunt, in quas accuratius inquirere propoſiti noſtri non eſt. Quidam ita diſtin-
21 guebant: Aut, (inquiunt) exceptio † fuit in rem, vel rei data, & tunc conuenit fideiuſſori: qualis eſt exceptio quatuor menſium principali condemnato conceſſa, quæ etiam fideiuſſori proficit, *l. 2. C. de vſur. rei iud.* Aut in perſonam: Et tunc ſi data eſt perſonæ de iure communi, prodeſt adhuc fideiuſſori, vt exceptio non numeratæ pecuniæ *l. tam mandatori. C. de non num. pec. l. ex perſona. 32. ff. de fideiuſſo.* ſi verò iure ſpeciali, tunc ſi data eſt attenta ratione naturali & ſpeciali, adhuc datur fideiuſſori, vt eſt in muliere fideiubente: quia nec illa tenetur, attenta ſexus fragilitate, *l. ſi mulier. §. ſi ab ea. ff. ad Sc. Velleia.* ſi verò de iure ſpeciali, attento fauore, vel odio perſonæ: & tunc aut conſideratur fauor perſonæ debitoris principalis: & non competit fideiuſſori, vt beneficium conceſſum marito, ne teneatur vltrà, quam facere poteſt, fideiuſſori denegatur, *l. ſed etſi fideiuſſor. ff. de re iud.* Aut conſideratur odium perſonæ creditoris: quo caſu, ſi habet fideiuſſor regreſſum contra principalem, habet & exceptionem: ſi regreſſum non habet, nec exceptionem habebit, vt in Macedoniano, Petrus & Cynus *ad d. l. tàm mandatori. C. de non num. pec.* Aliam & quidem faciliorem affert diſtinctionem

Guilielmus Maynerius *in l. in omnib. nu. 46. ff. de diuerſ. reg. iur.*
22 *antiq.* Aut quid conceditur † perſonæ propter perſonam: iſtud non tranſit ad alium: niſi alia perſona ſit cauſa concedendi priuilegij. Aut conceditur perſonæ propter cauſam: & tunc aut illa cauſa cohæret perſonæ, & non tranſit ad alium. *l. 3. §. ſi quid. de minor*: aut non cohæret perſonæ, & tùm demum tranſit ad alium: *l. non ſolùm. de in integ. reſtit. l. heredes. C. ad Sc. Velleia. l. interdum. de minor. l. Pantonius. de acquir. hered.* Aut ſimpliciter quid conceditur, tunc inſpicienda ſunt verba priuilegij, quæ in quolibet quidem actu attendi debent, *vt in c. porrò. c. recepimus. ex. de priuil. cap. 1. eod. in 6. c. accepimus. de fide inſtrum.* Hæc Maynerius. Cæterùm in hac nodoſa quæſtione quid tutò ſtatuendum ſit, vtq; rectius res
23 percipiatur, duabus regulis † rem totam expediemus, facturi diſcrimen inter exceptiones reales & perſonales, ex ipſis legibus deſumtum.

PRIOR REGVLA.

24 Exceptio merè realis, † ſeu rei (ſub qua & obligationem complectimur) cohærens, quæ debitori competit, etiam fideiuſſori vtilis eſt, *d. l. exceptiones. 7. §. 1. ff. de exceptio. d. l. defenſiones. 11. C. eod. d. l. ex perſona. 32. de fideiuſſ. l. 2. qua res pig. oblig. non poſſ.* Cum enim ex ipſa re cauſam atque originem accipiat, ideoque propter rem ad fideiuſſorem transfertur, *l. priuilegia. 32. ff. de reb. auctor. iud. poſſid. Dionyſ. Gothofredus ad d. l. exceptiones. 7. §. 1.* Siquidem acceſſorium naturam principalis ſequatur. *c. acceſſorium. de reg. iur. in 6.* alioquin & ad maius quiddam fideiuſſor, quàm principalis obligaretur, *contra l. Græcè. 8. §. illud. de fideiuſſ.* Quam regulam ita poſitam declaramus ſequentibus modis.

25 I. Declaro, vt locum habeat, quatenus debitor † in integro ſtatu permanſerit, ſeu capite non minutus fuerit, *d. l. defenſiones. 11. C. de exceptio.* Etenim debitore capite minuto, & bonis publicatis, fideiuſſor non liberatur, ſiue publicata ſint

ſint omnia bona, ſiue pars bonorum. Nam etſi parte bonorum publicata, debitor liberetur pro parte, fideiuſſor tamen obligatus manet in ſolidum, videlicet, ſi debitor capite minutus ſit, *vt in l.1.C. de fideiuſſ.* vbi ab Imp. Seuero & Antonino vſurpatur verbum † exulare, quo deportatio proprie ſignificatur, non relegatio. Nam relegatus, adempta parte bonorum, vel bonis, vnà cum fideiuſſoribus ſuis manet obligatus, ſicut ob pecuniam debitam à fiſco bonis occupatis, non eſt ignotum, debitorem vnà cum fideiuſſoribus alijs creditoribus obligatum manere. *l.3.in fin. C. de ſentent. paſſ. Cuiac. lib. 15. obſer. cap. 35.* quæ interpretatio mihi rectior videtur ea, quam fecit Ioh. Sichardus *ad d l.1.C. de fideiuſſ.* vbi verbo, exulare, capitis diminutionem, ſignificari negat. Atque iſtud locum ſibi vendicat, ſi contractui fideiuſſor acceſſerit: ſecus † ſi iudicio ſiſti aliquem, interuenerit: nam & fideiuſſorem tunc liberari probabile eſt, *l. ſi deceſſerit. 4. ff. qui ſatiſda. cog. l. ſed etſi quis. in princ. ſi quis caut. iud.* quæ ſunt de cautione iudicio ſiſti, *& l. ſi vero. 4. ff. qui ſatiſda. cog.* quæ eſt de cautione iudicatum ſolui. Quoniam in vtraque cautione hoc iuris eſt, vt ſi ante commiſſam ſtipulationem debitor moriatur, aut capite minuatur, fideiuſſor non teneatur, quia deſijt ſiſti debitor, aut condemnari poſſe, qui tamen procul dubio tenebitur, ſi poſt commiſſam ſtipulationem ille moriatur, vel capite minuatur, *l. ſancimus. 26. C. de fideiuſſ. Cuiac. lib. 19. obſ. cap. 29.*

26 (Antonino) — 27 (deiuſſor) — see margin

28 II. Declaro, vt vel inuito † debitore fideiuſſor huiuſmodi exceptionem poſsit obijcere, *Martianus in l. omnes. 19. de except.* omnes, inquit, exceptiones, quæ reo competunt, fideiuſſori quoque, etiam inuito reo, competunt, *l. ſi ſtipulatus. 15. d. l. ſi ex perſona. 32. de fideiuſſ. l. fideiuſſori. de donat. l. fin. de pact.* Etſi enim, ſi quid pro reo exolutum fuerit, cuius voluntate & mandato exceptionem omiſit, ab eo poſsit repetere. *§. ſi quid autem. Inſtit. de fideiuſſ. l. qui fidem. l. ex mandato. ff. mandat. l. mandati. & Bald. in l. ſi pro eo. 10. num. 13. C. eod.* Tamen ipſi longè vtilius eſt, oppoſita exceptione penes ſe retinere pecuni-

cuniam, quam creditori ſolutam, ab ipſo demum repetere, *d.l.ſtipulatus.15.* ac tutius eſſe ſuaſit Iureconſul. *in.l.3. de compenſat.* non ſoluere, quam ſolutum repetere, ſiquidem
29 nemo † non calleat, quod, quantique ad petendum neceſſarij ſint ſumtus: quæ deuorandæ moleſtiæ; quales moræ nonnunquam interijciantur *l. etiam.ff. vt legat. vel fideicomm. nom. cauea.* quæ tempora πρὸς παρέλκ... dentur iudicatis, *l. fin. C.de vſur. rei iud. l.quod debetur de pecul.* & quàm denique anceps ſit atque dubia litium alea, *d l.quod debetur. & ibi Bart.ff. de pecul. Specul. in tit. de præparat. iud.§ 1.& in tit. de aduoca. §. 3. verſ.caueant.Chilia.in proceſſ.cap. 7.num 2.in fin.* adeò vt qui ſæpè credunt obtinere, ſuccumbant: aut ſanè ſi obtinent, computatis laboribus & expenſis nòn modò nihil acquirant, ſed etiam bona & vtilia negocia negligere atque poſtponere cogantur.

III. Declaro, atque extendo, vt fideiuſſor huiuſmo-
30 di exceptione ſe defendere poſsit, quamuis † ipſe debitor principalis ea vti nequeat, *Hippol. in rub. de fideiuſſ.nu.269.poſt Bald. in l. cum mulier. ff.ſol. matri.col.9.*

31 IV. Declaro in exceptione † præſcriptionis, vt & ipſa fideiuſſori commodo ſit, quandoquidem rei cohæreat. Quod autem rei cohæreat, inde manifeſtum eſt, cum obli-
32 gationem † concernat, & pleniſsimam ſecuritatem pariat, ac ſit ſolutioni ſimilis, *l. ſi pupilli.ff. de adminiſt. & peric.tut.* Inſuper præſcriptio antecedens impedit, ne fideiuſſor obligetur: ergò ſubſequens idem operabitur. Adde &, quod, quemadmodum obligatio fideiuſſoris, abſoluta præſcriptione, initium ſumere nequit, ita nec remanere poſsit, *Bald.*
33 *in d. l. tàm mandatori.* Nec me moueat, † quod afferunt, præſcriptione non tolli naturalem obligationem; cum tempus non ſit modus tollendæ obligationis, *l. obligationum ferè 44. §. 1.ff. de oblig. & actio. & ibi VVeſenb. nu. 8.9. Maſ. ard. de probat. concluſ. 993. num.4.* Ergo fideiuſſorem ea ſe tueri non poſſe. Nam ſit ſanè, ſupereſſe naturalem obligationem, attamen ſine effectu eam eſſe quis negauerit, cum ſine radice, principali

cipali obligatione conſiſtere nequeat, *Bart. in l. fin. rem rat. habe.*

34 V. Declaro, ſi reus † dolo creditoris ſe circumſcriptum læſumq; docere poſſet, beneficio *l. 2. C. de reſcin vend.* fideiuſſori meritò ſuccurreretur. *d. §. 1. verb. doli mali. Hippol. d. loco num. 276. Pinell. ad d. l. 2. part. 2. cap. 3. num. 43. C. de reſcin. vend. Suares com. opin. num. 148.* quia hæc exceptio rem tuetur, qua ratione, vt rei perſecutoria perpetuum durat. *l. purè. 5. §. fin. ff. de dol. mal. except. l. ſi pactum. 6. C. de exceptio. Accurſ. in l. 3. verb. perſecutione. C. de preſcript. 30. anno.* Ac ſanè
35 niſi hac † exceptione fideiuſſori conſultum eſſet, per obliquum eluderetur remedium *l. 2. C. de reſc. vend.* cum læſus per ſe liberatus, teneretur poſtea ſatisfacere fideiuſſori, contra regulas iuris, & textum. *l. idemq́. 10. §. generaliter. ff. man-*
36 *da.* Nec impedimento nobis eſt, quod obijci † poſsit, in perſonam hanc exceptionem ſcriptam eſſe, *l. item. 17. ff. de dolo malo. l. 2. §. 1. l. apud Celſum. 4. §. metus. 33. de dol. mal. & met.*
37 *excep.* Nam ſcire intereſt, in propoſito duplicem † eſſe doli conſiderationem: Vnam, quo ad eum, qui dolum committit. Qua ratione exceptionem doli non in rem, ſed in perſonam ipſius eſſe ſcriptam, haud grauatim conceſſerimus. De quo nobis negocium non eſt. Altera complectitur eum, qui dolo alterius circumuenitur: quo caſu hæc exceptio rei inhæret, vt nempe reſtituatur id, quod ad decipientem peruenit, *Vlpianus in l. ſed ex dolo. 15. §. item ſi. 2. de dolo malo.* & hæredibus circumſcripti datur. *l. hæredibus. 13. de dol. mal.* Igitur conſequenter & fideiuſſori circumuenti applicabitur. *per d. l. exceptiones. 7. de exceptio.* Inſuper & illud
38 meminerimus, interdum † nequaquam opus eſſe, ratione doli, vel reum vel fideiuſſorem exceptione vti, ſed ipſo iure tutos eſſe. Quod vt rectè intelligatur, ad hanc recurren-
39 dum † erit diſtinctionem. I. Aut dolus cauſam dat † con-
40 tractui bonæ fidei: & ipſo iure tunc contractus nullus eſt: vt receptior eſt Doctorum opinio *per l. & eleganter. 7. circa prin. verb.* nullam eſſe venditionem, ſi in hoc ipſo, vt vende-

N ret,

ret, circumſcriptus eſt. *ff. de dol.mal. Schneid. §. actionum num. 24. 25. Inſtit. de actio.* Ergo nec vel actionem, vel exceptionem tam à parte rei, quàm fideiuſſoris deſiderabimus.

41 II. Aut dolus cauſam dat contractui ſtricti † iuris: quo caſu ſtricto quidem iure contractus ſubſiſtit, actionemque producit: quæ tamen doli exceptione efficaciter eliditur *l. ſi quis cum aliter. 36. ff. de verb. oblig.* Si quis, inquit Vlpianus, cum aliter cum conueniſſet obligari, aliter per machinationem obligatus eſt: erit quidem ſubtilitate iuris obſtrictus, ſed doli exceptione vti poteſt: quia enim per dolum obligatus eſt, competit ei exceptio, *l. dolo. C. de inutil ſtip.* Nihil igitur obſtabit, quo minus & fideiuſſori ea ſit adiumento.

42 III. Aut dolus incidit † in contractum bonæ fidei: & tunc actio & exceptio doli locum habet. *d. l. & eleganter. 7. §. non ſolum. 3. de dol. mal.* Vnde fideiuſſori pro euictione à venditore dato, ſi venditor vltra dimidium iuſti precij læſus ſit, exceptio haud dubiè accommodabitur.

43 IV. Aut incidit † in contractum ſtricti iuris: & tunc eadem obtinebunt, quæ iam de eo, ſi dolus det cauſam contractui ſtricti iuris diximus. *Oldendorp. claſſ. 6. actio. 11. de actio. doli mali, circa princip. Schneid. d. §. actionum. nu. 32. Inſt. de actio.*

44 VI. Declaro in eo quoq;, qui ſine † cauſa pro alio interceſſerit, vt exceptionem doli opponere poſsit, *Specula. de feud. §. 2. verſ. 4. Hippol. de fideiuſſor. nu. 276.* Dolo enim facit, qui petit id, à quo qualibet exceptione excludi poteſt, *l. 2. §. & generaliter, de doli mal. & met. except.* vel quod ſcit, non oportere ſolui, *d. l. 2. §. circa:* aut ſi ſoluatur eſſe reſtituendum, *l. dolo facit. 8. de dol. mal. & met. excep.*

45 VII. Declaro in exceptione, quod metus cauſa † aliquid geſtum ſit. Nam prætoris edictum de metu in rem ſcriptum eſt, *l. apud Celſum. 4. §. metus. 33. de dol. mal. & met. except. l. metum. 9. §. fin. quod met. cauſ. & ibi VVeſenb. num. 4. Oldendorp. claſſ. 6. actio. 10. num. 3.* ideoq; eius exceptio fide-iuſſo-

iuſſori quoque profuerit, *d. l. exceptiones. 7. §. 1. verb. quod metus cauſa. de exceptio.*

46 IIX. Declaro in re iudicata, † quæ actionem quidem parit, *Paul. lib. 1. ſentent. tit. 19. & lib. 5. tit. 5. l. ſi actor. C. de reb. cred.* multò magis exceptionem ſuppeditabit. *l. 1. §. nam cui damus. de ſuperfic.* Veluti, ſi debitor creditori petenti pecuniam debitam, obijciat exceptionem rei iudicatæ, ſe videlicet abſolutum eſſe per ſententiam definitiuam: illa exceptione ſe etiam fideiuſſor contra iniquam creditoris petitionem ſuſtentare poterit, quia adhæret obligationi & rei debitæ, *d. l. exceptiones. 7. §. 1. verb. rei iudicatæ.*

47 IX. Declaro, ſi iureiurando † debitor creditam ſibi pecuniam abnegauerit: cuius ratione ipſe creditor non ſolum ab agendo repellitur: ſed & debitori datur & actio in factum, & exceptio, *l. nam poſtea. §. 1. de iureiur.* ac illud iuſiurandum rei iudicatæ æquiparatur, *l. fin. §. fin. de iureiura. l. actori. C. de reb. cred. VVeſenb. de iureiur. nu. 13.* quare iſta exceptio reo competens ad fideiuſſorem quoque porrigetur, *l. in duob. 28. §. 1. d. l. fin. §. fin. de iureiur. d. l. exceptiones. 7. §. 1. verb. iuriſiurandi. de exceptio.* Nec eſt, quod obijciatur nobis † re-

48 ſponſum Scæuolæ *in l. vbicunq;. 60. ff. de fideiuſſo.* Vbicunq;, inquit, ita reus liberatur à creditore, vt natura debitum maneat, tenetur, fideiuſſor. Sed poſt rem iudicatam, iuſiurandũ, remanet obligatio naturalis. Ergo, reo quantumuis libe-

49 rato, fideiuſſor nihilominus hærebit. Nam reſpondeo, † vbicunque quis pro naturaliter & ciuiliter obligato interceſſit, ſublata ciuili obligatione, fideiuſſorem quidem ſtricto iure adhuc teneri, liberari tamen ope exceptionis.

50 X. Declaro, vt procedat † in pacto liberatorio, vt ſuperius quoque meminimus. Nam debitori à creditore pactio de non petendo facta, ipſi fideiuſſori ad excipiendum proficit, *d. l. exceptiones. 7. §. 1. verſ. igitur etſi. l. & hæredi. 21. in fin. & l. fin. Bart. & DD. in l. niſi. & in l. fideiuſſores. de pact. Alexand. in l. duobus. §. 1. de iureiur. Hippol. de fideiuſſ. num. 276.* Rei enim intereſt, fideiuſſoris obligationem diſſolui, ne man-

 dati,

dati, vel negociorum geſtorum actione conueniatur. *l. quod dictum. de pact. l. 4. de negoc. geſt.* niſi hoc actum fuerit, vt duntaxat à reo non peteretur, à fideiuſſore peteretur: tunc fideiuſſor exceptione non gaudet, *l. niſi hoc actum. de pact.* Quod
51 quidem ſecundum ius † pandectarum & codicis procedit, quo creditor fideiuſſorem ante reum principalem potuit conuenire. *l. 5. l. ſi alienam. C de fideiuſſo.* ſicuti & vtrumque eodem iure ſimul conuenire potuit, *l. 2. in fin. de duob. reis conſtit. l. grege. l. etiam de pigno. l. fin. C. de oblig. & actio.* Sed
52 hodie ſecundum † ius Nouell. conſtitutionum vix obtinebit, cum eo iure fideiuſſor ante reum principalem non conueniatur, vt Iuſtinianus *in Nouella conſtitutione quarta* tradidit: niſi beneficio excuſsionis renunciauerit. *Andreas Geyl. lib. 2. obſ pract. obſ. 27. nu. 16. Anton. Gab. Roma. lib. 3. com. concluſ. tit. de fideiuſſ. concluſ. 1. num. 87. Borcholt de pact. cap. 2. in 3. pactorum diuiſione. num. 4.* Vide quæ cap. vltimo circa octauum ſoluendæ fideiuſsionis modum ſcripſimus.

53 XI. Declaro, vt obtineat etiam in exceptionibus † mixtis, velut in exceptione ſenatuſconſulti Velleiani, in quo tum perſonæ, tum læſionis habetur ratio, quocirca fideiuſſor eodem beneficio iuuatur, *d. l. exceptiones. 7. §. 1. l. ſi mulier contra. §. 1. ad Sc. Velleian. l. mulierem. & ibi Baldus C. eo.* idq; ſiue mandato mulieris interceſſerit, *l. ſi vxor. C. ad Sc. Velleia.* ſiue ſponte, non rogatus pro ea fidem dederit, *Hippol. de fi-*
54 *deiuſſ. num. 270.* Cui parum † aduerſatur, Senatuſconſultum Velleianum in fauorem perſonæ tantummodo factum eſſe: igitur ad fideiuſſorem non extendendum. Largiamur ſanè, perſonæ cauſa SCtum factum eſſe: tamen non ipſam tan-
55 tum mulierem tuetur, ſed ipſam † obligationem infirmat, vt nolit eam ratam eſſe, vt nequaquam ſit mirandum, ſi rei, hoc eſt, obligationi cohærentem exceptionem liceat fideiuſſori proponere. Nam prohibitio Senatuſconſulti refertur ad rem, etiamſi mulieris gratia facta ſit, *d. l. ſi mulier contra. §. 1. Connan. lib. 6. commentar. cap. 7. nu 6.* atque ita non ipſa perſona eſt proxima & immediata cauſa priuilegij, ſed

læſio,

læſio, *per notat. in c. priuilegium. in gloſ. vnic. prope princ. de reg. iur. lib. 6. & ibi Petrus Peckius.* Vnde ambigi non debet, quin
56 hæredes † quoque mulieris eadem exceptione SCti Velleiani ſeſe aduerſus creditoris impetum tueri poſsint, cum ſit realis, & rem comitetur, *l. hæredes. 20. C. ad Sc. Velleia. l. interdum. de minor. l. non ſolum. de in integ. reſtit. Cyrillus Fulgecn. in ſumma criminali. rubr. 13. de fideiuſſ. §. 4. num. 4.* Atque hæc, quæ diximus, adeo vera ſunt, vt, ſicuti mulieri ipſi, ita & fi-
57 deiuſſori, etiam poſt latam † iam ſententiam hac vti exceptione ſit integrum, *l. tamen ſi. 11. ff. de Sc. Macedo.* Tamen, ſi, inquit Vlpianus, non oppoſita exceptione, condemnati ſunt, vtentur Senatuſconſulti exceptione: & ita Iulianus ſcribit in filiofam. exemplo mulieris intercedentis. *Bald in d. l. ſi vxor. C. ad Sc. Velleia. Hippol. d. loc. num. 270.* Idque ſingulari fauore receptum eſt, ſiquidem & ab initio, ſi exceptio oppoſita eſſet, actio infirmata fuiſſet. Sed tamen hoc modo non tam impugnatur ſententia, quàm temperatur modus excutionis, *V Veſenb. de except. nu. 10. in fin.* Sunt & plures
58 caſus, in quibus exceptio etiam † poſt ſententiam obijci poteſt, quorum aliquot refert *Accurſ. in l. 1. verb. vti. C. de iur. & fact. igno. Vide & Termina. in proceſſ. cap. 27. de exceptio. peremptor. in fin. capitis.*

XII. Declaro, idem locum inuenire in Senatuſ-
59 conſulto † Macedoniano, quando fideiuſſor interuenit pro filiofam. mutuante pecuniam, vt eadem tutus ſit exceptione, *d. l. exceptiones. 7. §. 1. d. l. ſi mulier contra. §. fin. ff. ad Sc. Vell. l. ſed ſi pater. 9. §. non ſolum. 3. ad Sc. Maced. Bart. in l. ſi filius. ff. quæ res pigno. oblig. poſſ. Bald. in l. fin. C ad Sc. Macedo.* quia & hic non perſonæ ſolum, ſed & læſionis habetur ratio, & quamuis læſio ſecuta non fuerit: tamen lex ab initio ad læſionem, quæ plerunq; filiumfam. comitatur, reſpexit: cuius ratione realis hæc æſtimanda eſt exceptio: quare & ad hæredem tranſitoria eſt, *l. item. 7. §. quanquam. 7. de Sc. Maced.* & ad fideiuſſorem filijfam. quod niſi fieret, cum fideiuſſor regreſſum contra mandatorem habeat, facilè Senatuſconſultum cir-

cumuenire liceret, *d. l. ſed ſi pater. 9. §. non ſolum.* quin ſiue fi-
60 deiuſſor † regreſſum contra mandatorem habeat, ſiue non habeat, exceptione hac fruetur: quia ſenatus hanc filijfam. obligationem improbauit, haud aliter atq; in Velleiano: Vtriuſq; enim Senatuſconſulti eadem eſt ratio, nec diuerſum ius ſtatuti in muliere, & filiofam. exiſtimandum eſt, *contra Accurſ. vt rectè animaduertit Connanus d.c.7.nu.6.* Quod in-
61 tellige, niſi donandi † animo fideiuſſor interceſſerit, *d.l.ſed ſi pater.9.§.non ſolum.3. Connan. lib. 6. c.7.nu.6.* aut niſi pater ra-
62 tum † habuerit, filiofam. mutuatam eſſe pecuniam: quia tunc reconciliatur mutuum *d. l. ſed ſi pater. 9. §. non ſolum. l. fin. C. ad Sc. Maced.* ideoq; exceptione fideiuſſorem ſe incolumem tunc ſeruare non poſſe, vult *Bald. in d. l. fin. & ſequitur Hippol. d. loco nu. 269.* quandoquidem vtroque caſu, tum per donationem, tum per ratificationem patris illi exceptioni ab initio à fideiuſſore quaſi renunciatum intelligitur.

63 XIII. Declaro, in fideiuſſore † minoris viginti quinque annis: *d. l. exceptiones. 7. §. 1. verb. aut pro minore. de except.* Si videlicet minor in re deceptus fuerit: quod poteſt contingere etiam ſine minoris facilitate, & ſine dolo creditoris. Immediata itaque cauſa eſt læſio in re, hæc læſio realem facit exceptionem: ideoq; fideiuſſori competit, quamuis &
64 minor reſtitutus non fuerit: ſin non in re, † ſed ſua facilitate, & dolo creditoris circumſcribatur minor: fideiuſſor exceptionis beneficium non habet, priuſquam minor in integrum reſtitutus fuerit. Nam hoc caſu læſio minoris proficiſcitur ex ſua perſona, nempe ex ſua facilitate & dolo creditoris, quæ perſonalia ſunt: ideoq; hic exceptio fideiuſſori prius non datur, quàm minor reſtitutus fuerit: tunc ipſa reſtitutio minoris fideiuſſori ſuppeditat exceptionem. Ita
65 accipienda ſunt verba † *in d. l. exceptiones. 7. §. 1. verb. quod ſi deceptus non ſit in re,* vbi particula negatiua eſſe debet, ſecundũ vulgatam lectionem, quam Connanus & Gothofredus contra Pacium rectè ſuſtinent: Superiore itaque caſu, ad hoc, vt fideiuſſor habeat exceptionem, non opus eſt reſtitu-
tione

tione minoris, ſiquidem læſio commiſſa eſt in re: hoc poſteriore caſu opus eſt reſtitutione propter læſionem in perſona factam: qua tamen reſtitutione minor ſolum vtitur, fideiuſſor non vtitur, ſed exceptione vtitur: Dixeris forſan
66 hic, Reſtituto † reo minore, ſublata eſt obligatio principalis, ergo non poteſt ſubſiſtere fideiuſſoria, tanquam acceſſoria, *l. 1. de fideiuſſo.* quippe, ſublato principali, etiam acceſſorium corruet. *c. acceſſorium, de reg. iur. in 6.* ſi contractus non valet, nec fideiuſsio vires habebit, *per l. non dubium. C. de legib.* Proinde, reſtituto minore, fideiuſſor amplius ipſo iure non tenebitur, & conſequenter exceptione non indigebit. Ve-
67 rùm reſponderim, † per reſtitutionem perſonam minoris ſubduci quidem ab obligatione, ipſam tamen obligationem non tolli. Fideiuſſor in illa obligatione adhuc quidem hæret, ſed propter reſtitutionem minoris vtitur eadem exceptione, qua minor. Quamuis enim reſtitutio perſonale ſit beneficium, ideò ad fideiuſſorem non extendendum: tamen ſi iam reſtitutus eſt minor, ad rem, ſeu cauſſam, ſeu obligationem, in qua læſus fuit, reſtitutus eſt. Reſpectu igitur huius rei, ſeu cauſæ, ſeu obligationis, in qua facta eſt reſtitutio realis poſtea incipit competere exceptio. Cauſa quidem reſtitutionis fuit perſona læſa: materia fuit res, in qua læſa fuit perſona. Cauſa per reſtitutionem in priſtinum locum repoſita eſt: materia integrè repoſita non eſt. Ratione materiæ realem fideiuſſor exceptionem habet. Hæc quidem olim ita diſputando obtinuimus. Cæterum ex o-
68 pinione † Cuiacij *lib. 19. obſ. cap. 29.* generaliter ſtatuendum videtur, exceptionem reo minori competentem ad fideiuſſorem nequaquam tranſire: quia lex ipſi minori ſolum, non etiam fideiuſſori proſpectum eſſe voluit: qui, ſi fideiuſſerit, ſuo damno fideiuſſerit, *arg. c. damnum: & ibi latè Petrus Peckius*
69 *de reg. iur. in 6.* Nam, vel teſte Vlpiano legis auxilio † dignus non eſt, qui ſe vltrò in neceſsitatem conijcit, *l. ſi fideiuſſor. §. 1. ff. qui ſatiſda. cog.* Siquidem conditio minoris ipſi cognita fuerit: ideoque donaſſe magis videtur, *per l. in perſona.*

ſona.39. §.1. vbi Iaſ. de pact & cum pro minore fidem ſuam obligauerit, eam potiſsimum ob cauſam id feciſſe intelligitur, vt ſciens ſecurum ipſum creditorem aduerſus reſtitutionem redderet. *l. in cauſa.13. in princ. de minor.* Quod verò attinet
70 † *ad l. exceptiones. 7. §. 1. de except.* vbi exceptio, quæ minori circumſcripto dolo aduerſarij datur, etiam fideiuſſorem complectitur, exiſtimat illum locum ſingulariter de lege Lætoria, quæ teſte *Suetonio lib. 4 pratorum.* minores ſtipulari prohibeat, accipiendũ eſſe: De lege Lætoria copioſè *Cuiac.*
71 *li.19. obſ. c.34.* Vt rem in pauca conferã, in hoc † videtur conſiſtere diſcrimen: Aut ſua facilitate, vel lubrico ætatis læſus eſt minor:& tunc minor reſtituitur, fideiuſſor nõ reſtituitur: Aut dolo aduerſarij deceptus eſt, & æquũ eſt, vtriq; conſuli tam minori, quàm fideiuſſori: idq; pulchrè probatur *l. 2. C. de fideiuſſ. mino.* vbi reſcribunt Impp. Diocletianus & Maximianus: Si ea, quæ tibi vendidit poſſeſsiones, interpoſito decreto præſidis, ætatis tantummodo auxilio iuuatur: non dubium eſt, fideiuſſorem ex ſua perſona obnoxium eſſe contractui. Verum ſi dolo malo apparuerit contractum interpoſitum eſſe, manifeſti iuris eſt, vtrique perſonæ, tam venditricis, quàm fideiuſſoris conſulendum eſſe. Sed cum in propoſito de hac quæſtione difficili ſatis differi nequeat: eam in noſtris quæſtionibus controuerſis (quas iam in manibus habemus) enucleatius, vt & alia multa, quæ in hoc tractatu incidenter occurrunt, nec expediri fuſius queunt, pertractabimus.

72 XIV. Declaro, locum habere in exceptione † libertatis onerandæ cauſa, *d. l. exceptiones. 7. §. 1. verb. item quod libertatis:* veluti, cum manumittterem ſeruum, ab eo ſtipulatus ſum certam pecuniam pœnæ nomine, ſi me forſan offenderit, cuius rei cauſa fideiuſſorem mihi dedit, & offenſus ego pecuniam exigo: equidem exceptione ſubmoueor, quod onerandæ libertatis cauſa pœnam ſtipulatus fuerim. Hæc exceptio rei cohæret, ac proinde fideiuſſori quoq; vtilis eſt. *Vide Iacob. Cuiac. lib. 16. obſ. cap. 8.*

XV. De-

73 XV. Declaro, in exceptione non numeratæ † pecuniæ. Debitor habet exceptionem non numeratæ pecuniæ contra creditorem agentem ex ſyngrapha. *l. non figura. 38. de oblig. & actio.* Hæc exceptio cum ſit realis,nam rem,hoc eſt, pecuniam non numeratam continet, ideo ad fideiuſſores tranſit. *l. tam mandatori. 12. C. de non num. pec. Accurſ. in l. fi-*
74 *deiuſſor. 16 § fideiuſſor. 3. de fideiuſſo.* idque adeò † procedit, licet debitor principalis præſens confiteatur, numeratam ſibi eſſe pecuniam, aliter tamen fideiuſſori conſtet, & præſer-
75 tim quidem, ſi debitor egeſtate † prematur, qui de iure multas contrarias meretur præſumptiones. *Bald. in d. l. tam mandatori. 12. C. de non num. pecu. Hippolyt. d. rub. de fideiuſſor. num. 268.*

76 XVI. Declaro in fideiuſſore † donatoris, qui vel immodicè donare promiſit, vel donauit, traditione tamen nondum facta. Exceptio itaque ex lege Cincia non tantum donatori, ſed & fideiuſſori ſuppeditabitur. *l. fideiuſſori. 24. de donat. Cuiac. lib. 19. obſ. c. 29. in fin.*

77 XVII. Declaro in exceptione compenſationis: † quæ ſi debitori competierit, rectè ad fideiuſſorem quoque transferetur. *l. 4. ff. de compenſat.* vbi Paulus ait: Ipſo iure eo minus fideiuſſor ex omni contractu debet, quod ex compenſatione reus retinere poteſt. Sicuti enim cum totum peto à reo, malè peto: ita & fideiuſſor non tenetur ipſo iure in maiorem quantitatem, quam reus condemnari poteſt, *l. Græcè. 8 § illud. 7. de fideiuſſor. § 5. Inſtit. eo. Hippol. d. loc. nu.*
78 *268.* idq; adeò obtinet, vt, quamuis principalis † excommunicatus fuerit, nihilominus tamen fideiuſſori ſalua ſit compenſationis exceptio, *Hippol. d loc. num. 271. poſt Panor. in c. cum inter. de except.*

XVIII. Declaro, vt & fideiuſſor exceptionem con-
79 tractus † vſurarij obijcere poſsit, tametſi & reus principalis contradicat, contractumque iuſto modo celebratum eſſe
80 affirmet. Fieri enim poteſt, vt debitor cum creditore † clanculum colludat in necem fideiuſſoris. *arg. l. Quintus. ff. manda.*

Quod Baldus tantò magis præſumendum eſſe arbitratur in
paupere, *Bald. in l. mandatori. 12. C. de non nu. pecun.* Nam pau-
81 pertas † id agere interdum ſuadet, quod reuera non eſt: &
teſte Plauto in Sticho, illa omnes artes perdocet, vbi quem
attigit. Hinc Manilius:

Ingenium eſt miſeris paupertas, & ſua quenq;
Aduigilare ſibi iuſſit fortuna premendo.

Et eleganter quidam cecinit:

Curia pauperibus clauſa eſt: ſuſpectus habetur
Teſtis egenus opum, licet incorruptior ipſo
Viuat rege Numa: contemnere iura fidemq;
Creditur, atq; Deos ſceleri procliuis egeſtas.

Quapropter id in fideiuſſoris detrimentum redundare ini-
82 quum foret. Quæ præſumptio ceſſare videtur † in diuite.
*Speculat. de accuſat. verb. item excipitur: de inſtrumen edit. §. 14. verſ.
quid ſi hæres. Hippol. d. loco nu. 268.* in quo honeſtatis exiſtima-
tio omnem ſiniſtram ſuſpicionem excludit.

Diuitijs honor eſt, nummis panduntur honores,
Omnia poſſidet is, fuluum qui poſſidet aurum.
Χρυσὸς ἀνοίγει πάντα κᾀΐδου πύλας.

83 Verum contra hanc declarationem obijci † poſſet, contra-
ctum vſurarium ipſo iure nullum eſſe, cum lege improbe-
tur. *c. in ciuitate. c. fin. de vſur. c. ad noſtram. de emptio. & venditio.
Bald. in rub. C. eo. Hoſtienſ. ext. eo.* Quare neque à parte rei con-
trahentis, nec à parte fideiuſſoris opus eſſe exceptione. Sed
84 reſpondeamus, † omnes contractus præſumi iuſto legiti-
moq; modo celebratos, non vſurarios, *l. oleo. & ibi Bald. &
DD. C. de vſur. Panor. in c. in ciuitate. & in c. conqueſtus. de vſur.
Iaſ. in l. rogaſti. num. 5. de reb. cred. Crauetta conſil. 48. num. 8. conſ.
145. num. 2. conſ. 156. num. 1. Tiraq. in tract. de retract. in 2. lib.
ad fin. num. 127. Maſcar. de probat. vol. 1. conclu. 438. nu. 1.* Ipſo
85 igitur iure contractus † concidere non poteſt, priuſquam
contra excipiatur, demonſtreturque vſuraria ratione ini-
86 tum eſſe, cuius rei probandæ † varios modos tradidit *Maſ-
ſcard. d. tract. de prob. vol. 1. concl. 447.* quo lectorem remitto.

XIX. De-

87 XIX. Declaro, vt, quoties ſuaſerit æquitas, † fide-
iuſſor exceptionem, quæ aliàs eo in caſu ſoli debitori con-
ueniebat, implorato iudicis officio obtineat, quæ doctrina
Hippolyti d. loc. nu. 278. memoria digna eſt. Etenim exce-
88 ptiones niti † æquitate perhibentur. *Bart. in l. qui æquitate. ff.*
de dol. mali & met. exceptio. ac traditum eſt, excluſum exce-
89 ptione, † non eſſe excluſum imploratione officij iudicis,
quod ipſi ſemper aditum præbet, *per l. planè. l. fin. & vtrobiq;*
Bart. de petit. hered. latè Iaſ. in l. 1. col. 7. de iuriſdict. omn. iud. per
l. 4. §. nouiſſimè. ff. nautæ caup. ſtabul. pluribus firmat Hippol. d. nu.
90 *278.* Hinc infert, ſi ſtatutum † prohibet, contra inſtru-
mentum opponi exceptionem pacti, vel ſimilem, poſſe ta-
men confugi ad officium iudicis, *Bart. in l. 1. §. & parui. ff.*
91 *quod vi aut clam. Hippol. num. 278.* Ita ſi ex ſtatuto in cauſa †
criminali nulla admitteretur exceptio, niſi eam oppoſitu-
rus præſens eſſet, cuiuſmodi perhibetur eſſe ſtatutum Pe-
ruſijs: hîc officium iudicis excluſum non eſt, vt requiſitum
informationes capiat, *Angel. in d. l. planè. de petit. hered.* vbi
iſthac practica ſe ſæpenumero vſum eſſe aſſerit. Eodem mo-
92 do ſi ſtatutum † aliquem ab excipiendo arceret, niſi ſatiſda-
ret: Iſtum iudex, ſi eius officium implorabitur, admittet.
Angel. in l. quos prohibet. ff. de lib. & poſthu. hered. inſtit. Hippol. num.
279. Inſuper (quod pragmaticis obſeruandum) ſi cui-
93 piam † via excipiendi, vel ob lapſum termini, vel propter
latam ſententiam fuerit intercluſa, is nihilominus adhuc
officium iudicis efflagitare poterit, *Fulgoſ. in l. nam & poſtea. §.*
ſi damnetur. ad fin. de iureiur. Bald. in l. domũ. in 2. col. C. de rei vend.
Panor. in c. inter monaſterium. de re iud. Angel. in l. fin. in 2. col. de
petit. hered. Iaſ. in d. l. 1. col. 8. de iuriſdict. Id quod ita accipi-
94 endum, ſi ex actis † deprehendi poſsit, talem exceptionem
competere, *Angel. in d. l. nam & poſtea. §. ſi damnetur. de iureiur.*
Id quod menti infigendum monuit *Angel. loco iam citato,* &
commendat *Hippol. d. rub. de fideiuſſ. nu. 280.*

XX. Declaro atque extendo ea, quæ hactenus dicta
95 ſunt, vt quantumuis † fideiuſſor ab initio omnibus exce-

ptionibus efficaciter renunciauerit, nihilominus tamen exceptionibus reo competentibus vti, quin & beneficium excuſsionis proponere poſsit, cum illud ex natura contractus deſcendat, nec illi fideiuſſor renunciaſſe intelligatur. Nam
95 † verba (ſine exceptione) non ad vtiles, & ipſi naturæ contractus inſitas exceptiones, ſed ad friuolas & ocioſas referenda ſunt. *c. ex parte. 13. de offic. & poteſta. iud. deleg.* ibi, debet tamen rationabiles exceptiones admittere, *Bart. in l. 1. C. de conuen. fiſci debit. Bald. in l. 1. in princ. C. de reuoc. his quæ in fraud. Iaſ. in l. 1. col. 2. C. de SS. Eccleſ. & in l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. poſſum. de verb. obligatio. per illum text. Ludouic. Roman conſil. 211. incip. allegationes. Socin. conſil. 123. incip. circa præſentem. in 4. vol. Hippol. ſingul. 332. incip. credo te ſcire. & in ſing. 193. in-*
97 *cip. Baſtardus. & in d. rub. de fideiuſſ. num. 272.* quin & † renuncians exceptionibus, ſiue beneficijs ſibi competentibus ex legum diſpoſitione, vel etiam ex contractu, intelligitur illis tantum renunciaſſe, quæ ſibi immediatè ex ſua perſona, non autem mediatè ex perſona alterius, ex legis diſpoſitione, vel contractu ſubueniunt, *Bart. in l. hoc legatum. ff. de legat. 3.* Et hæc de priore regula.

POSTERIOR REGVLA.

98 Exceptio merè † perſonalis, ſeu perſonæ rei principalis cohærens ad fideiuſſorem haudquaquam porrigitur, *d. l. exceptiones. 7. in princ. de except.* Ratio concluſionis eſt, quia
99 priuilegia † in gratiam alicuius perſonæ conceſſa, illam perſonam non egrediuntur. *c. priuilegium. 7. & ibi Dyn. & Petrus Peckius latè ex. de reg. iur. in 6. c. mandata. 6. de præſumptio. l. leges. C. de legibus. l. in omnibus cauſis. l. priuilegia ff. de diuerſ. reg. iur. antiq. l. 3. de cenſ. l. 1. §. perſonis. l. ſemper §. immunitati. de aqua quotid. & æſti. l. in honoribus. §. vacationum. de vacat. mun. l. maritum in id cum l. ſeq. ſolut. matrim. l. etſi fideiuſſor. §. 1. de re iud. l. ex pluribus. de admin. & peric. tut. l. cum patronus de lega. 2. l. 1. in*
100 *fin. de conſtit. princ.* & pactum † perſonale ad aliam non extendi-

tenditur, quàm ad eam perſonam, cui illud factum eſt, *l. ſi*
101 *vnus. 27. § ante. l. idem. 26. § . 1. ff. de pact.* Deinde fideiuſſor † &
hæres æquiparantur, quoad extenſionem perſonalis bene-
ficij. Sed perſonale beneficium, maximè de non petendo
ad tempus, non tranſmittitur ad hæredes. *l. non ſolum. de libe.*
102 *lega.* Sicuti & alia beneficia † perſonalia ad hæredes non
extenduntur, *d. l. idem. 26.* Ergo nec ad fideiuſſores. *d. l. priuile-*
103 *gia. de diuerſ. reg. iur. antiq.* Huic concluſioni non † repugnat
l. ex perſona. 32. ff. de fideiuſſ. vbi ait Vlpianus: Ex perſona rei,
& quidem inuito reo, exceptio, & cætera rei commoda fi-
deiuſſori, cæteriſq; acceſsionibus competere poſſunt. Ait,
Ex perſona rei, quæ verba perſonalem videntur denotare
exceptionem, quæ tamen fideiuſſori prodeſt. Non, in-
quam, repugnat *d. l. ex perſona*: nec enim adducta verba ad
perſonalem, ſed realem exceptionem referenda ſunt, nec
aliud volunt, quàm exceptionem realem ex perſona rei,
hoc eſt, ipſi reo primum competentem, fideiuſſori ſuccur-
rere. Omnes enim exceptiones reales, de quibus hactenus
dictum eſt, ex perſona rei competunt: in quibus tamen pro-
xima & immediata cauſſa non eſt ipſa perſona, ſed res, vbi
& extincta perſona, non extinguitur exceptio. Deinde non
104 obſtat † *l. Græcè. 8. §. illud. 3. de fideiuſſo.* vbi fideiuſſor non po-
teſt in plus obligari, quàm principalis. At ſi priuilegium ſeu
exceptio reo competens ad fideiuſſorem non extenderetur:
fideiuſſorem in plus obligari, nemo non animaduerterit.
Non, inquam, obſtat. Hoc enim caſu non in plus, ſed effica-
cius fideiuſſor aſtringitur, ratione priuilegij, quod reus ex
ſua perſona habet, fideiuſſor non habet. *c. ex reſcriptis. de iure-
iuran.* Landrecht *lib. 2. art. 11. &* Policeyordnung *anno 1548.*
105 Obligari poteſt † fideiuſſor ad obſtagia, zur leiſtung. Eſt e-
nim pœna facto adiecta, quæ valere poteſt. *l. ſtipulatio. §. alte-
ri: de verb. oblig.* quæ tamen Electorali conſtit. *22. part. 2.* tan-
quam ſumptuoſa nimis, abrogata eſt, quemadmodum & in
Camera Imperiali anno 1577. *And. Geyl. lib. 2. obſ. 45. nu. 6.*

Hanc regulam declaro.

106 I. Vt locum habeat † in ſocio, *d. l. exceptiones. 7. verb.*
veluti ea, quam ſocius habet exceptionem: de exceptio. Hîc ſcien-
107 dum eſt, reperiri quaſdam † perſonas hoc iuris beneficio
donatas, vt in plus conueniri nequeãt, quam facere poſsint,
ne ſcilicet ipſæ poſtmodum egeant, *l. ſunt perſonæ. cum tribus*
108 *ll. ſeqq. de re iudica.* Id quod quibuſdam debetur vel † propter
reuerentiam, vt parentibus, patronis, ſocero, marito: qui-
buſdam ex natura & æquitate contractus, vt ſocijs in cauſa
ſocietatis, quæ continet vinculum fraternitatis: quibuſdam
indultum eſt ob fortunæ iniquitatem, vt qui ceſſerunt bo-
nis: quibuſdam propter vtilitatem Reipub. vt militibus,
qui caſtra merentur. *Vide Maynerium in l. omnibus. de diuerſ. reg.*
109 *iur. antiq.* Circa quod autem, ne egeant, tria † potiſsimum
in conſiderationem veniunt. 1. quantitas patrimonij. 2.
perſonæ conditio. 3. ætas eiuſdem perſonæ. *Iaſ. in §. item ſi*
de dote. num. 7. Inſtit. de actio. Coler. in proceß. execut. part. 2. c. 3.
num. 115. vbi latius hæc proſequitur. Duo itaque ineuntes
ſocietatem, ſiue omnium bonorum, ſiue certæ alicuius par-
tis, fideiuſſores inuicem conſtituunt. Alter ſociorum lapſus
facultatibus, ſi ab altero conueniatur, tanti ſolummodo te-
netur, quantum facere poteſt, *l. ſunt qui. 16. de re iudic. l. Verum.*
110 *pro ſoc. §. ſed etſi. Inſtit. de actio.* Idque ſi ex ſola † cauſa ſo-
cietatis, non ſi ex alia conueniatur, *d. l. ſunt qui. 16. & ibi*
Iaſ. Iohan. Zangerus de exceptio. in tertio genere except. dilator. ex-
cept. 6. nu. 4. fol. 197. Hac exceptione vti fideiuſſor minimè
poteſt, quia perſonæ ſolum ipſius principalis conceſſa eſt
ob vinculum fraternitatis. *l. etſi fideiuſſores. de re iud. d. l. exce-*
111 *ptiones. 7.* Verum hîc tum in iſta, tum ſequentibus † ſpe-
ciebus pro cautela notandum eſt, vt, ſi ita res euenerit, fi-
deiuſſor ab altero ſociorum in iudicium vocatus, ipſi reo
principali, modo ſuperſtes ſit, litem denunciet, quo ipſe
ex ſua perſona hanc exceptionem opponat, *Angel. in d. §. Sed*
etſi. num. 3. Iaſ. num. 12. Schneid. num. 7. Inſtit. de actio.
112 II. Declaro procedere † in parente: qui quidem, ſi
conueniatur à liberis, in id ſolummodo condemnatur,

quantum facere poteſt. *d. l. ſunt qui. 16. cum l. ſeq. de re iud.* ob reuerentiam videlicet & pietatem, quæ parentib. debetur à liberis. *l. parentes. de in ius voca. l. liberto. de obſeq. à lib. præſt.* nam,
113 teſte Seneca, parentes † ſuos non amare impietas eſt, non
114 agnoſcere, inſania. Cum & aliàs † filiorum pietati & officio incumbat parentes egeſtate preſſos alere, *l. ſi quis à liberis. §. ſi impubes. de lib. agnoſc.* Exemplo Ioſephi *Gen. 45. cap. verſ. 9. 10. 11.* quo alludit illud Græcum, *ἱκανῶς βιώσεις γηροβοσκῶν τοὺς γονεῖς.* Sat vixeris, ſenes parentes quando alis: quam
115 *ἀντιπελαργίαν* † ſeu *ἀντιπελάργωσιν* Deus ipſe à liberis exigit, eamq́ue præmijs ſe ornaturum policetur. Hinc & Ouidius:

Cum foret Aeneæ ceruix ſubiecta parenti,
Dicitur ipſa viro flamma dediſſe viam.

Quod & venuſtè Græcus ille Iambicus docuit:

ἔλπιζε τιμῶν τοὺς γονεῖς πράξειν καλῶς.
Colens parentes cuncta proſpera geſſeris.

Atqui hæc exceptio fideiuſſori, ſi datus eſt, non proficit, *d. l. exceptiones. 7.*
116 *verb. vel parens. de exceptio.* Hæc etiam in liberis † procedunt, quando parentes contra ipſos (nempe emancipatos, nam contra liberos in poteſtate conſtitutos nulla datur actio. *l. lis nulla. de iudic. l. fratre. de condictio. indeb.*) agunt, vt in hoc ſolum condemnentur, quod facere poſſunt: cum multò magis parentibus iniunctum ſit alere liberos. *tot. tit. C. de alend. lib.* Ergo & hîc fideiuſſor, non attenta exceptione, in ſoli-
117 dum tenebitur. Ea enim correlatiuorum † eſt natura, vt diſpoſitum de vno, extendatur etiam ad aliud non expreſſum, *l. fin. C. de indict. vid. tollen. l. 2. C. de cupreſſ. lib. 11. l. fin. & ibi Bart. de acceptil. Bald. in l. 1. nu. 5. C. de bon. mater. Iaſ. in Auth. Sacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendit. Euerhar. in loc. de correlatiuis. nu. 3. Neuiza. ſylua nupt. lib. 1. num. 214. Cephalus conſil. 109. num. 17. Boër. deciſ. 48. num. 3. deciſ. Pedemon. 140. nu. 7. Baptiſta de S. Blaſio in tracta. correlat. Ioban. Crotus in l. omnes. 9. de iuſt. & iure. Anton. Gab. Roman. lib. 6. tit. de legib. concluſ. 3.* & vbi-
118 cunque † reus ita liberatur à creditore, vt natura debitum maneat,

maneat, quemadmodum in propoſito, fideiuſſor tenebitur, *Scæuola in l. vbicunque 60. de fideiuſſor.*

119 III. Declaro in † patrono. Nam patronus liberto condemnatus vlterius non aſtringitur, quàm facere poteſt, deducto eo, quod alimentis ipſius ſufficere poſsit. *l. patronus. de re iudica.* idq́; propter ſummum & inæſtimabile libertatis beneficium, quo fuit à patrono affectus, *per l. libertas. de diuerſ. reg. Iur. antiq.* Ipſius verò fideiuſſori hæc exceptio non opitulabitur. *d. l. exceptiones. 7. verb. patronuſúe.*

120 IV. Declaro idem obtinere † in ſocero vtroque tam vxoris, quàm mariti, quando de dote promiſſa, vel reſtituenda conueniuntur. Etſi enim eodem gaudeant priuilegio, ne in plus conueniantur, quàm facere poſsint, *l. ſicuti. cum l. ſeq. de re iud. l. rei iudicatæ. §. fin. cum l ſeq. ſolut. matrim.* ſiquidem parentum loco habeantur, id tamen ad fideiuſſores non extenditur: ſtrictius enim hic priuilegia interpretamur. *c. priuilegium. de reg. iur. lib. 6.*

121 V. Declaro † in marito. Maritus ſoluto matrimonio ad reſtitutionem dotis obligatus eſt, *tot. tit. ſol. matrim.* qui hæredibus vxoris de ſoluenda dote intra certum tempus, iam ſoluto matrimonio (nam conſtante matrimonio, fideiuſſor dari non poteſt, *l. 2. & tot. tit. C. ne fideiuſſo. dot. dent.*) fideiuſſorem dedit. Hic maritus ab hæredibus conuentus in tantum tenetur, quantum facere poteſt. *l. maritum. ff. ſolut. matrim. l. patronus. l. non tantum, 20. de re iudica. §. item ſi de dote. 37. Inſt. de actio.* ſed poſt mortem mariti conuentus fideiuſſor, eodem priuilegio vti non poteſt, ſed in ſolidum dotis nomine condemnatur. Quia illud ſigillatim marito in fauorem matrimonij introductum eſt, *d. l. exceptiones. 7. verb.*

122 *ſic mariti.* Et hæc in vxore, † eiuſq́; fideiuſſore quoque recipienda ſunt, *l. ex diuerſo. §. item ſi mulier. ſolut. matrim. d. l. non tantum 20.* vbi ait ICtus: quod hoc æqua lance ſeruari æqualitatis ratio ſuggerat. Quod namq; obtinet in vno correlatiuorum, in altero quoque obtinere debet, *d. l. fin. C. de indict. iud. toll. cum ſimil. ante allegatis.*

V. De-

123 VI. Declaro in milite, † qui ſub armata militia ſtipendia meruit. Nam & is eatenus tantum, quatenus facere poteſt, ſoluere cogitur, *l. miles. 6. de re iudic.* Fideiuſſor verò ad ſolidum redigitur. Nam & priuilegium militis ipſius perſonam non excedit *per d.c. priuileg. de reg. iur. in 6. cum ſimil.*

Circa ea, quæ hactenus commemorauimus, iſtud ſilentio non prætereundum eſt, quamuis perſonæ hactenus enumeratæ in plus non teneantur, quàm facere poſsint, ne egeant: fideiuſſor verò in ſolidum exigatur: quod iſte ta-
124 men aduerſus † principalem habeat regreſſum in ſolidum, & ita per indirectum eludetur principali beneficium ipſi conceſſum, dum videlicet mandati actione cogetur fideiuſſori ſolidum pendere, cum creditori vltra id, quod poſſet,
125 non teneretur. Idcirco, caſu ita † contingente, conſultum erit reo, vt conuento fideiuſſore, ipſe compareat, & exceptionem ex ſua perſona obijciat.

126 VII. Declaro in eo, qui bonis † ceſsit, id quod extremum eſt debitoris miſeri refugium, & flebile adiutoriũ, *vt dicitur in l. pen. C. qui bon. cede. poſſ.* Is igitur, ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit, de poſtea partis magis non tenetur, quàm facere poteſt, ne egeat. *l. 4. de ceſſio. bono. §. fin. Inſt. de actio.* Cæterum hæc exceptio fideiuſſori non communicabitur: quia, qui alios pro debitore obligat, hoc maximè proſpicit, vt, cum facultatibus lapſus fuerit debitor, poſſet ab ijs, quos pro eo obligauit, ſuum conſequi, *Imp. in §. fin. Inſtit. de replica. Angel. in d. §. fin. nu. 10. Iaſ. nu. 25. Schneid. num. 3.*
127 *Inſt. de actio.* Ius antiquum † hac in re ſeuerius fuit, nec ceſſioni locum fecit, *de quo Alex. ab Alex. lib. 6. Genial. dier. cap. 10. Iohan. Coraſ. lib. 3. miſcell. cap. 18. num. 12. Hotoman. illuſt. quæſt. 24. Menoch. de arbitr. iud. quæſtio. lib. 2. cent. 5. caſu 447.* quam
128 ſeueritatem iuris antiqui etiam Saxo † ſecutus eſt, qui debitorem creditori tradit, gibt jhme den ſchuldener an die hande vnd halffter / quo facto debitor non ſolum ad operas & ſeruitia creditori præſtanda tenetur, ſed etiam poteſt compedibus & vinculis à creditore includi, Landrecht *lib. 3. art. 39. in prin.*

P

in prin. Weichbild *art. 27. circa fin. diff. iur. ciuilis & Saxon. lib. 1. diff. 10. & lib. 2. part. 4. diff. 12. & part. 6. diff. 54. Chilianus cap. 138. nu. 11. Schneid. d. §. fin. in fin. Inſtit de actio. Colerus de proceſſ. execut. part. 1. cap. 3. num. 138. cum ſeqq. & cap. 6. num. 114. Iohan. Zangerus d. exceptio. 6. num. 3. fol. 196.* Qui tamen Saxo
129 verè hac † in re, vt & in alijs ſaxeus, Electoris Saxoniæ conſtitutione mitigatus eſt, quæ eiuſmodi obæratis debitoribus certum carcerem deſtinat, in quem detruduntur, nec cum ceſsione audiuntur, niſi creditorum conſenſum ea de re impetrauerint. *conſtit. 22. part. 2.*

130 IIX. Declaro in eo, qui Magiſtratum † gerit, & conueniri, durante Magiſtratu, non poteſt. Hæc exceptio fi-
131 deiuſſori non patrocinatur, quamuis poſt fideiuſsionem † demum reus Magiſtratum adeptus fuerit, *l. ſi reus. 12. ff. iudic. ſol.* vbi ſcriptum reliquit Pomponius: Si reus poſt iudicatum ſolui ab eo datum, in Magiſtratu ſit, nec inuitus in ius vocari poſsit: tamen, niſi res boni viri arbitratu defendatur, fideiuſſores tenentur. *Cyrillus Fulgeonius in ſum. crimin. rub. 13. de fideiuſſo. §. 4. nu. 4.*

132 IX. Declaro in inhibitione † iudici inferiori facta per Magiſtratum ſuperiorem in cauſa reum principalem concernente, vt illa fideiuſſorem neutiquam comprehendat, *per l. cum prætor. 12. ff. de iudic. l. ex eo. 18. de teſtib. c. nonne. de præſumt. c. qualis. 25. diſtin. Bald. in l. 1. nu. 3. Iaſ. nu. 2. C. d diuerſ. reſcript. Franciſ. Aretinus conſ. 33. incip. conſultatio præmiſſa. in 1. col. Berous quæſt. familia. 77. Hippol. rub. de fideiuſſo. nu. 274.* cum ad vtilitatem ſolius rei facta intelligatur, nec fideiuſſorem afficiat. *l. 3. §. ſi is pro quo. 3. ff. quod quiſq; iur. l. etſi fideiuſſor. 24. de re iudic. l. reos. 23. C. de fideiuſſor.* Sed quicquid hic tenta-
133 tum ſit, videamus, an non rectius ea inhibitio, † quatenus cauſam concernat, contra creditorem fideiuſſori exceptionem præbeat, idq; ex rationibus ſequentibus. Primò, quia
134 quædam eſt cauſæ † connexio & communio inter reum & fideiuſſorem, *per rationem textus in d. l. 1. C. de diuerſ. reſcript.* licet non extendatur ad alias perſonas & res. *c. P. & G. ext. de offic.*

offic. deleg. c. eam te. de reſcript. Connexa autem, & cauſæ in-
uicem cohærentes diuidi non debent, *l. nulli. C. de iudic.* Se-
135 cundò, quia inhibitio fit reſpectu cauſæ, † non perſonæ: quæ
cauſa cum vtrique tam fideiuſſori, quàm debitori ſit com-
munis: igitur & inhibitio vtrique proderit. Secus tamen
iudicauerim, ſi perſona impetrans inhibitionem in pri-
uilegiatorum eſſet numero: tunc inhibitio eam duntaxat,
non fideiuſſorem continere intelligeretur, per ea, quæ ſu-
perius congeſsimus. Cui tertiò accedit, quod aliàs quo-
136 que dilatio † reo data, fideiuſſori quoque ſit vtilis, *l. fin.
& ibi Bart. C. de vſur. rei iudica.* Quartò, impetrata inhibi-
tione, ſi ad ſolutionem redigeretur fideiuſſor, ipſe princi-
palis redigi videretur, quippe, cum per obliquum exigere-
tur ob regreſſum, quem fideiuſſor aduerſus eum habet:
137 quare rei † intereſt, fideiuſſorem non moleſtari, *l. Titius. 76.
& ibi Bartol. de procurat. tot. tit. ff. & C. de fideiuſſ.* Quintò, ap-
138 pellatio † ab vno ex conſortibus cauſæ interpoſita alteri
non appellanti ſubuenit, *Lanfranc. in c. quoniam contra. nu. 137.*
139 *de appellatio.* Et appellatione † interpoſita per vnum ex plu-
ribus condemnatis, illa pendente, non poteſt fieri executio
contra alios, qui non appellârunt, *Bart in l. quoties. C ſi plures*
140 *vna ſenten.* quemadmodum † & prorogatio fatalium facta
per vnum ex conſortibus iuuat conſortem ad excuſandam
deſertionem, *Quintilia. Mandoſius in tracta. de inhibitio queſt. 48.*
141 *nu. 3.* Sextò, quia † fideiuſſor ex perſona rei, etiam eo inui-
to, exceptionem obijcere poteſt, *l. omnes. 19. de exceptio. l. ſi
ſtipulatus. 15. l. ſi ex perſona. 32. de fideiuſſor. de quo ſupra.* Septi-
142 mò, inhibitio à principali † impetrata, releuat fideiuſſorem
iudicio ſiſti. *Bald. in addit. ad Speculato. de Appellat. Mandoſ. de
inhibit. quæſtio. 68. num. 8.* Ergo de ſimilibus idem erit iudi-
143 cium. Hiſce non obſtat † ſuperius allegata *l. prætor. 12. de iu-
dic.* vbi ſcribit Paulus: cum præter vnum ex pluribus iudi-
care vetat, cæteris id committere videtur. *& l. ex eo. 18. de te-
ſtib. c. nonne. de præſumt. cap. qualis. 25. diſt.* quia illi textus in
diuerſis obligationibus loquuntur, licet cauſa, ſeu res, ob

quam tenentur, eadem ſit, vt eſt in duobus reis. Aliter eſt, quando coniuncta & connexa cauſa eſt, vt in reo & fideiuſſore, vbi obligatio vtriuſq; ex eodem fonte promanat, atq; vna cauſa ex altera dependet. Connexa igitur diuidenda non ſunt. Deinde non concedimus, inhibitionem ad ſolius rei principalis vtilitatem factam eſſe: cum perſonale
144 quippiam non appareat. Nec me † moueat *d. l. 3. §. ſi is pro quo. 3. ff. quod quiſq; iur.* Nam animaduertendum eſt, olim conſueuiſſe prætores cauſas mandare, interdum pure, vt eo modo, ſi apparet, ex mutuo dari oportere, eo ſæpe addito, vt nulla exceptio opponeretur. Ex quo frequentius ius iniquum oriebatur, à quo tamen iudicibus non liceret recedere, vt fuſius tradit *Duarenus in l. iuris gentium. 7. §. & ideo. verb. actionem à pratore datam. ff. de pact.* In hoc igitur reſponſo *d. l. 3.* apparet talis ſpecies de eo, qui impetrauerat à Iudice, vt iudicium purum ſibi daretur, & ne aduerſus ſe exceptio opponi poſſet. Quod ius quia iniquum eſt, ipſe æquo animo pati debet, ſi à ſuis creditoribus conueniatur, vt nullam quoq; exceptionem poſsit obijcere tam ipſe, quàm fideiuſſor. At ſi ipſe fideiuſſor tale ius nouum impetrauerit, ſi poſtea ab alio conueniatur, ipſi fideiuſſori ſolum hoc nocebit. Hunc intellectum illius reſponſi ſuadet rubrica, ſub qua lex collocata eſt: Quod quis iuris in alium ſtatuerit, eodem iure ipſe vtatur, *Petrus Coſtalius in aduerſarijs Iuris ad d.*
145 *l. 3.* Quod verò † *ad l. etſi fideiuſſor. 24. ff. de re iudic.* attinet, illa de ijs perſonis loquitur, quæ in id ſolum aſtringuntur,
146 quantum facere poſſunt. Sic & † *l. reos. 23. C. de fideiuſſ.* parum ad rem facit, Siquidem ea de electione, quem nempe creditor conuenire velit, ſolum diſponat.

147 X. Declaro in moratoria † dilatione, ſeu inducijs quinquennalibus, vel annalibus, obæratis debitoribus nonnunquam concedi ſolitis, vt illæ fideiuſſoris commodo ne-
148 quaquam cedant. Tale enim priuilegium † moratorium perſonæ cohæret, igitur fideiuſſorem non concernit, ſed ab ipſo debitum ſtatim exigi poſſe volunt, *per c. priuilegium. de reg.*

reg. iur. in 6. Dec. in l. in omnibus cauſis. nu. 6. Cagnol. nu. 8. 11. de reg. iur. Rebuff. ad conſtit. Reg. Gall. tom. 1. in tract. de lit. dilat. annal. art. 1. gloſſ. 1. num. 24. poſt Staphilum de literis gratiæ. Coler. in proceſſ. execut. cap. 4. part 1. nu. 17. cum ibidem in ſuam ſententiam adductis. Et quanquam *Hippolyt. de Marſil. in d.*
149 *rub. de fideiuſſ. nu. 284. cum ſeqq.* & alij, in vtramq; partem † rem diſcutiendo in contrariam declinent ſententiam, affirmantes, priuilegium concernens debitorem, fideiuſſori quoque prodeſſe: tamen liberius hac in difficili quæſtione (quam vtilem vocat *Cynus in l. quoties. 2. nu. 9.* multum arduam *Fulgoſ. eod. num. 2. C. de precibus Imp. offer.*) iudicare viſi ſunt, quod citra omnem diſtinctionē hic aliquid ſtatuerunt.

Induciæ huiuſmodi (quod principio notandum eſt)
150 ideo nonnunquam † obæratis debitoribus indulgeri ſolent, ne quotidianis & moleſtiſsimis exactionibus tam miſerè excrucientur, ipſiq; de commoda ſolutione interim cogitandi tempus habeant, de quibus in *d. l. quoties. 2. & ibi DD. C. de precib. Imp. offer. Rebuff. ad conſtit. Reg. Gall. tom. in tract. de*
151 *dilat. annal.* Cum enim talis moratoria † præſcriptio non auferat creditori ius ſuum, ſed differat tantummodo, *d. l. quoties.* & in mora modici temporis non vertatur magnum præiudicium: ideo creditoribus, pendente illa dilatione, contra tale priuilegium aliquid attentare non permittitur. Cæterum hæ induciæ ab Imperatore vel principe, non, niſi
152 duobus † concurrentibus peti poſſe, ſanciuit Carolus V. in comitijs Auguſtanis, anno 1548. *in der Pollicеyordnung/ folio 23.* I. Vt debitor quinquennale impetraturus, ſub teſtimonio Magiſtratus, ſub quo domicilium habuit, manifeſtè doceat, facultatum ſuarum ſe iacturam feciſſe. II. Deinde non ſua culpa, ſed caſu fortuito id factum eſſe. Quo præcognito, ſequentis diſtinctionis beneficio nodoſam hanc quæſtionem haud obſcurè explanabimus.

153 Interdum induciæ † conceduntur ab Imperatore vel principe: interdum ab ipſis creditoribus. Hinc nota ſequentes concluſiones.

P 3 I. Con-

I. Concluſio: Induciæ ab Imperatore vel principe
154 debitori conceſſæ,† fideiuſſorem nequaquam comprehen-
dunt, quando is beneficijs ſibi iure competentibus, vel Au-
then, præſente. C. *de fideiuſſio.* efficaciter renunciauit. *Bart. in l.*
cum filiusfa. §. ſtipulationum. nu. 2. de verb. oblig. per l. exceptiones. 7.
de except. l. etiamſi fideiuſſor. l. ſciendum. de re iudic. Coler. part. 1.
155 *cap. 10. num. 338. 339.* Ratio, quia, qui fideiuſſorem † pro
debitore ſibi obligat, hoc maximè ab initio ſibi proſpicit,
vt cum facultatibus lapſus fuerit debitor, poſsit ab eo, quem
ſibi pro debitore obligauit, ſuum conſequi. *§. fin. Inſtit. de*
replicat. l. 1. §. ſed aut proprio. de obligat. & actio. Deinde, quia
156 fas † non eſt, ius in fideiuſſore per interceſsionis obligatio-
nem quæſitum, per principis reſcriptum creditori auferri.
157 Nam reſcripta † ſtricti iuris ſunt, & ſtrictam recipiunt inter-
pretationem, *l. ſi quando. C. de inoffic. teſtam. cle. 2. de præben.*
c. cauſam. c. cum delicta c. ſignificante. de reſcrip. & ibi Felin. in rub.
nu. 5. Accurſ. in l. ſæpe. 8. verb. neceßitatis. de offic. præſ. Bart. in l.
beneficium. 3. num. 3. de conſtit. princ. Tiraq. de retract. proxim. §. 1.
gloſſ. 9. num. 185. & §. 35. gloſſ. 1. num. 3. quare nec extra per-
ſonas, ad quas pertinent, extenduntur. *l. 1. de conſtit. prin. l.*
2. C. de legib. l. 2. §. meritò ne quid in loc. publ. Non refragabi-
158 tur † nobis illud vulgatum, principum priuilegia latè eſſe
interpretanda, *d. l. 3. vbi Iaſ. & DD. de conſtit. princ.* Igitur
fideiuſſori proficere oportere. Demus, latè interpretanda
159 eſſe, ſi ſcilicet † ſunt contra ius ſpeciale: quia tunc res redu-
citur ad ius commune, *Anton. de Butrio in c. olim. in fin. per il-*
lum text. de verb. ſign. Quando verò contra ius commune ten-
dunt, vt in propoſito, ſtrictè accipienda ſunt, *Romanus conſ.*
160 *180.* & diſpenſatio, † cum eſt odioſa, ſtrictam recipit inter-
pretationem, *c. 1. de fil. præsbit. lib. 6.* Deinde reſpectu ipſius
161 concedentis † non alterius priuilegia extenſionem admit-
tunt, *DD. in d. l. 3. de conſtit. princ. Menoch. de præſumtio. lib. 3.*
præſumt. 97. nu. 17. VVeſenb. ad rub. eo. circa fin. interdum & re-
ſpectu perſonæ eius, cui conceduntur, ne tamen ad tertium
porrigantur. *DD. in d. l. 3.* Solent etiam nonnulli diſtingue-
re,

re, cum vel proprio motu induciæ à principe dantur, vel ad poſtulationem debitoris: illo caſu fideiuſſorem contineri, hoc non contineri. Sed legibus conuenire non videtur.

162 II. Concluſio: Fideiuſſori, ſi iuris † beneficijs, vel Auth. præſente. *C. de fideiuſſ.* non renunciauerit, ordinis beneficium erit integrum, ne videlicet, durantibus inducijs ab Imperatore vel principe datis, ad ſolutionem cogi poſsit, donec finitis ijs, conſtiterit, ſoluendo ſit reus, nec ne. Hæc concluſio colligitur ex mente *Bald. in ſupra allegata l. quoties. nu. 4. Cyn. num. 8. Salicet. num. 4. C. de precib. Imp. offeren.* At hîc in-
163 quirenda eſt ratio † diuerſitatis, cur, ſi fideiuſſor renunciauit Auth. præſente, induciæ à principe impetratæ fideiuſſori non proſint, ſi non renunciauerit, proſint. Illa quidem
164 talis eſt: ſi fideiuſſor ſimpliciter ſine † renunciatione intercedit: non intelligitur aliter ſe obligaſſe, niſi quatenus excuſſus, & non ſoluendo fuerit repertus debitor principalis. Ideo tunc creditori obijcere poteſt exceptionem ordinis ſeu excuſsionis, quæ iure ciuili ipſi prodita eſt: quæ propterea per reſcriptum principis ipſi adimi nequit. Si verò
165 fideiuſſor cum † renunciatione intercedit, intelligitur ſe in omnem cauſam obligare, & ſe conſtituere debitorem principalem per renunciationem: quare beneficio ordinis non vtitur, cum fauori pro ſe introducto renunciauerit: Ideò & non minus, quàm principalis conueniri poteſt: nec tunc ad eum pertinent induciæ, quæ ſoli reo principali conceſſæ ſunt. Quocirca, ſi reus excipiat pro eo, quod ſua interſit, fideiuſſorem non conueniri, & pro fideiuſſore obijciat priuilegium moratorium, replicabit creditor, quod illud non proſit fideiuſſori, qui in caſu propoſito propter renunciationem exigitur, tanquam reus principalis: ita ſe conſuluiſſe teſtatur *Coler. part. 1. cap. 4. num. 21. in fin.* Præterea induciæ conceduntur perſonę reſpectu cauſæ, nec ſunt merè perſonales: ideò & fideiuſſori emolumento erunt, niſi per renunciationem ſe illis priuarit. Tunc enim non ex rei principalis, ſed ex ſua perſona, & ex ſua renunciatione conuenitur.

III. Con-

166 III. Concluſio. Quando fideiuſſor beneficio † d.
Auth præſente, per renunciationem ſe abdicauit, adeo te-
netur, vt conuentus à creditoribus, debitori litem denun-
ciare ad ſuſcipiendum iudicium & exceptionem moratoriæ
dilationis ſuo nomine opponendam nullo modo poſsit.
167 Hanc eſſe quæſtionem † de apicibus Iuris, *refert Cynus in d. l.*
quoties.nu.9. Ratio concluſionis eſt, quia eo caſu fideiuſſor, vt
reus principalis, ob renunciationem factam exigitur, & in-
telligitur renunciaſſe moratoriæ exceptioni, qua reus ad fi-
deiuſſoris quoque vtilitatem, renunciatione non facta, ſe
tueri potuiſſet, & quidem à principio creditor per inter-
ceſsionem & renunciationem fideiuſſoris ſibi in omnem ca-
ſum atque euentum cautum eſſe voluit, *§. fin. Inſtit. de replica.*
aliàs renunciatio nullius eſſet effectus. *Bald. in d. l. quoties. nu.*
168 *5. Cyn. circa finem.* Neque exiſtimo, hoc † caſu exactum fide-
iuſſorem poſſe reum inuadere, idque ob renunciationem:
alioquin per indirectum eluderetur principis priuilegium.
169 Cui accedit, quod debitori conceſſa ſit † immunitas aduer-
ſus creditorum exactionem: fideiuſſor autem nomine cre-
170 ditoris venit. Quapropter conſultum † erit debitori, vt im-
petraturus huiuſmodi inducias, in ijs ſigillatim fideiuſſo-
rum fieri quoque mentionem petat. Hoc enim ipſo ocioſis
diſputationibus facilè occurretur, ne fideiuſſores ipſi dein-
de aliquid faceſſant negocij.

IV. Concluſio. Quando fideiuſſor ſimpliciter fidem
171 † ſuam interpoſuit, nec Auth. præſente renunciauit, tunc
litis denunciationi locus erit, vt debitor ſuo nomine iudi-
cium ſuſcipiat, & moratoriæ dilationis exceptionem oppo-
nat. Ratio eſt: quia tunc non aliter fideiuſſor ſe aſtringere
ad ſolutionem voluiſſe intelligitur, niſi quatenus reus ex-
cuſſus, & non ſoluendo fuerit, ſiquidem hic ordinis benefi-
cium fideiuſſori competere, ante meminerimus. Deinde
& aliàs priuilegium moratorium nullam haberet vim atq;
efficaciam, ſed per indirectum elideretur. Atque ita intel-
ligendum eſſe Baldi & Cyni opinionem in loco iam in præ-
ceden-

cedente concluſione allegato, teſtatum facit *Colerus par. 1. ca. 4. nu. 20. 21.*

172 V. Concluſio. Induciæ à creditoribus † debitori
conceſſæ procul dubio cauſæ fideiuſſoris quoque vſui erunt,
ne contra ipſum grauius interea procedatur. Hîc obiter ſci-
173 re oportet, quando de inducijs † debitori promittendis in-
ter creditores deliberatur, conſenſum maioris partis credi-
torum trahere ad ſe conſenſum minoris, *l. fin. C. qui bon. ced. poſſ. l. maiorem. l. ſi vnus. 27. §. Marcellus. de pact.* niſi creditorũ
174 † vnus pinguius ſibi caueri curauerit, veluti cum iuramen-
to: tunc enim cæteris conſentire nequaquam cogendus eſt:
175 quin & ab Imperatore † moratoria dilatio impetrata pro-
miſsioni iuratæ non derogabit, *Alex. conſ. 205. incip. viſis. num. 6. vol. 2. & conſ. 38. nu. 4. 5. 6. vol. 3. Euerhar. in loco à vi iuramenti. nu. 31. Coler. in proc. exec. cap. 4. part. 1. nu. 15. 16.* Credito-
rum igitur induciæ reo datæ fideiuſſori quoque conducunt.
Quorſum enim, & in quem finem aliâs concederentur? Nec
induciæ appellari poſſent, nec aliquod momentum habe-
rent, ſi fideiuſſor exolutionem facere cogeretur: qua profe-
ctò ratione fideiuſſoris conditio multò durior, aſperiorque
176 efficeretur. Quin imò & à principio, † datis iam inducijs,
hoc actum inter creditorem & debitorem intelligitur, vt fi-
deiuſſori interim quoque parcatur. Quæ opinio æquitati
conſentanea eſt, *Cyn. in d. l. quoties. & ibi Bald. nu. 5. C. de precib. Imp. offer.* ſicq; in harmoniam redigendas arbitror diſ-
crepantes DD. ſententias. Limitabis tamen hanc conclu-
177 ſionem, ſi fideiuſſor † animo nouandi interceſſerit, & to-
tam obligationem in ſe tranſtulerit: Tunc enim induciæ à
creditore debitori indultæ fideiuſſorem non concernunt:
cum & ipſe contra debitorem ob nouationem factam nul-
lum habeat regreſſum, *l. quod dictum. ff. de pactu.* Indiſtin-
178 ctè vero † hanc concluſionem procedere aſſerimus, ſiue
Auth. præſente renunciatum fuerit, nec ne. Etenim quàm
primum ad fideiuſſorem peruenitur, ab ipſa moratoriarum
conceſsione receditur, nec ferè abeſt, quin fides falli tum

179 exiſtimetur; *contra l. 1. ff. de pactis.* Non obſtat, quod forſan † quis obijcere poſsit: ſi nempe induciæ debitori à creditore conceſſæ fideiuſſori quoq; proſint, ſi is renunciauerit Auth. præſente: renunciationem tunc prorſus eſſe inutilem, nec
180 aliquid operari. Nam reſpondeo † per inducias conceſſas debitori, intelligi ad tempus receſſum ab ipſa fideiuſſoris renunciatione: quæ tamen non prorſus inanis eſt, ſed ad tempus ſuſpenditur, donec ſcilicet induciæ finem habeant:
181 quo facto, ad priſtinum res redit. Nec enim prorogato † ſolutionis termino debitori, fideiuſſores liberantur, etiamſi prorogatio abſque eorum conſenſu facta fuerit, *latè Iaſ. in l. 1. nu. 18. 19. C. de iudic. Gomeſ. tom. 2. variar. reſol. cap. 13. num. 21. Coler. part. 1. cap. 10. num. 298. Conſtitut. Elector. Sax. 19.*
182 *part. 2.* niſi fideiuſſor † ad certum & definitum tempus ſe diſertè obligauerit, expreſſè proteſtatus, vltra id tempus obligationi ſe obnoxium haudquaquam eſſe velle: tunc enim prorogato termino, fideiuſſor non conſentiens liberabitur, *d. conſtit. Elect. 19. part. 2.* qua de re inferius plura. Et hæc de inſigni quæſtione, quatenus exceptio reo competens, fideiuſſori eius applicetur: quæ cum in iudicijs vtiliſsima & quotidiana ſit, ideo vberiore calamo eam pertractare volui.

Hactenus an ciuili obligationi fideiuſſor accedere poſſit, explicatum eſt: Veniamus ad ſequentes ſpecies.

183 III. Obligationi † naturali & ciuili ſimul, quam mixtam nominant, fideiuſſorem adiungi poſſe, extra omnem poſitum eſt controuerſiam, *l. Gracè. 8. §. 2. de fideiuſſ. §. 1. & ibi DD. Inſt. eo. Vaſq. illuſt. controuer. lib. 1. cap. 40. num. 8.*

184 IV. Fideiuſſor adhibetur obligationi, quæ re † contrahitur, *d. l. Gracè. 8. §. 1. d. §. 1. Inſt. de fideiuſſor.* vt in mutuo: quod re contrahitur, quæ pondere, numero, vel menſura conſtat, cuius datione in creditum itur, *l. 2. §. 1. & ibi Iaſ. Zaſ. Loriottus. & DD. ff. de reb. cred.* ſic in commodato, quod & ipſum re perficitur. *§. item is. Inſt. quib. mod. re contrah. oblig. VVeſenbec. ff. commoda. num. 3.*

185 V. Adhibetur obligationi, quæ verbis † contrahitur,

tur, *d. l. Gracè. 8. §. 1. de fideiuſſ. d. §. 1. Inſt. eo. DD. in l. 1. ff. eod.*
vt in ſtipulatione. Accurſ. in d. l. Gracè. §. 1. in qua verba inter-
uenire omnino neceſſum eſt, *l. 1. §. ſi quis. ff. de verb. oblig.*
186 VI. Adhibetur obligationi, quæ literis † contrahi-
tur, *§. 1. Inſtit. de fideiuſſ. Accurſ. & DD. in d. l. 1. ff. eo. Emanuel*
Acoſta. in l. 3. in princ. C. de non nu. pec. per l. tam mandatori. eo. In-
tra biennium tamen exceptionem non numeratæ pecuniæ
haud aliter, atque principalis obijcere poteſt, *Accurſ. in l. fi-*
deiuſſor. 3. ff. de fideiuſſ. cuius rei ſuperius à nobis facta eſt
mentio.
187 VII. Adhibetur fideiuſſor obligationi, quæ conſen-
ſu † contrahitur, *d. l. Gracè. 8. §. 1. d. §. 1. Inſtit. eo.* vt, in em-
ptione, venditione, locatione, conductione, ſocietate, man-
dato. *tot. tit. Inſtit. de oblig. ex conſenſu.*
IIX. Adhibetur fideiuſſor obligationi non ſolum
præſenti, vel præteritæ, hoc eſt, iampridem contractæ, ve-
188 rum † etiam futuræ, *l. ſtipulatus. 6. in fin. cum l. ſeq. de fideiuſſ.* Id
quod ex conceptione verborum magis, quàm ex effectu
obligationis æſtimandum erit. Quamuis enim acceſſoria
obligatio effectum ſortiri nequit, priuſquam reus debeat,
ideoq; fideiuſſorem nunquam præcedere oportere, dicen-
dum fortaſsis videretur, *Scæuola in l. fideiuſſor. 57. ff. de fideiuſſo.*
attamen ſi in fideiuſsione certa obligationis quantitas non
fuerit expreſſa, veluti, ſi fideiuſſori dixero, Quantam pecu-
niam Titio quandoque credidero dare ſpondes? Certè in
immenſum creſcit fideiuſsio: atque in id, quod de futuro
creditum fuerit, interceſſum quoq; intelligitur, *l. ſi ita. 55. de*
fideiuſſor. Freigius in ſynopſi Pandecta. eo. tit.
189 IX. Adhibetur fideiuſſor obligationibus † tum dan-
di, tum faciendi, *Accurſ. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſo. per l. ſti-*
pulatus. 44. eo. per l. nemo. de duo. reis. Quod non ita exaudiri
volumus, quaſi fideiuſſor reum principalem aliquid datu-
rum, facturumúe promitteret. Id quod fruſtra fit. Nemo
190 enim factum † alienum vtiliter promittit, *l. ſtipulatio iſta. in*
prin. ff. de verb. oblig. §. ſi quis alium. Inſt. de inutil. ſtip. Hartman-

nus Hartmani lib. 2. pract. obſer. tit. 29. obſ. 2. ſed quemadmodum reus principalis non aliter obligatur, quàm ſi de ſua perſona promiſerit: ita & fideiuſſor tum demum rectè fidem ſuam aſtrinxerit, ſi ſe daturum facturumúe aliquid pro reo, qui promiſsis non ſatisfacit, policetur. *l. ſicut. 56. de fideiuſſo. Zaſ. in l. cum procuratore. ff. de re iud. & in l. ſtipulationum alia. §. ſtipulatio autem. de verb. oblig. Connan. lib. 6. commenta. iur. ciuil. cap. 6. num. 13. Hartman. Hartmani d. lib. 2. pract. obſ. tit. 29. obſ. 1.*

191 X. Accedit fideiuſſor obligationi † tum puræ, tum in diem, tum conditionali. *l. ſi debitori. 47. §. 1. ff. de fideiuſſ.*
192 *Vaſquius d. cap. 40. lib. 1. illuſt. controu. nu. 8.* ſicut & ipſe † vel purè, vel ſub conditione, vel ad tempus, vel ex tempore dari & accipi poteſt, *l. ſtipulatus. 6. §. 1. l. ſi plures. 27. ff. de fideiuſſo. l. Lucius. 38. ff. manda. l. ſi pro ea. 10. C. eod.*

193 XI. Accedit obligationi ex iure † honorario deſcendenti, *d. l. Græcè. 8. §. 2.* vt in conſtituto, quod iuris eſt prætorij, *l. 1. ff. de conſtit. pecu.* Accipitur ius honorarium & præ-
194 torium † pro eodem *l. 2. §. eodem. 10. ff. de orig. iur. §. 7. Inſt. de iure natu. gent. & ciuili.* Honorarium inde appellatum eſt, quod ab honore prætoris venerat, *d. l. 2. §. eod. 10. Sed Iacob. Cuiacius in not. ad tit. Inſtit. de iure nat. & in l. 5. de verb. oblig.*
195 exiſtimat, aliud eſſe † ius honorarium, aliud prætorium.
196 Nam ius ædilitium aut tribunitium † eſt honorarium, ſed prætorium non eſt. In alia eſt ſententia *Aemyl. Ferretus in not. ad tit. Inſtit. de iure natu. gen. & D. VVeſenb. ad tit. ff. de ædil. edicto,* qui ius ædilium curulium partem iuris prætorij rectè dici contendunt. Et quidem, licet ius ædilium curulium nullibi expreſſè ius prætorium appelletur, tamen ſub eo contineri veriſimile eſt, *l. 5. de verb. oblig.* vbi ſcribit Pomponius, prætorias ſtipulationes ſic audiendas eſſe, vt in his contineantur etiam ædilitiæ: quod ijſdem verbis repetit *Iuſtin. in tit. Inſt. de diuiſ. ſtipulat.* vbi & addit, prætorias ſtipulationes à iuriſdictione prætoris venire. Rectè itaq; dicimus, ius ædilitium, quod honorarium eſt, ſub iure prætorio contineri.

Iohan.

Iohan Borcholt, magnæ eruditionis Iureconſultus *in tit. de pact. cap. 5. nu. 44.*

XII. Accedit fideiuſſor etiam obligationi acceſſo-
197 riæ † hoc eſt, fideiuſſoriæ, quando videlicet fideiuſſ. fideiuſſoris accipitur, quem fideiuſſorem indemnitatis vocant, eb nen ſchadloſen bürgen / *d. l. Gracè. 8. §. fin. de fideiuſſo. Accurſ. & DD. in prin. Inſtit. eo. Vaſq. d. cap. 40. nu. 8.* Id quod creberrimè fit, dum ipſe fideiuſſor primus per ſecundum ſibi proſpectum eſſe cupit, ne ex ſua fideiuſsione damnum capiat.

198 XIII. Accedit fideiuſſor obligationi ex delicto † prouenienti, *d. l. Gracè. 8. §. ſed etſi. 5. de fideiuſſ.* Quod tamen vſquequaque ab interpretibus diſceptatur, quibuſdam ſta-
199 tuentibus, in omni † cauſa criminali reum carceri mancipatum, datis fideiuſſoribus, relaxandum eſſe, idque textibus ſatis ſtringentibus iuuatur, & in diſputando, meo iudicio haud difficulter obtineri poſſet: quibuſdam verò circa delicti qualitatem diſtinctionem adhibentibus, quam ſanè iudices potiſsimum attendere in iudicando ſolent. Nos itaque, vt, quid in hac dubia quæſtione, vtut caſus emerſerit,
200 tum de iure † communi, tum patrio Saxonico obſeruetur, planum faciamus, duobus diſtinctis capitibus ſeu concluſionibus ordine rem totam exhibebimus.

201 Prior concluſio eſt: Quandocunque propter † crimen commiſſum pœna corporis irrogatur: pro reo carceri incluſo fideiuſſores recipiendi non ſunt. *Vlpian. in d. l. Diuus. 3. ff. de cuſtod. & exhibit. reor.* vbi ſcribitur, ſi graue ſcelus accuſatum commiſiſſe conſtet, nec fideiuſſoribus, nec militibus eum committendum eſſe. Concluſionis ratio eſt, quia fide-
202 iuſſor † in eam ſeſe obligare pœnam, corporalem ſcilicet, qua afficiendus fuerit reus, nequaquam poteſt, *DD. in l. ſi à reo. 71. §. fin. ff. de fideiuſſo. Bart. in l. ſi quis. 4. circa prin. de cuſto. reo. Bald. in l. 1. C. ne fideiuſſo. dot. dent. & in l. 1. num. 7. C. ne fil. pro pat. & in l. quoties. de noxal. actio. Cyn. in l. ad commentarienſem. C. de cuſto. reo. Panorm. Imola & Cano. in rub. de fideiuſſ. Felin. in cap.*

 contin-

contingit. 36. de ſentent. excom. Angel. in tracta. malefic. verb. pro
quibus fideiuſſ. in princ. Iaſ. in l. 1. de in lit. iura. Rochus Curtius in c.
cum tanto. fin. de conſuetud. Hippol. de Marſil. in rub. de fideiuſſor.
nu. 206. Damhoud. in pract. crim. cap. 20. num. 4. 5. Anton. Gomeſ.
cap. 9. tom. 3. num. 8. Iul. Clar. in pract. crim. quaſt. 46. verſ. ſed
nunquid. Did. Couar. lib. 2. variar. reſol. cap. 8. num. 8. Menoch. de
arbitr. iud. quaſtio. lib. 2. cent. 4. caſu 303. num. 16. VVeſ. ff. de fide-
203 *iuſſo. num. 4.* quandoquidem dominium † neque vitæ, neq;
vllius membri homo habeat, ſed omnia χρήσει, non κτήσει poſ-
ſidet, iuxta illud Lucretij. *lib. 3.*

Vitaq; mancipio nulli datur, omnibus vſu.

204 *Per l. liber. 13. ff. ad l. Aquil. c. ſi non licet. 23. q. 5.* Vnde nec † ad
examinationem fidium ſeu torturam ſe obligare valet, *DD.*
in l. interdum. 58. §. qui furem. de furt. Hippol. in pract. crim. §. ex-
pedita. nu. 55. Paris de puteo. in tract. de ſyndic. verb. tot. iura VVeſ. d.
205 *num. 4.* quin nec † ad carcerem, *Bald. & Salic. in l. ob as. C. de*
accuſat. post Bart. in l. aliàs 15. num. 10. ſol. matr. Hippol. ſing. 164.
Nam & carcer pro pœna habetur, *d. l. Diuus. 3. de cuſto. reor. l.*
2. C. eo. vide tamen Menoch. d. lib. 2. cent. 4. caſu 305. Inſuper ſi
reus animaduerteret, ſententia ſe damnatum iri, fuga me-
hercle ſibi ſalutem quæreret, hac ratione ſententiæ execu-
tionem euitaturus : atque ita iudiciarij tribunalis elude-
retur auctoritas, & iuris atque iuſticiæ vis atque poteſtas,
206 quæ in exequendo † potiſſimum exerceri atque conſpici
debet, labefactaretur, cum ab ipſo ſonte fugitiuo ſupplici-
um ſumi non poſſet, nec tamen fideiuſſor eius vicem, quo-
ad pœnæ ſimilitudinem, ſubire teneretur, cum iuris ſit ex-
207 plorati, pœnas † ipſoſmet auctores perſequi debere. *l. ſan-*
cimus. C. de pœn. Duen. reg. 338. vt & iure diuino conſtitutum
208 eſt, vt † moriatur anima, quæ peccauit, nec filius ſuſtineat
iniquitatem patris, nec pater filij, *Deuter. 24. Ezech. 18.* Quo
fieret, vt impunè maleficium ferret reus, *contra l. ita vulnera-*
209 *tus. §. cum neq; ff. ad l. Aquil.* quæ nunquam † impunita iubet
eſſe ſcelera, ne gaudia & tranquillitas Reipubl. turbentur,
l. 3. C. de epiſc. aud. Et hæc concluſio vnanimi interpretũ con-
ſenſu

ſenſu atque ſuffragio approbata eſt, *Bart. & DD. in l. 1. de cuſto. reo. Cyn. & Salicet. in l. pen. C. eod. tit. & ibi Azo. in ſumma Bald. in l. eos. §. ſuper his. C. de appellat. & in l. 2. col. 1. C. de exhib. reū. Angel. Aretin. in tracta. malefic. in ver. fama publica. quæſtione. 10. & in verb. pro quibus Antonius fideiuſſit. Archidiac. in c. cum homo. 23. q. 5. Panor. in rub. de fideiuſſ. Felin. in c. 2. num. 20. de reſcript. & in c. fin. de accuſat. Gandin. in tracta. malefic. fol. 20. col. 2. Boniſacius in eodem tracta. in tit. de carceribus. verſ. item nota. Paul Grillandus in tracta. de relaxat. carceratorum. cap. de fideiuſſoribus eorum. num. 20. Capic. deciſ. 30. num. 7. Hippol. de fideiuſſo. num. 210. & in practica crim. §. attingam. num. 1. Suares in ſuo vol. allegat. fol. 693. Anton. Gomeſ. tom. 3. cap. 9. delictor. num. 8. Didac. Couar. lib. 2. varia. reſol. c. 8. num 8. Iul. Clar. in pract. crim. queſt. 46. verſ. in hac autem materia. Aegidi. Boſſius in tracta. crim. in tit. de carcerato fideiuſſio. commit. num. 1. Damhoud. eod. tracta. cap. 20. num. 3. Rolan. à Valle conſ. 38. lib. 1. num. 2. Franciſ. de Marchis. par. 1. queſt. 904. Menoch. de arbitr. Iud. queſt. lib. 2. cent. 4. caſu 303 nu. 15. Matth. Colerus in proceſſu execut. part. 2. c. 3. nu. 70.*

210 Eam ampliamus I. Vt locum habeat ſiue † ipſa legis diſpoſitione, ſiue ſtatuto, ſiue recepta conſuetudine illi delicto pœna corporis conſtituta ſit. Nam & ſtatuta, hoc eſt, iura municipalia pars iuris communis habentur, *§. Ius ciuile. Inſtit. de iure natu. gent. DD. in l. omnes. 10. ff. de iuſt. & iure. Alberic. in tracta. ſtatu. par. 1. in princ. Sebaſtia. Medic. in tracta. de legib. & ſtatu. par. 2. q. 5. nu. 21.* quemadmodum & conſuetudo. *l. de quibus. 31. & ibi Bart. Iaſ. & Zaſ. ff. de legib. § ex non ſcripto. Inſtit. de iure nat. gent. c. conſuetudo. 1. diſtinc. c. cum ſit conſuetudo. ex. de conſuet. Panor. in rub. eo. Ioha. Andre. in c. quinta vallis. de iureiur. Cyn. in l. 2. C. quando prou. Guido Papa in præfat. deciſ. Pet. Gregor. in metho. par. lib. 2. cap. 8. num. 1.* cuius effectus non minor eſt, quàm ipſius legis, *l. ſed & ea. 35. de legibus. VVeſ. eod. tit. nu. 8. Menoch. conſ. 34. num. 8.* ideoque etiam in delictis ad pœnam obligat, *l. aut facta. 16. §. pen. ff de pœn. l. ſaccularij. 7. de extraor. crimin. Auth. qua in prouincia. C. vbi de crimin.*

II. Ampliamus, vt procedat non ſolum, quando re-

us vl-

211 us vltimo ſupplicio foret afficiendus, ſed & vbi † mitior pœna eſſet decernenda, quæ tamen ipſi corpori infligeretur, Die jhme an ſeinen leib vnd geſundheit gehet, vt amputatio alicuius membri, fuſtigatio ſeu caſtigatio, crinium euulſio, quæ hodie eſt fuſtigatio. Weichbild *art. 27.* Landrecht *lib. 2. art. 13. vbi gloſſ. num. 6. lib. 2. art. 38. lib. 2. art. 4. Coler. in proceß. execu. d. part. 2. cap. 3. num. 69. Menoch. d. lib. 2. cent. 4. caſu. 303. nu. 23. poſt Bald. in l. ſi quis poſt. ff. de teſtam. Suares in tract. de de fideiuſſ. in cauſa crim. num. 18.*

III. Ampliamus, vt procedat etiam in pœna, quæ iu-
212 dicis † arbitrio relicta eſt, ſi videlicet delictum eſt eiuſmodi, vt veriſimile ſit, iudicem ex arbitrio pœnam corporis indicturum eſſe. Nam, inſpectis facti circumſtantijs, fideiuſſores tunc nullatenus admittendi erunt, *per d. l. 1 de cuſto. reo. Bald. in l. 2. col. fin. C. de exhib. reis. Angel. in tracta. malef. verb. pro quo Antonius fideiußit. Hipp. de fideiuſſo. nu. 210. Suares d. tracta. de fideiuſſo. in cauſa crim. nu. 9. Menoch. d caſu. 303. nu. 39.* niſi for-
213 ſan perſonæ † qualitas aliud iudici animum induceret. Veluti nobilis quidam fide, auctoritate, opibusq́; præcellens, criminis alicuius, quod pœna corporis coercetur, reus poſtulatus eſt: qui citatus ſui præſentis copiam facit: factum verò negat. Iudex cuſtodiæ ipſum demandandum cenſet, donec in proceſſu de veritate criminis conſtet. Nobilis offert fideiuſſores ſatis idoneos, vel ſeipſum cum ſuis bonis obligat, iudicato ſe ſatisfacturum eſſe. Certè conſiderata perſonæ conditione, cum de crimine nondum conſtet, ex ſuo arbitrio, quod latiſsimum hîc eſt, fideiuſsionem, vel iuratoriam cautionem iudex reſpuere non debet, *Bart. in l.*
214 *1. ff. de cuſto. reo.* Nec mouet, quod, cum pœna † corporalis hoc caſu imponi ſoleat, tandem à nobili iudicium eludi poſsit, *DD. in l. 1. C. de cuſto. reo. l. fin. C. de requi. reu.* Nam hic
215 de crimine † nondum conuictus eſt: & dignitas etiam perſonæ, opumq́ue magnitudo, de perſoluendo iudicato fidem facit. *Et ita decidit Damhoud. d. c. 20. num. 11. poſt Paulum Grillandum in tracta. de relaxatione carceratorum. ſub cap. de fideiuſſoris reor. num. 8.*

IV. Am-

IV. Ampliamus, vt procedat etiam tum, quando
216 pœna † corporis ſuccedit in locum pœnæ pecuniariæ, ob
ſolutionis inopiam.

217 Nam qui non ære † luit, luat hic in corpore pœnam.
l. 1. §. fin. ff. de pœn. l. fin. de in ius voc. & ſubſidiarium tergum præbeat, cui non ſuppetit pecunia, *Zaſ. in §. pœnales. Inſtit. de actio.* atque ita fideiuſsio hîc quoque excluditur. *Menoch. d. caſu. 303. num. 31. poſt Bart. in l. 1. num. 3. de cuſto. reor. Suarem d. loco. nu. 23. Dec. conſ. 143. num. 1. Cagnol. in proœm.
218 Digeſt. nu. 59.* Quod tamen per mihi † inhumanum, non
dicam, crudele videtur, cum vnum quodlibet hominis membrum nobilius atque præſtantius ſit, quàm vt vllo precio ſatis digno æſtimari queat: eoq́ue quælibet etiam minima corporis læſio omni nummaria æſtimatione aut pœna grauior habetur, *l. in ſeruorum. in fin. ff. de pœn. Colerus in tract. exec. part. 1. cap. 9. num. 40. 41.* Et certè, quis non callet, reos fauore dignos eſſe, *l. fauorabiliores. de reg. iur.* in eorum-
219 q́ue abſolutionem † propendere iudicem maximopere de-
bere, *l. abſentem. ff. de pœn.* Cum itaque tantum pecuniæ ſibi in parato non ſit, qua ſeſe à pœna redimat: vel eam profectò
220 ob cauſam † fideiuſſores recipiendi erunt, qui fidem iudici
de ſolutione faciant, vtq́; reus interim ipſe commodius de
221 ſolutione cogitare poſsit. Ac neq; dici oportet, eum † non
eſſe ſoluendo, qui idoneos fideiuſſores inuenit, *l. nemo dubitat. de reg. iur.* Ad hanc acceſsit ſententiam *Menoch. d. caſu. 303. num. 36.* vbi priori ſuæ ſententiæ videtur contradicere. Et
222 hoc ipſiſsima iudici perſuadebit æquitas, quam † non ſe-
cus atque cœlum ob oculos ſemper habere debet, *per l. quod Epheſi. ff. de eo. quod certo loc.*

V. Ampliamus, vt locum obtineat in eo potiſsimum,
223 qui propria † confeſsione crimen teſtatus fuit. Nam con-
224 feſſus pro † iudicato eſt: quia ſua ſe quodammodo ſenten-
tia damnat, *l. 1. ff. de confeſſ. Paul. lib. 5. recep. ſent. tit. 5.* Ideoq́; cum partes iudicis ſint in exequendo pœnam aduerſus confitentem: nihil iam cauſæ erit, cur, quantumlibet, oblata fi-

deiuſsione, eam remoretur. *Menoch. d. caſu. 303. num. 28.*

VI. Ampliamus poſt Menoch. *d. loc. nu. 30.* in ſpe-
225 cie † *l. inter. 6. §. ff. de interd. &c. & relega.*, vbi ait Vlpianus: Præſides prouinciæ, quoties aliquem in Inſulam deportandum putant, hoc ipſum adnotare debent: nomen verò eius ſcribendum principi, vt in Inſulam deportetur. Sic deinde principi ſcribere, miſſa plena opinione, vt princeps æſtimet, an ſequenda ſit eius ſententia, deportarique in Inſulam debeat. Medio autem tempore, dum ſcribitur, iubere eum debet in carcere eſſe. Ergo fideiuſſoribus non committendus fuerit.

VII. Ampliamus, vt procedat etiam in ijs, qui non
226 † ob ſuum, ſed ob alterius delictum in carcere aſſeruantur, ad explorandam veritatem, vt neque iſti ſub fideiuſſorum fide relaxentur: *Menoch. d. caſu. 303. nu. 26.* cum ibidem adductis. Id quod contingere poteſt in teſtibus. Ne enim
227 veritas in occulto maneat, teſtes † non modo in carcerem detrudi, ſed & quæſtionibus ſubijci, cauſæ grauitate ita ex-
228 igente, nonnunquam poſſunt, idq; tribus præcipuè † caſibus. I. Si in teſtimonio perhibendo vacillent. II. Si de mendacio fuerint conuicti. III. Quando teſtis vilioris eſt conditionis, & ſpontè ad dicendum teſtimonium accedit, *Bart. in l. ex liber. ff. de quæſtio. Salic. in l. fin. C. eo. Socin. c. qualiter & quando. quæſt. 95. ext. de accuſa. Tyndarus in tract. de teſtib. lib. 2. cap. 12. num. 3. Aegyd. Boſsius. in pract. tit. de tortura teſt. num. 8.*

229 IIX. Ampliamus de iure † Saxonico, vt is, qui deprehenditur in flagranti crimine, item, cuius nomen, fuga iam arrepta, inter reos relatum eſt, isque ipſo die patrati criminis, priuſquam delictum pernoctetur, Ehe die That vbernächtig wird/ accuſatur, ac poſtea captus, compedibus vinciatur, ſub fideiuſſoria cautione non liberetur, *Landr. lib. 2. art. 9. & lib. 1. art. 66. & art. 70 §.* Wer vmb gericht/etiamſi mille daret fideiuſſores. *Bald. conſil. 337. incip. duo famuli. in fin. volu. 2. per text. in allegata l. Diuus. 3. ff. de cuſto. reo. Ioachimus à Beuſt.*

Beuſt. in l. admonendi. 31. num. 357. ff. de iureiurand. Appella-
230 tur autem † crimen flagrans, handhafftige That/ quando re-
us in ipſo delicto, vel in ipſa fuga, delicto iamiam commiſ-
ſo, deprehenditur, Weichbild *art. 114.* Landrecht *lib. 2. art.
35. in princ. Colerus parte 2. cap. 3. num 72.* Si verò in fla-
231 granti crimine non † fuerit deprehenſus reus, ſed forſitan
in fugam ſe conuertit, nec propter delictum debito modo
fuit accuſatus, priuſquam illud pernoctatum fuerit, ſi poſt-
modum is capiatur, fideiuſsioni locum fore extra contro-
uerſiam eſt, Landrecht *lib. 1. art. 3. & 34. vbi gloſſ. num. 4. &
art. 5. art. 3. vbi gloſſ. num. 3. lib. 2. & d. art. 70. lib. 1. & d. art.
9. lib. 2. ac notat gl.* Weichbild *art. 27. Vueſ. in addit. ad Schneide.
§. in omnibus. num. 9. Inſtit. de fideiuſſ. Colerus d. cap. 3. nu. 80. qui
num. 82. rationem diuerſitatis affert.* Idq; Saxo hoc poſteriore
232 caſu † indiſtinctè ſeruat, ſiue agatur de vltimo ſupplicio, ſi-
ue de pœna affligente ſontis corpus. Weichbild *art. 27.*
Landr. *lib. 2. art. 13. lib. 2. art. 38. & lib. 2. art. 14. Coler. d. c. 3.
num. 69.*

Enumeratis concluſionis noſtræ ampliationibus, iam exceptiones aliquod ſubiungemus.

233 I. Excipimus, ſi reus † tantummodò ſuſpectus eſſet
de facinore, nec tamen certò conſtaret, nec præſumtiones
vrgentiſsimæ in promptu eſſent. Hîc enim fideiuſſoribus
reum tradendum probabilius eſt, idq; elici poteſt ex *d. l. di-
uus. 3. ff. de cuſto. & exhib. reo. ibi*: niſi tam graue ſcelus eum ad-
miſiſſe conſtet. Ergo à contrario ſenſu, ſi non conſtiterit,
ſed coniecturis duntaxat arguatur, quid obſtabit quo mi-
nus fideiuſſoriæ cautioni locus relinquatur? Ita cenſuiſſe
videtur *Felin. in c. paſtoralis. §. quia verò. nu. 15. ex. de offic. deleg.
Schneid. §. in omnibus. num. 8. Inſtit. de fideiuſſor.*

II. Excipimus, ſi pendente proceſſu, ante latam ſen-
234 tentiam † apparuerit, abſoluendum eſſe reum, vt quia de
innocentia ſua docuit, *per l. nullus. 2. C. de exhib. & tranſmit.
reis. Iul. Clarus. in pract. crim. d. quæſt. 46. verſ. pariter etiam. Me-
noch. d. cent. 4. caſu. 303. nu. 34.* & quos ibi allegat: Quin imò

235 † ſine fideiuſſore tunc relaxandum ſcribit *Hippol. in rub. de fi-*
deiuſſ. nu. 219. & ſing. 381. poſt Bald. in l. ſed & ſi is. nu. 2. ff. de in
ius voc. per text. in l. qui pœna. §. 1. ff de manumiſſ. quando appa-
ret, abſolutione eum dignum eſſe. Quod quidem ſciri non
poteſt, niſi poſt publicatas atteſtationes, *Hippol. d. loco. Coler.*
236 *d. c. 3. nu. 71.* Si tamen etiamnum † detineatur, & fideiuſſores
dare velit, aduocatus petat à Iudice, vt reum carcere dimit-
tat, licet diffinitiua nondum lata fuerit ſententia, *Benedict. de*
Plumbino, in d. l. qui pœna. §. 1. ff. de manumiſſ. Iaſ. in l. naturaliter.
12. §. nihil commune. 1. ff. de acquir. poſſ. nu. 110. Hippol. ſing. 106.
& in pract. crim. §. attingam nu. 16. qui ſe ita in praxi obtinuiſſe
237 tradit. Quod ſi iudex † recuſauerit, actione iniuriarum in
ſyndicatu conueniri poteſt, *Angel. Aret. in tracta. malef. in verb.*
pro quibus Antonius fideiuſſit. Hipp. in pract. crim. §. pro complemen-
to. nu. 32. & in §. attingam. nu. 17. in rub. de fideiuſſ. nu. 219. Ma-
ranta. per. 6. Iudic. memb. 8. de ſatiſdat. nu. 4.
238 III. Excipimus, ſi conſuetudine † receptum ſit, vt in
huiuſmodi caſibus criminalibus fideiuſſores admittantur,
licet Couarrúuiæ *lib. 2. varia. reſol. cap. 8. nu. 8.* diuerſum pla-
cuerit: ſed ita ab omnibus ferè tenetur, *Bald. in ver. damna.*
in fin. de pac. Conſtant. in vſib. feudo. Boſſius in tracta. cauſ. crim. tit.
de carcerato fideiuſſio. commit. nu. 5. Hippol. d. §. attingam. num. 9.
Menoch. d. caſu 303. nu. 35. poſt gloſſ. in c. cum homo. 23. quæſt: 5.
Schneid. in §. in omnibus. num. 8. Inſtit. de fideiuſſo.
239 IV. Excipimus, quando † pœna corporalis conuerti-
tur in pecuniariam, *Menoch. d. caſu. 303. num. 36.* qui vide-
tur tamen *num. 31.* in contrarium niti. Sed ſub fideiuſſori-
bus hîc reum vinculis ſoluendum humanius eſt, vt ſuperius
in quarta ampliatione monuimus.

V. Excipimus, ſi quis pro reo carcerato ſe non ſolum
240 vt fideiuſſor[illegible]obligaret, ſed & ſe ipſius † cuſtodem fore
promitteret, *Menoch. d. caſu 303. num. 37.* quo caſu, ob cuſto-
diam ipſi commiſſam, ſi reus elapſus fuerit, eandem ſubire
pœnam cogitur, *l. ad commentarienſem. & ibi gloſſ. & DD. C. de*
cuſtod. reo. Boër. quæſtio. 217. nu. 1. latè Menoch. d. lib. 2. cent. 4. caſu
302.

302. nu. 2. & ibi per totum. VVeſ. ff de cuſto. reo. nu. 5. Ceſſat enim tunc ratio, quod fideiuſſor ad pœnam corporalem obligari nequeat. Hic enim non penitus reſpectu obligationis fideiuſſoriæ, ſed reſpectu cuſtodiæ eandempœnam incurrit.

241 VI. Excipimus, ſi ſolennia celebratur feſta, qualia ſunt feſtum natalitium Chriſti, Paſchatis, &c. Nam tunc religioſæ pietatis ratio ſub fideiuſsione carcere clauſis liberationem illo tempore concedit, *l. nemo. 3. C. de epiſco. aud. Iul. Clar. d. quaſt. 46. verſ. ſolent etiam.* vbi ait: ſolere certos quoſdam ſenatores huic negocio expediendo ad carceres deſignari, *Menoch. d. caſu 303. num. 38.* quo loco, piam hanc

242 eſſe conſuetudinem commendat. Verum apud nos † Germanos rarò aut nunquam vſu obſeruatur, ſi præſertim crimina ſunt atrociora. Qui namq; grauius aliquid audet committere, eum vix ſperes ferijs ſolennibus pietatis rationem habiturum eſſe, quin pedibus ſibi conſulat, fideiuſſoribus quibuſcunq; datis. Et rectè etiam ſentit *Bart. in d. l. nemo. 3.* eam conſuetudinem, vel illius legis diſpoſitionem contraria conſuetudine antiquatam eſſe.

243 VII. Excipimus, ſi viri amplisſimi † criminis capitalis rei peragantur. Nam & hos fideiuſſoribus relinquendos eſſe, *patet ex. l. 1. ff. de cuſtod. & exhib. reo.* Quo beneficio Decuriones, nec non Doctores, atque artium liberalium profeſſores meritò frui placuit Iohanni de Platea & alijs, *in l. medicos. C. de profeſſor. & med. lib. 10. Alberic. de Roſa. in rub. de muner. nu. 14. & tot. tit. de Decurio. VVeſ. ff. de cuſto. reo. nu. 1.*

244 IIX. Excipimus, vt Iure Saxonico reus † in flagranti crimine non deprehenſus, qui, cum iam delictum pernoctatum, nec accuſatio inſtituta eſſet, è fuga captus, & in carcerem coniectus eſt, cautioni fideiuſſoriæ credatur, *Landtrecht lib. 1. art. 3. & 34. vbi gl. nu. 4. & art. 5. art. 3. vbi gl. nu. 3. lib. 2.* De quo ſuperius in octaua ampliatione diximus.

Circa hoſce caſus, in quibus relaxatio conceditur, di-

245 ligenter hoc animaduertendum eſt, vt fideiuſſores † huiuſmodi relaxati ſe obligent in omnem caſum, *vt notat Iaſ in §.*

quadruplici. nu. 10. Inſtit. de actio. Ad propoſitum videatur latè des Reichs peinliche ordnung/*cap.16.* Et ita ſe habet concluſio noſtra, quam communi DD. calculo eſſe cooptatam, ſupra demonſtratum eſt. Si tamen rem quis accuratius ponderauerit, & ad ipſas leges oculos intentius infixerit, ſanè
246 fateri oportebit, contrarium † citra magnam adeò difficultatem euinci ferè poſſe, id quod poſt Suarem Hiſpanum *in tracta. de fideiuſſ. in cauſa crimin. num. 14. animaduertit Menoch. d. caſu 303. nu. 17. cum ſeqq. & ante ipſos docuit Speculat. in tit. de accuſat. §. 1. verſ. ſed pone, Titius: Angel. in l. 2. C. de exhib. reis.* Quam ad rem ſatis ſtringunt *l. 1. l. 2. l. 3. ff. de custo. reor. l. 2. C. de exhib. reis. l. eos. §. ſuper his. C. de appellat.* Vtut verò ſit,
247 communi † tamen ſententiæ potius inhærendum iudicant: & rectè quidem, propter rationem ſupra aſsignatam, quod videlicet ad pœnã corporis fideiuſſor ſeſe aſtringere nullo modo poſsit, cum nec vitam, nec vnicum ſui corporis membrum in ſua poteſtate habeat, in cuius damnum alteri tutò quippiam promittere poſsit, per auctoritates ante relatas.

Poſterior concluſio eſt: Quandocunq; propter crimen
248 commiſſum mulcta, † ſeu pœna pecuniaria eſt conſtituta: reus ſub fideiuſſorum è cuſtodia dimittendus erit, *l. 1. & ibi Bart. l. 3. 4. ff. de cuſt. reo. l. ſi quis pro eo. §. fin. de fideiuſſ. l. eos. § ſu-*
249 *per his. C. de appella.* Concluſionis ratio † eſt, quia ſicuti ab ipſo reo, ita & eius fideiuſſore huic pœnæ ſatis fieri poteſt, cum non agatur de damno corporis, ſed pecuniæ, *arg. l. deniq;. cum l. ſeq. ff. de iure fiſ. Damhoud. in pract. crim. ca. 20. nu. 1.* Huic concluſioni ſeu ſententiæ aſtipulatum eſt ab vniuerſis, *Bald. conſ. 204. lib. 1. Capolla, conſ. 25. Hippol. in rub. ff. de fideiuſſ. nu. 210. & in pract. crim. §. attingam. num. 2. Boſſius eod. tracta. tit. de carcerat. fideiuſſ. commit. nu. 1. Anton. Gomeſ. tom. 3. c. 9. nu. 8. Iul. Clar. d. quæſt. 46. verſ. in hac autem. Damhoud. d. c. 20. nu. 1. VVeſ. ff. de cuſto. reo. nu. 5. Menoch. d. caſu 303. nu. 3.*

250 Ampliamus I. Vt locum habeat, ſiue ipſa lege, ſiue diſpoſitione ſtatuti, vel conſuetudine talis pœna pecuniaria introducta fuerit, quemadmodum in præcedentis con-

conclusionis ampliatione prima firmatum eſt.

II. Ampliamus, vt locum habeat, modò reus neque
251 confeſſus, † neque conuictus fuerit, *Iacob. de Arena. in l. 1. ff. de*
cuſto. reo. Damhoud. d. c. 20. num. 2.

III. Ampliamus, vt procedat non modò pendente
252 proceſſu in prima inſtantia, ſed etiam in cauſa † appellatio-
nis, vt adhuc reus, offerens fideiuſſores, audiendus ſit, *Io-*
bann. de Anania conſ. 1. Baldus conſ. 337. lib. 2. Baßius d. loco. num. 1.
253 *Menoch. d. caſu. 303. num. 3.* Nam à mulcta † appellari poſſe,
conſtat ex *l. ſi qua. 244. ff. de verb. & rer. ſignif. Mynſing. cent. 3.*
254 *obſer. 43. & cent. 4. obſer. 41.* Aliàs inueterata Germaniæ †
conſuetudine appellationes in criminalibus illicitæ ſunt,
quam conſuetudinem approbat ordinatio Cameræ *parte 2.*
255 *tit. 28.* Quanquam iure communi † aliter dicendum ſit, *l.*
non tantum. ff. de appella. l. eos. § ſuper his. l. in maioribus. C. eod. l. ad-
dictos. C. de epiſ. audiend.

IV. Ampliamus, vt procedat, ſi modò habeat, atque
256 offerat reus fideiuſſores: ſin nullos † inueniat, in carcere et-
iamnum retinebitur. Idque ita vſu haberi teſtatur *Iul. Clarus*
d. q. 46. verſ. in hac autem. in fin.

V. Ampliamus, vt, ſi reus omni adhibita diligen-
257 tia † fideiuſſorem ſibi exorare neminem poſsit, iuratæ pro-
miſsioni committatur. *Nouell. 134. cap. 9. incip. neceſſarium.*
verſ. ſi verò iurauerit. Boſſ. in pract. crim. d. tit. de carcer. fideiuſſ.
commit. nu. 72. Par. de put. tract. a. ſynd. verb. fideiuſſ. nu. 1. per l. 1.
C. vt om. iud. Auth. generaliter. C. de epiſc. & cler. VVeſenb. ff. de cu-
ſto. reo. num. 5. circa fin. Quam communem eſſe teſtatur *Iul.*
258 *Clar. d. q. 46. verſ. ſed quid agendum.* Contrarium tamen † ſer-
uari vſu ait, ſed perperam. Iureiurando autem reus proba-
259 bit difficultatem † inueniendi fideiuſſoris, *Accurſ. in l. 1. verb.*
fideiuſſoribus. ff. qui ſatiſd. cog. Socin. conſ. 79. lib. 2. Cotta in memo-
rab. verſ. iuramentum probat. in prin. Clar. d. q. 46. verſ. ſed quo-
260 *modo.* Saxo oppignoratione † bonorum immobilium pro
vadimonio obeundo contentus eſt, Landtrecht *lib. 1. art. 34.*
vbi gloſſ. nu. 4. & lib. 2. art. 5. & 3. vbi gloſſ. nu. 3. Quanquam

id iu-

261 id iure † ciuili non ſufficit, *Iaſ. in l. ſciendum. 11. nu. 3. ff. qui ſa-*
262 *tiſda. cogan.* In viris illuſtribus † hoc ſtatuendum videtur, vt ad fideiuſsionem omnino non cogendi, ſed iuratæ cautioni relinquendi ſint. *l. quoties. C. de dignita. lib. 12.* Quam
263 tamen † legem contraria conſuetudine abrogatam eſſe refert *Clar. d. q. 46. verſ. ſcias autem. qui citat Fab. in pract. arbit. fol. 458. num. 12.*

VI. Ampliamus, vt etiam locum ſibi vendicet in
264 pœna † arbitraria, quam ſcilicet iudex pro tali delicto non in corpore, ſed in pecunia imponere conſueuerit, quo caſu fideiuſſores interuenire poſſe rectè dicimus, *Bart. in l. ſi verò pro condemnato. 5. §. 1. ff. qui ſatiſda. cog. & in l. 1. ff. de custo. reor. Bald. in l. 2. col. fin. C. de exhib. reis. Angel. in tracta. malefic. verb. pro quo Antonius fideiuſſit. Hippol. de fideiuſſ. nu. 210. Suar. in tracta. de fideiuſſ. in cauſſa crimina. nu. 4. & nu. 25. Damboud. d. cap. 20. nu. 9. Menoch. d. caſu 303. nu. 40.*

VII. Ampliamus, adeò concluſionem noſtram ve-
265 ram eſſe, vt, ſi iudex oblatos † fideiuſſores reiecerit, reumque in carcere detinuerit, actione iniuriarum in ſyndicatu conueniri poſsit, *d. l. ſi vero pro condemnato. 5. §. 1. ff. qui ſatiſd. cog.* vbi Gaius ſcribit: Qui pro rei qualitate euidentiſsimè locupletem, vel ſi dubitetur, approbatum fideiuſſorem iudicio ſiſtendi cauſa non acceperit: iniuriarum actio aduerſus eum eſſe poteſt: quem textum notat *Bart. Angel. Paul. de Castr. Alex. ibi. & Iaſ. num. 4. Gomeſ. tom. 3. cap. 9. num. 8. Damboud. d. cap. 20. nu. 2. Ciryllus Fulgeon. in ſum crim. rub. 13. de fideiuſſ. §. 2. nu. 7.*

266 Excipimus à concluſione noſtra I. Si criminis † reus peractus eſt, & conſtat eum ſoluere debere: cum enim debitum tunc ſit liquidum: per fideiuſſorum dationem ſolutio differri non debet. *Hippol. in pract. crim. §. attingam. nu. 4.* vbi plurium auctoritatem recenſet: *Menoch. d. caſu 303. num.*
267 *4. 5. 6.* Humanitatis tamen gratia exiſtimauerim, † aliquid ſpacij concedendum reo, ſi res ita poſtulet, eiuſque nomine
268 ſe fideiuſſor obliget: cum & aliàs † in perſonalibus ex nouiſsi-

uiſsima Iuſtiniani conſtitutione iudicatis quatuor menſes à tempore latæ ſententiæ dari ſoleant. *l. 2. 3. C. de vſur. rei iu-*
269 *dica.* Quod tempus apud † Saxones breuius eſt, nempe 14. dierum. Weichbild *art. 46.* Landtrecht *lib. 3. art. 8.* De con-
270 ſuetudine † eſt tempus ſex hebdomadarum, & trium dierum. *diff. iur. ciuil & Saxon. lib. 2. part. 4. diff. 9. & lib. 1. diff. 56. Vide & conſtit. Elect. 32. part. 1. Schneid. §. quadrupli. Inſt. de actio. nu. 62. Celer. par. 3. cap. 6. nu. 2. 7. 8. & 14.* Licet non ignorem, iure ciuili communiter à DD. concluſum eſſe, pœnam
271 pecuniariam fiſco applicandam † protinus exigi debere, *per l. cum reis. C. de pœnis. Iaſ. in l. debitoribus. nu. 16. ff. de re iud. Boßius in tit. de ſenten. nu. 3. Iul. Clarus in pract. crim. quæſt. 95. in princ. Schneid. dicto §. quadrupli. num. 66.* cum reatus nulla miſeratione, nulloq; dignus beneficio habeatur, *l. 1. C. vbi ſena. vel clariſſ. Bald. & Salic. in l. fin. C. de execu. rei iudic.*

272 II. Excipimus, ſi crimen ſit † notorium, atq; publicum: quo caſu fideiuſſores excludi exiſtimat *Menoch. d. caſu*
273 *303. nu. 13.* Idem tamen † hîc, quod in præcedente exceptio-
274 ne ſtatuendum iudico. Sic &, quando † reus in flagranti crimine depræhenſus fuerit, quod pœna pecuniaria perſequitur, *Hippol. d. §. attingam. nu. 5. 6. 7. Petrus Follerius in pract. crim. in verb. examinati liberentur ſub fideiuſſoribus. nu. 19.* Nam & hoc pro notorio habetur. Scribit tamen *Menoch. d. loco nu. 12.*
275 vix inueniri † legem, vel ſtatutum, quod pro enormi & flagranti crimine pœnam pecuniariam dictitet. Atqui poſſe
276 tamen † tale ſtatutum condi, dubium non eſt, ſi præſertim delicta adeò non ſint atrocia. *Id quod à DD. in l. omnes. 11. ff. de iuſt. & iure. fuſius explicatur.*

III. Excipimus, ſi ab initio reus dare fideiuſſores recuſauerit, poſtea pœnitentia ductus eos obtulerit: tum e-
277 nim ob ſeram † pœnitentiam fideiuſsioni locum non eſſe, *ſenſit Hippol. d. §. attingam. num. 3.* cum multis, quos ante ſe, in eadem opinione fuiſſe refert. Quod *Menoch. nu. 8.* rectè de nimis ſera pœnitentia intelligit. Nam aliàs, quantum fieri
278 poteſt, rigida nimis cum æquitate † & miſeratione, præſer-

tim in reis, temperanda ſunt, *per l. fauorabiliores. ff. de diuerſ. reg. iur. antiq.*

IV. Excipimus, vt reus ſub fideiuſſoribus relaxan-
279 dus non ſit, qui ſemel per fugam † è cuſtodia ſe ſubduxerit. Fuga enim beneficio & fauore ipſum reddit indignum, *Hippol. d. §. attingam. num.6. Petrus Follerius in pract. crim. verb. examinati liberentur ſub fideiuſſoribus. num. 18.* Adhuc tamen hîc iu-
280 dicis † ſaluum erit arbitrium, vtrum fideiuſſorem velit admittere, *Menoch. d. caſu 303. nu. 9. 10.*

281 V. Excipimus, ſi ſtatuto ita † cautum eſſet, vt reus ob delictum accuſatus, quod pœna pecuniaria plectitur, cauſam è vinculis diceret, cuiuſmodi ſtatutum eſſe Mediolani meminit *Menoch. d. caſu 303. num. 14.* tunc & fideiuſsioni locus non erit. Quibus ita expoſitis, in quæſtionem iam
282 vocatur, qua pœna † afficiendus ſit fideiuſſor, ſub cuius interceſsione reus è vinculis ſolutus, aufugit, adeò, vt ſiſti, exhiberique iam non poſsit? Et quidem, ſi fideiuſſor ſimpliciter pro reo fidem ſuam obligáuerit, quamuis is pœna
283 † corporali affligendus fuerit, ipſe tamen pecuniariam tantummodo arbitrio iudicis dependet, *l. ſi quis. 4. ff. de cuſtod. reor. Geminia. in c. ius gentium. diſtin. 1. Angel. in l. 2. C. de exhib. reis. Gomeſ. tom. 3. c. 9. nu. 8. Menoch. de arb. quæſtio. lib. 2. cent. 4. caſu 304. nu. 2. VVeſenb ff. de fideiuſſ. nu. 4. & de cuſtod. reor. nu. 6.* nec in corpore erit plectendus, cum nec ad talem ſeſe aſtringere pœnam potuerit, *Bart. & DD. in l. 1. 3. 4. de cuſtod. reor. per l. ſi à reo. 71. §. fin. de fideiuſſor.* & ea, quæ ſuperius in
284 priore conclnſione cumulauimus: quod multò † magis locum habebit, ſi pro eo interceſſerit, qui & ipſe pœna pecuniaria tantum mulctabatur. Nec enim in duriorem cauſam, quàm principalis obligari poteſt, *l. Græcè. 8. §. illud. ff. de fideiuſſ. §. fideiuſſores. Inſt. eo.*

285 Hinc I. excipimus, ſi dolo † fideiuſſoris fiat, quo minus exhibeatur reus, vel ipſum doloſè cælando, vel fugæ eius ſubminiſtrando, vel ſi aliâs fugæ conſcius fuerit. Quam-
286 uis enim pœnæ † corporis, quæ ſuſtinenda erat ipſi reo, ſucceda-

cedaneus non ſit: extra tamen ordinem, prout iudex arbitrabitur, vel carcere, alioúe modo punietur, *l. ſi quis. 4. ff. de custo. & exhib. reo. l. ſi Berſatorem. 13. & ibi DD. C. de fideiuſſo. gloſſ. in c. cum homo. 23. diſtinct. 5. Panor. in rub. de fideiuſſo. Schneid. inſt. eo. §. in omnib. nu. 9. VVeſenb. ff eo. nu. 4. & tit. de custo. reor. nu. 6.*

287 II. Excipimus eum caſum, quando ipſe fideiuſſor † pro reo fugitiuo iudicium ſubire, eumque defendere maluerit: quod, quomodo fiat, eleganter definit Iuſtinianus *in l. ſancimus. 26. C. de fideiuſſo. l. 4. & ibi Bart. C. de custo reor. Vide Coler. d. cap. 3. par. 2. nu. 54. cum ſeqq.*

288 III. Excipimus, ſi reus † fideiuſſori ad cuſtodiam traditus eſſet. Hic enim fideiuſſor, qui ſe cuſtodem fore obligauit eidem pœnæ factus eſt obnoxius, non tanquam fideiuſſor, ſed propter ſuſceptam cuſtodiam, *ſup. allega. l. ad commentarienſem. & ibi Accurſ. & DD. C. de Custo reo. Boër. quæſt. 217. nu. 1. Menoch. lib. 2. cent. 4. caſu 302. nu. 2. cum ſeqq. & caſu 303. num. 37. & caſu 304. nu. 3. VVeſenb. de custo. reo. num. 5.* cuius & antea mentio facta eſt.

289 IV. Excipimus, ſi certa † pœna fideiuſſoribus defi-
290 nita atque conuenta fuerit: ſicut hodie † paſsim vſu increbuit, vt ſub nominata pœna fideiuſſores in cauſis, quæ admittunt fideiuſsionem, promittant reum ſiſtere ſingulis terminis iudicialibus, vſq; ad ſententiam definitiuam, vel toties, quoties deſiderabitur, nonnunquam ſub mulcta 500. 1000. 2000. 3000. pro qualitate delicti, pro conditione &
291 facultatibus perſonæ reæ, cuius quantitas † moderatione iudicis determinabitur, *Coler. cap. 3. part. 2. num. 88.* quæ pœna tunc, ceſſante iudicis arbitrio, exigitur. *Angel in l. 2. C. de exhib. reis. Gomeſ. d. cap. 9. tom. 3. num. 8. Menoch. d. caſu 304.*
292 *nu. 5. VVeſenb. de custo. reo. num. 6.* Non obſtat, eiuſmodi † pecuniariam conuentionem ſapere tranſactionem quandam, per quam videtur accuſator deſtitiſſe ab accuſatione, ſiquidem fideiuſſores pro reo receperit, *l. ab accuſatione deſtiti. l. deſtitiſſe. ff ad SC. Turpill. l fin. C. eod.* atq; ita cauſam criminalem conuerſam eſſe in ciuilem, vt liquet ex ſententia in

Weichbild/ *ſub rub.* Peinliche ſache wie die bürglich wird/ *§.* wo auch/ vbi dicitur, per tranſactionem ab ipſo læſo, vel eius conſanguineis iudici permiſſam, è cauſa criminali fieri ciuilem, vt & per Lipſenſes iudicatum eſſe, meminit *Coler. d. cap. 3. par. 2. num. 95.* Nam hîc inſpici oportet, per interlo-
293 cutionem † atq; præceptum iudicis contingere, vt reus ſub fideiuſſoribus ad certam ſummam ſe obſtringentibus relaxetur, cui accuſator parére cogitur. *l. 1. ff. ſi quis ius dic. non ob-*
294 *temp.* Quod ſecius † eſſet, ſi accuſator vltrò tranſactionem faceret, & pœnam pecuniariam, quàm vindictam perſequi mallet, *Bart. in d. l. ab accuſatione. in princ. ad SC. Turpil. per d. l. deſtitiſſe. cui congruit l. quæſitum. §. item quæritur. ad l. Iul. de adulter. Coler. d. cap. 3. nu. 95. qui nu. 96.* hanc addit cautelam, vt
295 in huiuſmodi † caſibus accuſatores expreſſa proteſtatione teſtatum faciant, ſe per hanc fideiuſſorum interuentionem à pœnali perſecutione nequaquam ſecedere velle: quæ conteſtatio ipſis ius ſuum integrum, illæſumque conſeruat. *l. non ſolum. §. morte. & ibi Iohan. Bolognetus nu. 17. & per tot. ff. de oper. no. nunc. l. ſi debitor. §. 1. ff. quibus mod. pig. vel hyp. ſol. l. ſi creditores. C. de pact. l. 1. §. quemadmodum. ff. de lib. agnoſc. ver. ſine autem.*

296 V. Excipimus, ſi conſuetudine † certa pœna oſtendatur: Nam & tunc Iudicis arbitrium reſtringitur, *Angelus in d. l. 2. C. de exhib. reu. Menoch. d. caſu 304. nu. 4. VVeſenb. ff. de*
297 *cuſto. reo. nu. 6.* Ita iure Saxonico † fideiuſſoribus VVeregeldium conſtitutum eſt, Landrecht *lib. 1. art. 65. lib. 3. art. 9. diff. Sax. 45. part. 3. lib. 1. & diff. 21. part. 1. lib. 2. & diff. 51. part. 6. lib. 2.* Idq; indiſtinctè in omni pœna, pro qua fideiuſſor adhiberi poteſt, ſiue capitis, ſiue, quæ aliàs affligeret corpus rei, Weichbild *art. 27. §.* Iſt die ſach alſo geſtalt/ *Coler. d. cap. 3.*
298 *part. 2. nu. 69.* Continet autem VVergeldium † 24. ſexagenas antiquas, 24. Alte ſchock / Sexagena continet 20. groſſos argenteos. Landrecht *lib. 3. art. 45.* Weichbild *art. 17. in fin.* quam computationem ſequuntur Scabini Lipſenſes. *diff. Saxon. vlt. lib. 1. part. 4.* ex ſententia Lipſenſ. poſt Landrecht ſub

ſub rub. Todtſchlege ohne vorſatz / *pag. 548.* & poſt Weichbild ſub tit. Weergeldt / wieuiel das ſey / *pag. 145.* Atque ita multò facilior eſt fideiuſsio de iure Saxo. in cauſis criminalibus,
299 quàm ciuilibus, in quibus † fideiubens iudicio ſiſti ad æſtimationem litis tenetur. Landtrecht *art. 9. in prin. lib. 3. gloſſ. in art. 65. nu. 1. lib. 1. d. diff. 51. part. 6. lib. 2. Coler. d. c. 3. num. 69.* Cæterum diſpoſitioni Iuris Saxonici contraria conſuetudi-
300 ne † iam pridem derogatum eſt. Siquidem illud ſceleribus, & nequitiæ vias aperiat, ijſq; impunitatem quandam promittat, vt rectè animaduertit Coler. *d. cap. 3. part. 2. num. 84. 85. 86. 87.* Quocirca, impetrata relaxatione, fideiuſſores ad certam ſeſe adſtringere ſummam coguntur, quam, ſi reus ſeſe pœnæ ſubduxerit, ſoluere omnino tenentur, vt in præcedente exceptione dictum eſt.

Verùm hiſce ita conſtitutis, quæri non immeritò po-
301 teſt, ſi reus ipſe † in caſu, quo fieri poteſt, vel iuratò, vel ſub certa pœna promitteret, intra certum tempus ſe compariturum, vel fideiuſſor huiuſce cauſa pro ipſo fidem obligaret, an, elapſo illo tempore, ſi ſui reus copiam non fecerit, ipſe, vel fideiuſſor pœnam ſtatim committat? Quanquam in vtramque partem quæſtio agitari egregiè poteſt,
302 tamen verior † eſt ſententia exiſtimantium, pœnam committi, licet nulla admonitio, vel requiſitio iudicis aut partis præceſſerit. Nam obligationi dies & pœna annexa eſt,
303 quæ ſanè † in mora conſtituunt debitorem, *per l. magnam. C. de contrah. & committ. ſtip. c. potuit. ex. de loca. & conduct.* Et hanc opinionem contra receptiorem tuetur *Gomeſ. tom. 3. cap. 9. num. 9.* vbi contraria ſimul refutat. *Vide & Marant. part. 6. Iudic. memb. 8. de ſatiſd. num. 5.*

304 Quid verò, ſi fideiuſſor † reum exhibere nequeat, an contra eum ordo, vel proceſſus iudiciarius inſtituendus erit, offerendus libellus, litis conteſtatio facienda? Minimè gen-
305 tium, † vt rectè placuit *Baldo in l. qui crimen. col. 3. verſ. 6. quæro. C. qui accuſ. non poſſ. poſt Bart. in l. 1. nu. 2. ff. iudic. ſol. Clar. quæſt. 95. in princ.* ſed officio iudicis, ſine ſtrepitu iudiciario

306 compelli fideiuſſor poteſt. Sufficit enim † primus proceſſus
ea in cauſſa habitus, qui ſecum trahit caſus incidentes, *arg. l. nullum. C. de teſt. Auth. generaliter. in verb. conſcribat. C. de epiſc. &
307 cler.* ſicut & aliâs quoque conſtat, ex contractibus † iudicia-
libus oriri iudicis officium, vbi iudex procedit executiuè,
308 etiam nullo petente: quia in criminalibus, † ſi ſemel ad iu-
dicem itum eſt, eius poteſtas latiſsimè ſe diffundit, *l. quam-
309 uis indubitati. C. de adult.* Et ſi pro reo fideiuſſor † ſoluerit, licet inter ipſos hoc caſu ciuilis tantummodo nata ſit obligatio, nihilominus tamen officio eiuſdem Iudicis, coram quo cauſa illa criminalis diſceptata eſt, reus adigi poteſt, vt refundat, quod fideiuſſor ſoluit, *Bald. in l. cum vendente. C. vbi cauſ. fiſ. Ciryll. Fulgeo. in ſum. crim. rub. de offic. præſid. §. 6. num. 3. & in rub. de fideiuſſ. §. 5.* nec libello, aut ordine iudiciario opus eſt, ſed contra reum fideiuſſor vtitur parata executione, *l. fin. in fin. & ibi Bart. in fin. C. de vſur. rei iudic.*

Illud demum hic adijcere viſum eſt, pœnam pecunia-
310 riam, † ad quam fideiuſſores ſe obligarunt, ſi committatur, iudici applicandam eſſe, non accuſatori. Idq́; vſu obſeruari ſcribit *Iul. Clar. d. quæſt. 46. verſ. fin. poſt Bart. in l. ſi quis reum. 4. nu. 4. & ibi Angel. nu. 7. de cuſtod. reor. ſequitur Coler. d. c. 3.
311 nu. 89.* Sed in eo diſſonat ius Saxonicum, † quod pœnam illam non iudici, ſed parti attribuit, *Additio ad artic. 4. lib. 2.* Landrecht *ſub lit. F. gloſſ. lib. 3. art. 9. num. 8. gloſſ. fin. lib. 2. art. 62.*
312 Excipiatur vnicus caſus, quando † videlicet proſcriptus vel bannitus, datis fideiuſſoribus, cauet iudicio ſiſti: hic ſi vadimonium non obierit, pœna à fideiuſſoribus exacta non ad accuſatorem, ſed iudicem pertinet, Landtrecht *lib. 2. art. 41. verb.* Sie ſollen ſich darzu ziehen/ Hîc à contrario ſenſu arguendum eſt, ſi non pro bannito vel proſcripto fideiuſſum fuerit, pœnam commiſſam accuſatori, non iudici, patrio iure noſtro, obuenire. *Matth. Coler. d. cap. 3. part. 2. num. 9. cum ſeqq. differ. Saxon. 52. lib. 2. part. 6.* Et hactenus quidem, quibus obligationibus adhiberi poſsit fideiuſſor, paulò pro-
313 lixius explicatum eſt: reſtat in hoc capite, vt, à quibus †
obli-

obligationibus idem arceatur, paucis ſubnectamus.

314 Et primò prohibetur fideiuſſor † accedere doti, *l. 1. 2. C. ne fideiuſſ. dot. dent.* Nam iſta datio fideiuſſoris aduerſatur bonis moribus, perfidiæ inter coniuges anſam præbet, odia

315 & iras inflammat: Cum tamen † concordia & amor coniugalis omni lucro longè ſit anteferendus, *l. reprehendenda. C. de Inſtit. & ſubſtit.* Ac certè, quis non abſurdiſsimum putet,

316 cum puella, † vel mulier ſine fideiuſſore credat marito animum ſuum, corpus, omnemq; vitam, eidem non bona hiſce omnibus longè inferiora committere: fidemque magis habere homini alieno, quàm amicitiæ fideique communi? *d. l. 2.* Iuxta illud:

Corpus, opes, animus communia cuncta duobus:
Lætitia in lætis, inq; dolore dolor.

Vnde meritò reprehenditur, quod legitur apud *Macrobium lib. 1. Saturn. cap. 6.* Cum enim à principe gentis Corneliæ Scipionum ſponſalia poſcerentur, aſinū cum pecuniæ onere produxit in forum, quaſi præſentem dotis fideiuſſorem vel pignus. *Molinæus in erudit. tracta. commerc. quæſt. 33. nu. 254.*

317 etiam hanc † affert rationem: Cum enim, inquit, frequentia matrimoniorum & dotium ſit neceſſaria, ſi fideiuſſores interponerentur, breui accideret, omnes ferè ciues fideiuſſionibus proprio vel hæreditario nomine implicitos eſſe: cumque nimis ampla ſit materia litium ex dotibus, adhuc amplior, multiplicior & irretitior eſſet, adiectis fideiuſſoribus, reciprocatione litium, euictionum, & recurſuum mutuorum.

318 Ampliamus hoc I. vt locum habeat non ſolum † in conſeruanda dote, *d. l. 1.* ſed & in reſtituenda, ſi forte conſtante matrimonio fideiuſſores eo nomine poſtularentur: id quod rectè contra *Cyn. in d. l. 1. ſuſtinet Bart. & DD. in l. ſi conſtante. §. quoties. ff. ſol. matrim. Accurſ. in d. l. 1. Specula. tit. de donat. inter vir. & vxo. §. 2. verſ. Id quoq;. & ibi Iohan. Andr. in addit. Bald. in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ſol. matr. Bald. Nouell. de dote. part. 6. priuil. 21. nu. 1. Iohan. Campegius eod. tracta. part. 3.*

par. 3. q. 174. num. 1. Schneid. in §. in omnibus. num. 11. inſtit. de
319 *fideiuſſ.* cum eadem ſit ratio † in reſtituenda, quæ in conſeruanda dote, quare idem ius ſtatui quid quæſo prohibebit? *l. à Titio. ff. de verb. oblig.* nec poteſt negari, obligationem reſtituendi ſub obligatione conſeruandi contineri, *arg. l. 1. in princ. ff. vſufru. quemad. cau. Bald. Nouell. d. priuil. 21. num. 1.*

II. Ampliamus, vt non ſolum à marito propter do-
320 tem nulla ſit exigenda ſatiſdatio, ſed nec & à patre † mariti, alijsúe quibuſcunque, qui dotem ſuſcipiunt, *d. l. 2. C. ne*
321 *fideiuſſ. dot. dent.* Nec mihi videtur reluctari † *l. fin. C. de dot. caut. non num.* quia ibi non apparet de fideiuſsione ſoceri, ſed potius eo in loco maritus & pater inſtrumento confeſsi ſunt, dotem ſuſceptam eſſe, quæ tamen reuera data non erat, ideoque exceptione non numeratæ pecuniæ vti poſ-
322 ſunt. Alij cenſent † *in d. l. fin.* patrem & filium ſimul pro dote ſe obligaſſe: id quod fieri poteſt, quia ceſſat ratio, nempe metus perfidiæ. *Bart. in d. l. ſi conſtante. §. quoties. ſolut. matr. Bald. Nouell. d. priuil. 21. nu. 4.*
323 III. Ampliamus, vt, quamuis vltrò † maritus fideiuſſorem vel mandatorem dederit, tamen non obligetur: quia conſtitutiones hanc obligationem prorſus improbant, *l. 1. C. Theodoſ. de fid. dot. Cuiac. in parat. C. ne fideiuſſ. dot. dent. poſt Accurſ. in d. l. 1. C. ne fideiuſſ. dot. dent. Bart. in l. 2. C. eo. Ioha. Campeg. de dote. par. 3. q. 176.*

IV. Ampliamus adeò procedere, vt, ſi datus fideiuſ-
324 ſor fuerit, ipſo iure † nulla ſit datio, *d. l. 1.* vbi Impp. reſcribunt, ſiue ex iure, ſiue ex conſuetudine lex proficiſcitur, vt vir vxori fideiuſſorem ſeruandæ dotis exhibeat, eam tamen eſſe abolendam. Quæ ſanè conſtitutio non leuiter reſiſtit Did. Couar. *in c. quamuis. in 2. relectio. par §. 2. num. 9. tom. 1. fol. 138. de pact. in 6.* aſſerenti, ſtatuto fieri poſſe, vt ratione dotis fideiuſſores conſtituantur. *Vide tamen Bald. Nouell. de priuil. 21. num. 19.*

325 Hinc excipimus I. Si ante † nuptias de reſtituenda dote fideiuſſor datus fuerit, nec matrimonium eſt ſecutum,

vt eſt

vt eſt ſpecies *in l. Titio. 71. §. 1. ff. de condit. & demon.* vbi Papinianus ait: Titio centum relicta ſunt, ita vt Mæuiam vxorem, quæ vidua eſt, ducat: conditio non remittetur: & ideò ne cautio remittenda eſt, ita notat *Bald. & Imola ibi: & Campeg. d. par. 3. q. 174. Cuiac. in parat. C. ne fideiuſſ. dot. dent. & tracta. 4. ad Africa.*

326 II. Excipimus, vt etiam conſtante † matrimonio, fideiuſſores accipi poſsint, ſi videlicet maritus vergat ad inopiam: quinimò, tunc vxor dotem licitè repetere poteſt, *l. ſi conſtante. in princ. & §. quoties: ibi Bart. Alcia. Duare. ff. ſolut. matrim. c. per veſtras. & ibi Panor. num. 13. ex. de donat. inter vir. & vxor. Iohan. Campeg d. par. 3. q. 178.* Quod videtur obtinere iu-

327 re communi. Iure Saxon. † res forſan aliquid dubij habet, cum eo iure poſt concubitum maritus lucretur dotem. Landr. *lib. 1. art. 31.* Quod tamen cum effectu tum demum fit, ſi mulier ante maritum diem obeat, *Electo. conſtit. 21. 22. par. 3.* Quæ, ſi maritum ſuperuixerit, eam repetere poteſt, *d. par. 3. Conſtit. 20. VVeſ. ad Schneid. in §. in omnibus. nu. 12. Inſtit. de fideiuſſ.*

III. Excipimus, vt fideiuſſores interuenire poſsint,

328 ſoluto † iam matrimonio, quacunque ratione id contingat. *d. l. ſi conſtante. §. quoties. & ibi DD. Accurſ. in d. l. 1. C. ne fideiuſſor. dot. dent. Cuiac. ibid. in fin.* quia tunc ceſſat ratio perfidiæ, aliaque, de quibus ante *Bald. Nouell. d. priuil. 21. nu. 3.*

329 IV. Excipimus, ſi fideiuſsio iureiurando † confirmata fuerit, id quod rectè contra *Bart. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſo. num. 9. & contra Anton. de Butrio in c. cum contingat. de iureiur. aſſerunt Panor. in fin. & Ioh. de Imola in vlt. memb. in d. c. cum contingat. Angel. & Paul. de Caſtro in d. l. ſi quis pro eo. & Paul. conſ. 157. & in d. l. ſi conſtante. §. quoties. Salicet. Fulgoſ. Corneus in Auth. Sacramenta puberum. q. 17. verſic. 3. C. ſi aduerſ. vendit. & in l. iuriſgentium. 7. §. ſi paciſcar. ff. de pact. Bald. Nouell. d. priuil. 21. num. 13. Campegius d. par. 3. q. 174. Iohan. Lupi in repet. c. per veſtras. de donat. int. vir. & vxor. in 5. nota. nu. 10. Didac. Couar. d. §. 2. ſecun. part. relect. nu. 9. circa fin. tom. 1. fol. 138.*

330 V. Excipimus, vt ex parte mulieris † vel ſoceri, qui promiſerunt dotem ſoluere, fideiuſſor intercedere poſsit, *Accurſ. & DD. in d. l. 1. C. ne fideiuſſ. dot. den. per l. cum dotu. ff de iure dot. l fin. C. ad Sc. Vell.* Nec enim hîc omninò volunt, eandem obtinere rationem, quæ in ſuperioribus, *Bald. Nouell. d. priuil. 21 nu. 9.* vbi dicit hanc eſſe communem. Sed vix
331 † eſt. vt non eadem hic ſubſit ratio, ſiquidem inficiari nemo poſsit, amore mutuo, & beneuolentia coniugali maritum & vxorem vnâ certare, adeò, vt in vtro ſit maior atq; vehementior, haud facile dijudicari poſsit, iuxta illud:

Noſcere difficile eſt, vtri vis maior amandi:
Mutua coniugibus vulnera fecit amor.

332 VI. Excipimus, ſi extraneus, † vel quidam coniunctus fidem ſuam pro dote interponat, abſque tamen marito. Ita ſcriptum reliquit *Paul. de Caſtro. conſ. 167. & 168.*

333 VII. Excipimus, ſi quiſpiam extraneus † mulieri, dote conſtituta, à marito ſtipulatus eſſet, datis fideiuſſoribus dotẽ ſibi reddi, *l. 1. §. accedit. C. de rei vxo. actio.* Nam tunc ceſſat ratio: quia potius agitur negocium inter extraneum & maritum, quàm inter vxorem & ipſum. Hæc ſententia veritati conſentanea videtur, in quam etiam inclinat *Bart. Imola. Roman. in d. l. ſi conſtante.* quàm & amplectitur *Bald. Nouell. d. par. 6. priuil. 21. num. 12. Iohan. Campegius d. par. 3. quæſt. 177.* Et hæ mihi præcipuæ videntur huius concluſionis eſſe exceptiones: quarum tamen plures enumerant Baldus Nouellus, & Iohan. Campegius in locis iam a me allegatis.

II. Prohibetur fideiuſſor accedere contractui, quem
334 lex † ipſa inualidum infirmumque pronunciat. *l. non dubium. C. de legib l. qui contra. 11. l. cum lex. 46. ff. de fideiuſſo l. ſi quis inquilinos. §. fin. ff. de lega. 1. l. iuriſgentium. 7. §. generaliter. de pact. Accurſ. in §. in omnibus. verb. omnib. Inſtit. de fideiuſſ.* Si enim ille contractus in perſona principalis debitoris non conſiſtit, neque certe in fideiuſſore radices aget, *l. ſi homo mortuus. ff. de verb. oblig.*

335 III. Prohibetur accedere contractui † impoſsibili. *l. ſi ſub.*

ſub. 29. ff. de fideiuſſ. Nec enim hîc ipſe principalis tenebatur: cur non idem in fideiuſſore ſtatuemus? *Iulianus in l. fideiuſſor.*
336 *16. ff.* cum impoſsibilium † nulla ſit obligatio. *l. impoſſibilium. de reg. iur. l. cum hæres. §. 1. de ſtatu lib. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. de verbor. obligat. c fin. de pact. c. nemo. de reg. iur. in 6.* Ideoque adiectio impoſsibilis reſcindit actum & contractum. *l. impoſſibilis. de verb. oblig. l. non ſolum. de oblig. & actio. l. certi condictio. §. item quæri. de reb. cred. §. impoſſibilis. Inſtit. de inutil. ſtip. latè Hipp. de fideiuſſ. nu. 156. cum ſeqq.*

337 IV. Prohibetur accedere obligationi † iam finitæ. *l. ſi quis. 37. l. ſi debuori. 47. ff. de fideiuſſo. per rationem iam traditam.*

338 V. Prohibetur quis pro ſeipſo † fideiuſſorio nomine interuenire, *l. hæres. 21. §. ſeruo. 2. verſ. non enim. & verſ. retrò. de fideiuſſ. Connan. lib 6. comment. iur. ciuil. cap. 6. num. 11. Cuiac. tracta. 7. ad Africa.* vbi legem hanc explicat. Nam fideiuſsio ſemper alienam præſupponit obligationem, *l. 1. § ſed aut. 8. ff. de oblig. & actio. l. ſtipulatus. 6. l. fideiuſſor. 16. l. ſi ſub. 29. & tot. tit. de fideiuſſo.* Plures caſus, qui fideiuſſores reſpuunt, enumerat *Vaſq. lib. 1. illuſt. contro. cap. 40. nu. 9.* qui tamen omnes ex ijs, quæ hoc capite ſcripſimus, abundè peti queunt.

CAPVT IIII.

De Forma fideiuſsionis, & quomodo ea rectè contrahatur.

1. *Forma rerum geſtarum facies eſt.*
2. *In quolibet actu & contractu primum omnium quæritur, vtrum forma omnibus numeris ſit obſeruata: in qua, ſi quid deſideratur, actus ad nihilum redigitur.*
3. *Quoties plura ad aliquem actum coniunctim requiruntur, non vnum atq; alterum, ſed omnia impleri neceſſum eſt.*
4. *Et facultate & conueniendi facilitate fideiuſſor idoneus eſſe debet.*

 5. Ido-

5. *Idoneus fideiuſſor qui. num. 7. an probandum ſit, idoneum eſſe. num. 4.*

6. *Immobilium bonorum qualis ineunda ſit ratio: id quod iudicis arbitrio relinquitur. nu. 7.*

8. *Immobilia in loco Iudicij, vel contractus, vel vbi de negocio tractatur, ſita eſſe debent.*

9. *Ea, quæ traduntur in principali, poſſidente bona immobilia, vt is nihilominus ſatisdare cogatur, etiam in fideiuſſore obtinent.*

10. *Actor licet immobilia habeat, tamen de proſequenda lite ſatisdabit.*

11. *Sic & contumax, ſi, miſſione iam propter contumaciam in poſſeſſionem facta, intra annum ſe reſtitui petit, iudicio ſiſti ſatiſdabit.*

12. *Sic & abſens, perſonaliter vel verbaliter citatus.*

13. *Poſſidens immobilia de iudicatum ſoluendo ſatiſdat: aliter iure Saxonico nu. 14.*

15. *Poſſidens immobilia in loco ruinoſo ob aquarum inundationes: item poſſidens bona immobilia ſterilia, vilia atq; tenuia, in alieno territorio, abſq; titulo & bona fide, nihilominus ſatisdat. nu. 16. 17. 18. 19.*

20. *In cauſis criminalibus etiam locuples à ſatisdatione per fideiuſſores non excuſatur: aliter Iure Saxon. nu. 21.*

22. *Poſſidens res immobiles litigioſas ſatisdat: idem in cauſa naufragij. nu. 23.*

24. *Fideiuſſor etiam tenuioris fortunæ pro idoneo eſt, ſi debitor principalis ſit diues & in re lauta.*

25. *Diues, vel facultatibus idoneus non tenetur ſatisdare: quamuis lex vel ſtatutum ſatisdationē poſtulet. nu. 26.*

27. *Fideiuſſor principalis neceſſarius ſeu conſanguineus pro idoneo (eſt.*

28. *Leges non præſumunt, quod conſanguineus conſanguineum ſit decepturus.*

29. *Tutius eſt non credere, quàm periculosè credere.*

30. *Vir ſpectatæ fidei & probitatis, licet pauper, idoneus fideiuſſor eſt, reprobatur ibid.*

31. Poſ-

31. *Poſſidens tantum mobilia: quæ facile amoueri nequeunt, idoneus fideiuſſor eſt: vt qui habet multa nomina: bibliothecam: Item habens iura debitorum. nu. 32.*

33. *Fideiuſſor idoneus eſt poſſidens immobilia in euentum conditionis, vel reſtitutioni ſubiecta: item qui à teſtatore datus eſt, nu. 34.*

35. *In contractibus facilius quis idoneus eſt fideiuſſor, quàm in iudicijs.*

36. *In delictis, quibus mulcta irrogatur, alter reorum pro altero fideiubere poteſt.*

37. *Actio iniuriarum datur ob reiectos idoneos fideiuſſores. nu. 38.*

39. *Circa idoneitatem fideiuſſoris habenda eſt ratio loci, priuilegij, Iuriſdictionis, perſonæ.*

40. *Fideiuſſor idoneus non eſt, qui eſt in caſtro, arce, vel alio loco munitiſſimo: qui ſit ex alieno territorio. num. 41. niſi ſuo priuilegio renunciauerit. num. 42. 43. ſic clericus, ſtudioſus, &c. idoneus non eſt. nu. 44.*

45. *Procurator vel homo rixoſus vel cauilloſus, quantumuis diues, idoneus fideiuſſor non eſt.*

46. *Pignori qui ſua bona licet immobilia obligauit alijs, idoneus fideiuſſor non eſt: idem dicendum de potentiore. nu. 47.*

48. *Fideiuſſorem dare obligatus, illo loco dare debet, vbi contraxit & promiſit, & quidem in ciuitate creditoris, & ex eius loci hominibus: idq́; ſi ex conuentione fideiuſſor dandus eſt, num. 49.*

50. *Actus in loco aliquo celebratus, in dubio de illius loci hominibus intelligitur.*

51. *Re hoc pacto vendita, vt precium in emptionem prædij conuertatur, eo loci prædium emi debet, vbi res vendita ſita eſt.*

52. *Qui ex legis diſpoſitione ſatiſdare tenetur, vt tutor, &c. ſi non facilè illo in loco ſatiſdare poteſt, audiendus erit, ſi ex eiuſdem prouinciæ alia ciuitate ſatiſdare paratus ſit.*

53. *Fideiuſſio ſtipulatione contrahitur: declaratur num. 55. 56. 59. ſ. 49.*

54. *Fideiuſſio actus Iuris ciuilis eſt.*

55. *Fideiuſſio nudo pacto contractibus appoſita illorum contractuum naturam non aſſumit.*

57. *Solennitas intrinſeca ſemper præſumitur adhibita.*

58. *Verbum, fideiubeo, hanc habet effectum, vt proferentem omni meliori modo obliget.*

60. *Si probatum fuerit, tempore contractus partes fuiſſe præſentes, adeò ſtipulatio præſumitur, vt ne in contrarium probatio admittatur.*

61. *In obligatione fideiuſſoria verba debent eſſe idonea & perſpicua.*

62. *Inter abſentes, per epiſtolam, vel ſcripturam priuatam fideiuſſores validè non obligantur: ſicuti nec per nuncium, num. 65.*

63. *Scriptura non eſt de ſubſtantia fideiuſſionis, ſicut nec conſuetudinis. nu. 64.*

66. *Alieni facti promiſſio neminem obligat.*

67. *Fideiuſſor ex contractu principalis non obligatur, ſed ſuo nomine obligatur.*

68. *Fideiuſſor propriè debitor dicitur, & nu. 124. in medio.*

69. *Fideiuſſio non eſt bonæ fidei, ſed ſtricti iuris.*

70. *Solutione facta, fideiuſſori actiones non ceduntur.*

71. *Mandatarius, ſi ſoluit, non liberat debitorem: ideò petit ſibi cedi actiones quandocunque.*

72. *Fideiuſſor dotis etiam nudo pacto obligatur: Sic & fideiuſſor piæ cauſæ. nu. 73. Reipub. nu. 74.*

75. *Fideiuſſores à tutoribus nominati, ſi præſentes fuerunt, nec contradixerunt, & nomina ſua ad acta publica referri paſſi ſunt, non ſecus tenentur, ac ſi ſtipulatio interueniſſet: alij hanc fictam eſſe ſtipulationem volunt. nu. 77.*

76. *In Iudicio quod agitur, omnem ſolennitatem ſuperat.*

78. *Dictio, perinde, fictionem denotat.*

79. *Notarius publicus ſi ſcripſiſſet, ex affirmatione partium aliquem fideiuſſiſſe, notarius tamen non præſens fuiſſet, ſtipulatio interpoſita non præſumitur.*

80. Fi-

80. Fideiuſſio & purè, & ſub conditione, & ad tempus, & ex tempore certo contrahi poteſt.

81. Prorogatio termini an liberet fideiuſſorem.

82. Qui ſub hac conditione intercedit, ſi reus non ſoluerit, ego tenebor, tum tenetur, quando vel reus fuit interpellatus, vel alio modo in mora conſtitutus, vel ſi is deceſſerit, & talis conditionalis fideiuſſor habet beneficium excuſſionis. 83.

84. Fideiuſſor ad plus vel durius, quàm principalis, non obligatur: quod & in conſtituente obtinet. nu. 85.

86. Fideiuſſoria obligatio eſt acceſſoria principali.

87. In acceſſione non plus eſſe poteſt, quàm in principali.

88. Quatuor modis durius quis obligatur, re, cauſa, tempore, loco, quod declaratur nu. 89.

90. Vtrum fideiuſſor in duriorem cauſam, vel maiorem ſummam acceptus, ad eam ſaltem quantitatem, quam debet principalis, obligetur: Negatiua ibi: Affirmatiua num. 94. Diſtinctione opiniones iſtæ conciliantur. nu. 96.

91. Tractatus fideiuſſionis eſt actus indiuiduus.

92. Vbi actus eſt indiuiduus, reſpectu formæ, vtile per inutile interdum vitiatur.

93. Nulla eſt Imperatoris Conſtitutio, nullum ICti reſponſum, quod dicat, fideiuſſorem in duriorem cauſam acceptum, teneri ad concurrentem ſummam.

95. Vtriuſq; tum fideiuſſionis, tum conſtituti par eſt ratio, ergo idem ius ſtatui debet.

96. Si promiſſio fideiuſſoris alia eſt atq; diuerſa ab obligatione rei, tunc fideiuſſor omnino non obligatur, & num. 101. ſi non eſt alia atq; diuerſa, obligatur ad concurrentem ſummam. nu. 98

97. Plus eſt purè quàm ſub conditione obligari.

99. Maiori ſummæ ineſt minor.

100. Lectio l. Græcè §. illud. de fideiuſſ. ab Haloandro reſtituta.

102. Ratione optionis adempta durius quis obligatur: item ratione loci, vt ſi reus purè, fideiuſſor cum adiectione loci ob-

ci ob-

ei obligetur. num. 103. item ratione cauſæ. nu. 104. item ratione temporis ſeu maturioris ſolutionis. num. 105.

106. *Fideiuſſor arctius ſeu efficacius, quàm principalis obligari poteſt, veluti cum iuramento.*

107. *Vtrum fideiuſſore in duriorem cauſam cum Iuramento accepto, fideiuſſio valeat in excedente quantitate, vel ſaltem in concurrente?*

108. *Iuramentum eo modo facit valere actum, quo poteſt: omnemq́; difficultatem tollit.*

109 *Ex opinione Couarruuiæ, ratione Iuramenti fideiuſſio valet in vim nudi pacti, quod efficax ſit Iure Cano. & ciuili, & in quantum fideiuſſor tunc teneatur, nu. 110.*

111. *Fideiuſſor iuratò interueniens, non ad plus, ſed ad concurrentem tantùm quantitatem obligatur, declaratur nu. 113. limitatur 114.*

112. *Iuramentum contractui adiectum hoc efficit, vt contractus in ſua forma & natura firmior ſit, non vt à natura ſua degeneret.*

115. *Iuramentum bonis moribus & ſaluti non aduerſarium ſeruandum.*

116. *Fideiuſſor ad intereſſe obligare ſe poteſt, licet principalis ad factum tantùm ſe aſtrinxiſſet.*

117. *Fideiuſſor ad vſuras, certam pœnam vel factum ſe obligare poteſt, licet debitor non ſit obligatus: qua in re diſtinguit Bartolus nu. 118.*

119. *Fideiuſſor ad obſtagia ſe obligat,* zur leiſtung.

120. *Obſtagia ſunt ſpecies ſeruitutis, vel quidam priuatus carcer: ſunt perniciosa Reipub. ſumtuoſa fideiuſſoribus, exitioſa reis, laborioſa magiſtratibus, ad ſolutionem remora nu. 121. & anno 1577. per Cameram Imperialem publica lege interdicta. nu. 122. iam adhuc tanquam vlcus in corpore toleranda ſunt, donec generali prohibitione Imperatoria abrogentur. nu. 123.*

124. *Obſtagiorum vſus quomodo aliquatenus excuſari poſſit.*

125. *Pœna facto adiecta non valet.*

126. Ob-

126. *Obſtagia quatenus heredes obligent: remiſſiuè.*

127. *Fideiubens de aliquo ſiſtendo, toties, quoties requiretur, ſi requiſitus eum non ſtiterit, non ſolum ad pœnam fiſco, ſed & parti ad intereſſe tenetur.*

128. *Fideiuſſor poteſt interuenire pro eo, qui ex ſtatuto prohibetur obligari: item pro pupillo, prodigo, furioſo, num. 129.*

130. *Fideiuſſor pupilli, qui abſq; auctoritate tutoris compromiſit, ad pœnam obligari poteſt, pupillus non poteſt.*

131. *Fideiuſſor instrumento guarentigionato obligari poteſt, licet reus ita non ſit obligatus.*

132. *Fideiuſſor cum pignore, reus ſine pignore obligare ſe poteſt: Item non ſolum ſequi, ſed & precedere obligationem, atque in futurum ſe obligare poteſt. num. 133. ita tamen vt ſaluum habeat excuſſionis beneficium, nec obligatio prius in fideiuſſore, quàm in principali effectum habeat. nu. 134.*

135. *Si principalis non ſit obligatus, multò minus fideiuſſor.*

136. *Fideiuſſor in genere, in perpetuum, pro omni contractu ſe obligare poteſt.*

137. *Fideiuſſor inuito creditore mutari non poteſt: quod declaro non ſolum in fideiuſſore dato, ſed etiam ſaltem promiſſo. 138. contra com. opin. quam malè defendit Eman. Suarez. num. 139. niſi fideiuſſor datus vel dandus mortuus ſit. nu. 142.*

140. *Aliud pro alio inuito creditore dari, praeſtari, fieriue non poteſt, nec creditor debitorem aut obligationem in re aliqua ſibi conſtitutam mutare cogendus eſt.*

143. *Fideiuſſorem dare obligatus, dando pignora non liberatur contra communem: quæ nunquam fuit recepta. nu. 147. & refutatur nu. 148. 149. 150.*

144. *Creditor ſuſcipere onus atq; periculum cuſtodiendi pignora non tenetur: quorum damna, ſi quæ medio tempore acciperent, reſarcire cogeretur.*

145. *Fœnerator, qui minus accuratè res pignoratas, à tineis a-*

V liiſq;

liisq́ aſſeruaueris, propter negligentiam ad emendationem tenetur.

146. Magis grauatus eſt, qui dare fideiuſſorem, quàm qui dare pignora tenetur.

148. Quod mihi non nocet, & alteri prodeſt, benignè praſtandum.

149. Nemo alteri cum ſuo damno vel periculo benefacere debet: nec in efficio contrarium eſt, ita alium iuuare, vt te ſerues indemnem.

150. Ordinata charitas incipit à ſe ipſa: & proximus egomet mihi.

151. Debitor, pignore ſemel dato, pignus reuocare, & in locum pignoris fideiuſſorem dare inuito creditore non poteſt.

152. Accipiens ab initio fideiuſſorem minus idoneum petere non poteſt, vt de nouo ſibi caueatur: idq́; ſiue ſciens, ſiue ignorans nu. 155. quod tamen improbatur nu. 158.

153. Qui cum alio contrahit, eius approbare conditionem intelligitur.

154. Aduerſarium qui citari in iudicium curauit, eo ipſo licet inhabilem adeò approbat, vt deinde eum repellere non poſſit.

156. Paria ſunt, eſſe vel eſſe debere ſcire vel ſcire debere.

157. Contra eum, qui non idoneum fideiuſſorem dedit, ad id, quod intereſt, agi poteſt.

159. Iuſta & probabilis ignorantia excuſat: nec cuiquam nocet in contractibus, tranſactionibus, præſcriptionibus, mora, ſolutionibus, condictionibus, delictis, Iudiciis, lucris, damnis, num. 160. 169.

161. Ignorantia interdum probanda eſt, ſi illi præſumtio Iuris aduerſetur: licet aliâs ignorantia ſemper præſumatur, donec ſcientia probetur.

162. Ignorantia quomodo probetur.

163. Fideiuſſori, qui initio idoneus atq; diues fuit, ſi poſtea facultatibus labatur, alius ſurrogari non debet: quod tamen diſtinctione explicatur, num. 164. idq́; non ſolum ſi officio

ficio Iudicis, ſed etiam, quando voluntate atq; conuentione partium fideiuſſores dantur, nu. 165. 166. 170.

167. *Explicatio l. ſi nomen. 4. ff. de hared. vel actio. vend.*

168. *Explicatio l. pupilli. 96. §. ſoror. 2. de ſolutio.*

171. *Si fideiuſſor, ratione dotis, ſoluto matrimonio datus, non ſoluendo effectus fuerit, noua fideiuſſio peti poterit.*

172. *Dolus dans cauſam nouationi & liberationi, reddit actum ipſo iure nullum.*

173. *Fideiuſſore iam dato, qui mox fugam arripuit, licet ab initio idoneus fuerit, alius eſt ſufficiendus.*

174. *Duo vel plures rei debendi ſi conſtituantur, is, ad quem pecunia peruenit, loco debitoris principalis, reliqui loco fideiuſſorum erunt: adeò, vt fideiuſſores iſti creditori exigenti beneficium excuſſionis obijcere queant. num. 175.*

176. *Fideiuſſoris officium gratuitum eſſe debet: ideò mercedem ſtipulari non poteſt pro hoc officio: contraria refutantur num. 177. 180. 181.*

178. *A principio in fideiuſſione nihil periculi eſt.*

179. *Non ab euentu ſemper res iudicandæ ſunt.*

180. *Explicatur l. hoc iure. 19. §. Labeo. ff. de donat.*

182. *Pactum legis commiſſoriæ inter debitorem & creditorem pignus accipientem prohibitum eſt: & Iure Saxonico. 183. talis tamen pactio inter debitorem & fideiuſſorem valet, & quomodo. nu. 184.*

185. *Debitor fideiuſſorem ſponte ſua, & ex liberalitate, præſertim iam officio functum remunerari poteſt.*

186. *Multa honeſtè dantur, quæ inhoneſtè petuntur.*

187. *Debitor fideiuſſorem in contractu vel negocio principali ſibi aſſociare poteſt, ſi aliter is intercedere nolit.*

188. *In obligatione incerta & periculoſa fideiuſſor aliquid accipere non prohibetur: ſecus in certa. num. 189.*

190. *Creditor à fideiuſſore aliquid accipere poteſt, vt eum obligatione ſc. dubia & incerta liberet.*

191. *In criminalibus fideiuſſores in omnem caſum ſe obligent,*

& in omnem pœnam, atq; condemnationem, &c. idq; non ſolum pro cauſſa prima, ſed & ſecundæ inſtantiæ. num. 192.

193. *Formula obligationis fideiuſſoriæ in criminalibus.*

194. *Vſu hodie obſeruatur, vt fideiuſſores ſub certa pœna promittant, &c.*

195. *Magiſtratus non idoneos accipiens fideiuſſores, actione ſubſidiaria vtili parti leſæ tenetur: & de quo Magiſtratu hoc ſit intelligendum. nu. 196. 197.*

198. *Extra cauſam pupillarem an hoc procedat.*

QVIBVS obligationibus fideiuſſor adhiberi poſſit, hoc eſt, de materia fideiuſsionis, credo, quantum ſatis eſt, verba nos hactenus feciſſe: oportu-
1 nè ſequitur, vt & de forma, quæ † quaſi reum geſtarum facies eſt, deinceps agamus. Eſt enim iſtud vſita-
2 tiſsimum, vt in quolibet † actu & contractu primum omnium quæratur, vtrum forma omnibus numeris ſit obſeruata: in qua, ſi quid deſideratur, actus ad nihilum redigitur. *l. cum hi. §. ſi pariter. de tranſactio. l. certa forma. C. de iure fiſ. lib. 10. Bald. in l. 1. de lib. & poſthu. Geyl. lib. 1. obſ. pract. obſ. 1. num. 36.*
3 Vnde illud factum, vt, quoties † plura ad perficiendum actum coniunctim requiruntur, non ſufficiat, vnum atque alterum fieri, ſed omnia & ſingula concurrere neceſſe ſit. *l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit decem. de verb. obliga. l. ſi heredi plures. de condit. Inſtit. l. quoties §. cum ita de reb. dub. Pariſ. conſ. 30. num. 37. vol. 1. Geyl. lib. 2. obſ. 19. num. 17. & obſ. 125. num. 8.* Ordinis cauſa, & vt rectius iſthæc percipiantur, certis concluſionibus iſthoc in capite progrediemur.

PRIMA CONCLVSIO.

Superius primo capite circa finem, & ſecundo à prin-
4 cipio diximus, & facultate † & conueniendi facilitate idoneum fideiuſſorem eſſe dandum, *per l. 3. ff. de fideiuſſ. l. 2. l. ſi fide-*

fideiuſſor. 7. qui ſatiſda. cog. l. 1. ſi quis in ius vocan. Eclog. Bar. lib. 7. tit. 14. cap. 2. Idoneum autem eſſe probandum eſt: nec in dubio præſumitur: Alexan. conſ. 37. incip. Viſo. nu 3. vol. 2. per l. ſi verò. §. qui pro rei. ff. qui ſatiſda. cog. & ibi gloſſ. Iacob. Butrigs. in l. actor. ad. fin. C. de probat. Maſcar. de probat. vol. 2. concluſ. 782. nu. 2. Coler. in proceſ. execut. part. 1. cap. 6 num. 147. cum ſit qualitas extrinſeca: licet dici poſsit, idoneũ quemlibet præſumendum eſſe. Scribit tamen Bartolus, vt, ſiue aſſerens ſit, ſiue negans fideiuſſorem idoneum, ſi illa aſſertio vel negatio ſit fundamentum intentionis, illud probare teneatur, Bart. in d. l. ſi verò. §. qui pro rei. nu. 6. per gl. ibid. Maſcard. d. concluſ. 787. nu. 3.

Primò igitur declaramus hanc concluſionem, vt ido-
5 neum † fideiuſſorem æſtimemus eum, qui bona poſsidet immobilia, adeò, vt ſi tantum immobilium non habeat, licitè repudiari poſsit, per. d. l. 2 & l. ſciendum pen. ff. qui ſatiſda. cog. l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum. de verbo. oblig. Specul. tit. de ſatiſd. §. dicto. verſ. ſed ſi ſcholaris. Bald. in c. coram. col. fin. de offic. deleg. Angel. Caſtrenſ. Alex. nu. 5. & Iaſ. num. 1. in d. l. 2. Immobilium
6 autem † ita ineunda eſt ratio, vt vel cauſæ vel rei, quæ in fideiuſsione eſt, magnitudini atque valori reſpondeant, d. l. 2. & ibi Ludou. Roman. §. ſed & propter paupertatem. & ibi Accurſ. Inſtit. de excuſa. tut. vel curat. Damboud. de tut. & curat. mun. cap.
7 6. num. 28. 29. Id quod iudicis † arbitrio, quemadmodum & totum id, an ſc. fideiuſſor pro idoneo haberi debeat, relinquendum eſt, Bald. in l. vniuerſa. num. 3. C. de precib. Imp. offer. Menoch. de arbitr. Iud. quæſtio. caſu 142. nu. 2. 4. Borgnin.
8 Caualca. de vſufr. mul. relict. nu. 147. & quidem illa bona † immobilia in loco iudicij, vel contractus, vel vbi de negocio tractatur, ſita eſſe debent, Accurſ. in §. ſuſcepto. in Auth. de exhib. reis. DD. in l. 1. ſi quis in ius vocat. Paul. de Caſtr. in l. filiusfam. 14. vbi hanc cautelam obſeruatu dignam commendat. ff. qui ſatiſda. cog. Bart. in l. fin. C. de principal. agent. in reb. lib. 12. Hippol. de fideiuſſ. nu. 227.

Hæc declaratio reſtringitur ſequentibus modis ab

Hippolyto *nu. 246. cum ſeqq. poſt Iaſ. in l. ſciendum. ff. qui ſatiſda. cog. nu. 1. cum ſeqq.* qui licet de reo ipſo principali loqua-
9 tur, vt is poſsidens † immobilia, ſatiſdare nihilominus cogatur, ad fideiuſſorem tamen ea rectè porrigi queunt, *Iaſ d. loc. Bart. & Accurſ. in d. §. ſuſcepto. in Auth. de exhib. reis, Coſtal. in d. l. ſciendum.*

I. Reſtringitur, quamuis actor immobilia habeat, ta-
10 men ſatiſdationem † de proſequenda lite ſecundum præſcriptum *Auth. generaliter. C. de epiſ. & cler.* præſtare tenebitur. *Iaſ. in d. l. ſciendum nu. 1. poſt Bart. in l. de die. §. quidam. in fin. qui ſatiſd. cog. Hippol. nu. 246.*

II. Reſtringitur: miſsione in poſſeſsionem propter
11 contumaciam † facta, iuxta *l. ſi quis emtionis. §. pen. C. de præſcript. 30. anno.* ſi reſtitui ſibi poſſeſsionem intra annum contumax petit, ſatiſdare iudicio ſiſti compellitur, licet bona immobilia teneat, *gloſſ. ſing. in §. ſi verò etiam quidam iurent. in Auth. de exhib. reis. Iaſ. in d. l. ſciendum. num. 2. Hippol. num. 247.*

12 III. Reſtringitur in abſente, † qui quidem perſonaliter vel verbaliter citatus eſt, cui ſatiſdatio de ſiſtendo incumbit: talem poſſeſsio bonorum immobilium non excuſat, quo minus huiuſmodi ſatiſdationem præſtet. *Iaſ. in d. l. ſciendum. num. 2. poſt Fulgoſ. in rub. ff. de in ius vocand. Hippol. num. 248.*

13 IV. Reſtringitur in ſatiſdatione de iudicatum † ſoluendo, à qua poſsidens immobilia non liberatur. *Iaſ d. nu.*
14 *2. Hippol. nu. 249.* quod aliter obſeruatur in prouincijs † Saxonicis *ex conſtit. Electo. Auguſti 5. part. 1.* & rectè: niſi quis forſan putet, poſſeſſorem immobilium, durante lite, damnum incurrere, & bona ſua abligurire poſſe.

V. Reſtringitur in eo, cuius bona immobilia in loco
15 † ruinoſo ob aquarum inundationes ſita ſunt: hic enim propter caſum vel imminens periculum creditor, vel is, cui cautione opus eſt, in tuto ſatis non eſt. *Iaſ. d. nu. 2. poſt Bart. in loco ibi allegato. Hippol. nu. 250.*

VI. Re-

16 VI. Reſtringitur, quando illa immobilia † ſterilia
ſunt, *Iaſ. d. lo. Hipp. nu. 251.* quod mihi tum verum videtur,
ſi illa bona propter ſterilitatem & prouentuum tenuitatem
litis, vel rei, qua de agitur, æſtimationem non ſuſtinerent.

17 VII. Reſtringitur, quando illa bona † vilia atque te-
nuia ſunt. *Iaſ. d. loc. Hipp. num. 251.* id quod ex præcedenti
reſtrictione dependere videtur.

VIII. Reſtringitur, quando quis poſsidet bona im-
18 mobilia in alieno † territorio. *Iaſ. d. loc. & in §. 1. d. l. ſcien-
dum. Hipp. nu. 253.* quod & conſtitutione Electorali Saxoni-
ca ſancitum eſt, *d. part. 1. Conſtit. 5.*

19 IX. Reſtringitur in eo, qui abſque † titulo & abſque
bona fide immobilia tenet. *Iaſ. d. loc. Hippol. nu. 254.*

20 X. Reſtringitur in cauſis † criminalibus, in quibus et-
iam locupletem à conſtituendis fideiuſſoribus non excuſari
volunt, *Bald. Roman. Iaſ. & DD. in d. l. ſciendum. per l. 1. & l. ſi*
21 *quis reum. ff. de cuſto. reo. Hipp. nu. 255.* quod Iure Saxo. † ſe ali-
ter habere videtur *ex art. 5.* Landtrecht *lib. 2.* vbi ſcribitur:
Wer eigens alſo viel hat / das es beſſer iſt denn ſein wehrgeldt/
in dem Gericht/ darinnen er beſeſſen iſt / der darff keinen bür-
gen ſetzen/ ob man jhnen im Gericht peinlich beklage. Hoc eſt:
qui tantum in loco iudicij in bonis habet, quantum poſsit
excedere VVergeldium, ille fideiuſſorem dare cogendus
non eſt: tametſi criminalis aduerſus eum inſtituta fuerit
actio.

22 XI. Reſtringitur, qui poſsidet res immobiles † litigio-
ſas, vel de quibus inter ipſas partes controuerſia eſt, *d. l. de
die. §. quidam. l. Iulianus. qui ſatiſda. cog. Iaſ. d. loc. Hippol. num.
256.*

23 XII. Reſtringitur in cauſa † naufragij, *ex l. ne quid. 7.
verſ.* à Domino quoque poſſeſsionis, in qua id amiſſum di-
catur, ſatis accipi, ne cognitioni deſit, præcipitur. *ff. de incend.
ruin. naufrag. Iaſ. d. loc. Hipp. nu. 257.*

Secundò declaramus concluſionem, ſi debitor princi-
24 palis in re ſit † lauta, & diuitijs conſtitutus, vt fideiuſſor
etiam

etiam tenuioris fortunæ pro idoneo ſit habendus. Illius enim
opulentia huius tenuitatem habilem reddit atque ſuſtinet,
atque vtriuſque ferè bona quoad hunc actum aggregan-
tur, *Paul. de Caſt. Roman. Alex. nu. 4 Iaſ. num. 5. in l. 2. qui ſatiſd.
cog. per l. mulier. cum gloſſ. in verb. præſtitiſſe. C. de iure dot. l. tam
dementis. C. de epiſc. and. l. ſi quis ſtipulatus. § fin. de verb. oblig. l. 1.
§. ſi Magiſtratus. & ibi Bald. de Magiſt. conuen. Hippol. num. 228.
vbi communem appellat. & num. 179. Franciſ. Viuius in lib. commu.
opin. in verb. fideiuſſor non eſt idoneus. num. 4.* Cum & aliàs fa-
25 cultatibus † manifeſtè idoneus ad nullam ſatiſdationem te-
neatur, *arg. Auth. cui relictum. C. de indict. vidui. toll. verſ. ſi
perſona eſt idonea, & ibi Paul. de Caſt. & Iaſ. in l. 1. nu. 17. qui ſa-
tiſd. cog. & in l. diuortio. §. 5. interdum. verſic. adde ad diem. ff. ſolut.
matrim. Hippol. nu. 228. Damboud. de tuto. & curat. mun. cap. 6.
26 nu. 27.* quamuis vel ex legis, † vel ſtatuti diſpoſitione ſa-
tiſdatio iniungatur. *Iaſ. in d. l. 1. nu. 17. Hippol. num. 228. Dam-
boud. nu. 38. cum ſeqq.* vbi huius rei rationes adducit aliquot.

Tertiò, declaramus concluſionem in fideiuſſore, qui
27 neceſſarius † & ſanguine iunctus eſt principali, veluti pa-
rens, patronus, filius, &c. vt & is pro idoneo fideiuſſore
ſit cenſendus, *l. 1. 2. 3. ff. in ius vocan. vt eant. l. 2. §. prætor ait:
qui ſatiſda. cog. Bartol. in d. l. ſciendum. in fin. princ. Iaſ. d. l. 2. num.
17. Curtius Iun. conſ. 257. nu. 28. volu. 3.* Rationem afferunt,
28 quia leges nequaquam † præſumunt, fore, vt conſangui-
neus conſanguineo aliquid detrimenti, fraudulento iudicio,
atque damnoſa fideiuſsione ſit allaturus. *Accurſ. & DD. in d.
l. 1. in ius vocat. vt eant. Hippol. num. 229.* quod equidem inter
ipſos conſanguineos non improbo: ſed an eo ipſo credito-
ri extraneo, vel cuius intereſt, omnino ſatisfieri poſsit, ad-
eò, vt nullo is damno, præſertim, ſi fideiuſſoris res ſunt ac-
ciſæ & diminutæ, afficiatur, dubium apud me eſt magnum:
& qui talem fideiuſſorem conſanguineum, non prius ſatis
exploratum accipiat, hodie arbitror fore neminem, nec vt
29 accipiat vlla ratione adigendus erit: cum tutius † ſit non
credere, quàm periculoſe credere.

Quartò

30 Quartò declaramus concluſionem, ſpectatæ † fidei, probitatis, atque vitæ integritatis hominem licet pauperem pro idoneo fideiuſſore exiſtimandum eſſe, *Paulus de Caſt. in l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum §. fin. de verbor. obligat. facit l. ſuſpectum. ff. de ſuſpect. tuto. Iaſo. in d. l. 2. num. 5.* Sed iſtud meritò ab Alexandro *in d. l. 2. in princ qui ſatiſda. cog.* reprobatur: propter periculum, quod per ſucceſsionem hæredis, qui interdum a defuncto vel ſuo anteceſſore degenerare ſolet, ipſi creditori inde naſci poſsit: cui rectè aſtipulatur *Hippol. num. 239.*

Quintò declaramus concluſionem, vt & is fideiuſſor
31 idoneus ſit, qui licet immobilibus careat, ea tamen † mobilia in loco contractæ fideiuſsionis poſsidet, quæ & facilè amoueri vel aſportari nequeunt, & ad præſtandam rem, de qua agitur, ſufficiunt: exemplum ponunt in eo, qui inſtructam haberet bibliothecam: item qui multa habet nomina debitorum, *Bartol. num. 5. & DD. in d. l. ſciendum. Hippol. num. 240. poſt DD. ibi relatos. Iulius Clar. in pract. crim. §. fin. q. 46, verſ. cæterum debet.* vbi ita obſeruari ſcribit.

32 Sextò declaratur in eo, qui multa iura † debitorum habet: quod enim eſt in iure ſeu obligatione, in patrimonio eſſe dicitur. *Bald. in l. facere poſſe. ff. ſolut. matrimon. Hippol. num. 243.*

33 Septimò, poſsidens bona immobilia in euentum † conditionis, vel mortis reſtitutioni ſubiecta, fideiuſſor idoneus habetur, *Hippol. nu. 261. poſt DD. in d. l. ſciendum. in §. ſi fundus. & ibi Iaſ. nu. 3.*

34 Octauò declaratur in fideiuſſore ab ipſo teſtatore † dato ſeu conſtituto: qui propter iudicium teſtatoris ſatis idoneus eſt, quamuis fortunæ ipſius ſint tenuiores, *Bald in l. 1. col. pen. de vſufruct. & in l. ſi pro ea. col. 1. C. manda. Alexand. in l. tribus. de vſufruct. ear. rer. quæ vſu conſum. Hipp. nu. 244.*

35 Nonò declaratur, vt in † contractibus facilius quis pro idoneo fideiuſſore, licet difficilius conueniri poſsit, ſit æſtiman-

mandus, quàm in iudicijs, vt eſt fideiuſſor iudicio ſiſti. *Alex. & Iaſ. in d. l. 2. Hipp. nu. 240.*

36 Decimò declaratur in caſu, quo plures † ob delictum
commiſſum (cui pœna pecuniaria conſtituta eſt) inquiruntur, vt alter pro altero fidem ſuam obligare poſsit: *Bartol. in l. Romanus. 28. ff. de tuto. & curato. dat. ab his. in fin. per illum tex. & ibi Bald. Iohan. de Imola in l. reos. in princ. de duob. reis. Hippol. num. 268.* modò aliàs ſit ad fideiubendum habilis, nec ſuſpectus. *gl. in Auth. de exhib. reis. §. ſuſpecto verò. addit. ad Bart. in d. l. Roman. in verb. fideiubere.*

Vndecimò declaratur, vt & nonnunquam ob reie-
37 ctos † idoneos fideiuſſores actio iniuriarum competat, *l. ſi verò. 5. §. 1. & ibi Bart. Iaſ. nu. 4. & DD. ff. qui ſatiſda. cog. Gomeſ. tom. 3. variar. reſolut. cap. 9. num. 8. Damhoud. in pract. crim cap. 20. num. 2. Fulgeo. in ſum. crim. rub. 13. de fideiuſſ. §. 2. num. 7. de*
38 *quo ſupra cap. 3. num. 265. diximus.* ſicut & pœnale † iudicium
quinquaginta aureorum conſtitutum eſt in eum, qui neceſſariam perſonam fideiuſſorem ſciens non acceperit, *l. 2. ff. in ius vocat. vt eant.*

Cum fideiuſſorem non minus facilitate conueniendi,
quàm opibus idoneum æſtimari ſupra memorauerimus:
39 qua in re potiſsimum vel loci, † vel priuilegij, vel iuriſdi-
ctionis, vel perſonæ habenda eſt ratio: ideò aliquot concluſionis noſtræ limitationes ſubijciemus, ex quibus facilè intelligi poterit, quæ perſonæ vſquequaque ad fideiubendum non ſint idoneæ.

40 Primò igitur limitamus, ratione loci, vt ſi fideiuſſor †
eſt in loco aliquo munitiſsimo, caſtro, arce, vbi difficilius adiri poſſet, vt pro idoneo habendus non ſit. *Bart. in l. 2. in princ. & nu. 1. ff. qui ſatiſda. cog. per l. 1. in fin. cum l. ſeq. ff. de alien. iud. muta. cauſ. fact. Fulgeo. in d. §. 2. nu. 1. Hipp. nu. 257. Damhoud. de tuto. & curat. inun. c. 6. nu. 31.*

Secundò limitamus ratione iuriſdictionis ſeu fori, ſi
41 nempe ex alieno † ſit territorio, qui fori præſcriptione vti
poſſet, quapropter ad fideiubendum idoneus non eſt. *l. 1.*

ſi quis

ſi quis in ius voc. non ierit. l. ſi fideiuſſor. 7. qui ſatiſda. coga. Alex. in d.
42 *l. 2. Fulgeo. d. §. 2. Hippol. nu. 258.* niſi ſuo priuilegio † ſpecialiter renunciauerit. *d. l. 1. ſi quis in ius voca. non ierit. Fulgeo.*
43 *d. §. 2.* quod ſolum obtinere † volunt in fideiuſſore iudicio ſiſti, non in alijs. *Alex. in l. 1. ſi quis in ius vocat. non ierit. Hippol. num. 258.*

Tertiò limitamus ratione priuilegij, quale eſt clerici,
44 † vel ſtudioſi, qui pro idoneis fideiuſſoribus nequaquam cenſentur. *gloſſ. 1. & Bartol. in d. l. 2. in princ. Fulgeon. d. §. 2. nu. 1. Hippol. num. 257. Damhoud. d. nu. 31.* Sicuti & mulieres, pupilli, minores, milites, &c. de quibus ſupra *cap. 2.* abundè diximus.

45 Quartò limitamus, vt neq; homo ſeu procurator † rixoſus, ſeu cauilloſus, quantumuis diues, idoneus fideiuſſor exiſtimetur, *Bartol. in d. l. 2. num. 2. & ibi Pet. Coſtal. Iaſ. in §. item ſi quis. nu. 69. 70. Inſtit. de actio. Hippol. nu. 257. Damhoud. d. c. 6. num. 32. Natta conſ. 143. nu. 10.* & Franciſ. Viuius *in com. opin. lib. in verb. fideiuſſor non eſt idoneus. nu. 2.* refert, ſe ſecundum hanc doctrinam in facti contingentia in ciuitate Therami, dum ibi Iudicis criminalis munus obiret, quendam Horatium Delphicum ciuem & procuratorem tanquam minus idoneum fideiuſſorem declaraſſe. *facit text. in l. 2. de alien. iud. mut. cauſa fa.*

Quintò limitamus in eo, qui licet immobilia habeat,
46 ea tamen † pignori obligauit alijs, ita, vt tantum non ſuperſit, quo nouo creditori ſatisfieri poſsit, *per text. in l. qui habebat. 101. ff. de lega. 3. l. Legata. de ſupell. lega. Alex. in d. l. ſciendum. §. poſſeſſor. qui ſatiſda. cog. Iacob. de Arena & Iohan. de Imola. in l. 1. §. per ſeruum. de acquiren. poſſeſſ. Hippol. de fideiuſſ. nu. 258.*

47 Sextò limitamus in potentiore, † cuius potentia facultatem exactionis difficiliorem redderet, ideò fideiuſſor idoneus non eſt, vt & alius quilibet, qui difficulter conueniri poteſt, licet immobiles res, prædia, & id genus alia poſsideat, *Bald. in l. fin. C. de fideiuſſo. Bart. in l. fin. in fin. ff. qui ſatiſda. cog. Iaſ. in l. 2. nu. 24. ff. ſolu. matrimo. Hippol. nu. 259.*

cum potentioribus pares eſſe nequeamus, *text. in l. quia etiam. de aliena iudic. mut. cau. fa. l. nam Magiſtratus de arbit. l. 1. §. pen. de aqua plu. arcen. Hippol. nu. 260.*

SECVNDA CONCLVSIO.

48 Fideiuſſorem qui dare tenetur, non alio loco † dare poteſt, quam vbi contraxit & promiſit, & quidem in domicilio vel ciuitate, vbi creditor habitat, & ex eiuſmet loci hominibus. *d. l. ſi fideiuſſor. 7. § ſi neceſſaria. & ibi Bartol. Iaſ. DD. & præſertim Alex. ibi. num. 3. qui in facto ſe ita conſuluiſſe ſcribit. ff. qui ſatiſda. cogan. Afflict. in 2. part conſtit. reg. rub. 10. num 6. Iul. Clar. in pract. crim. quæſt. 46. verſ. Pone quod Papienſis. Hippol. nu. 262. Gomeſ. num. 6. & reputat ſingul. Rodericus Suares in repetitione l. poſt rem iudicatam. de re iud.*

49 Primò declaro, vt locum habeat, ſi ex voluntaria † conuentione partium quis præſtare fideiuſſorem teneatur. *d. l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria.* Nec enim (inquit Vlpianus) meretur, qui ipſe ſibi neceſsitatem ſatiſdationis imponit: atque hoc actum tacitè inter contrahentes intelligitur: nam a-

50 ctus † in aliquo loco celebratus, in dubio de illius loci hominibus intelligendus eſt, *Angel. in l. ſi cum exceptione. §. in hac. ff. quod met. cauſ. Hippol. nu. 263.*

Secundò declaratur atque infertur: ſi quis rem ali-

51 quam † hoc pacto vendat, vt, quo magis cautum ſit ob euictionem emtori, precium in emtionem prædij conuertatur: hoc caſu venditor alio in loco prædium emere non poteſt, quàm vbi res vendita ſita eſt: namque hoc tacite inter eos conueniſſe præſumitur, vt pecunia in emtionem prædij conuerſa ſuccedat in locum rei prius venditæ *per d. §. ſi neceſſaria. & ibi Iaſ. nu. 2. poſt Alexand. ibid. Hippol nu. 262. Gomeſ nu. 6.*

52 Limito concluſionem in neceſſaria ſatiſdatione, † ſi videlicet ex legis diſpoſitione, vt tutor, curator, Vſuſfructuarius, vel alius quiſpiam fideiuſſorem dare teneatur, quo caſu, ſi reus non facile ibi, vbi conuenitur, ſatiſdationem

præ-

præſtare queat, audiendus erit, ſi in alia eiuſdem prouinciæ ciuitate ſatiſdationem præſtare paratus ſit. *d. l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria* modò vterque locus, ſeu vtraque ciuitas vnum eundemque præſidem ſeu dominum agnoſcat. *Iaſ. in d. §. ſi neceſſaria. num 7.8.* qui tamen hoc etiam ad diuerſas, ſed tamen proquinquas prouincias extendere videtur Ac Elector Sax. in ſuis conſtitutionibus promulgauit: Der ſo vnter vns güter hat/ vnd gnugſam in vnſern Landen beſeſſen / ſol den vorſtand für die expens vnd zur wiederklage zubeſtellen nicht ſchüldig ſein / ob er gleich vnter dem Gerichte / dafür er beklaget / ſonſten nicht ſeßhafftig / So ſol er auch nicht gedrungen werden / einige gunſt vber die güter von den Gerichten / darunter ſie gelegen / zum vorſtand auszubringen / hoc eſt: Qui in prouincijs ſeu territorio noſtro bona immobilia poſsidet, cautionem pro expenſis & reconuentione præſtare non tenetur, quamuis in loco iudicij bonorum nihil habeat: neque etiam conſenſum illius Magiſtratus, ſub quo bona ipſius ſita ſunt, impetrare compellendus erit, *part. 1. conſt. 5.*

TERTIA CONCLVSIO.

Ad formam fideiuſsionis in primis pertinet, vt ſolen-
53 nis † ſtipulatio interneniat, hoc eſt, vt fideiuſſor verbis obligetur, præcedente interrogatione, & reſponſione mox ſequente, *l. blanditus. 12. C. de fideiuſſo. l. ſtipulationum aliæ. 5. §. ſatis acceptio. 2. ff. de verb. obliga.* nec enim aliter fideiuſsio conſiſtere poteſt, *Bald. in d. l. blanditus. Bologne. in l. ſi ſcendum. nu. 45. ff de verb. oblig. Hart. Hartma. lib. 2 practic. forens. tit. de fi-*
54 *deiuſſo. 29. obſ. 4.* Vnde iure ciuili † introducta eſſe perhibetur, *Zaſius in d. l. ſtipulationum aliæ. §. ſtipulatio autem. de verb. oblig. Hart. Hartman. d. obſer. 4. in fine.* quia & ſtipulatio actus Iuris ciuilis eſt. *§. de conſtituta. 9. Inſtit. de actio.*

Hanc concluſionem declaro primò procedere, vt
55 ſiue debitor † principalis re, ſiue verbis, ſiue literis, ſiue conſenſu ſit obligatus, fideiuſſor tamen ſtipulando

ſolum, obligationi ſe obnoxium faciat. *§. fin. Inſt. de fideiuſſo. d. l. blanditus. 12.* Quare fideiuſsionem nudo pacto contractibus appoſitam, illorum contractuum naturam nequaquam induere, nec ab illis fomentum accipere, *poſt Bald. in l. ex placito. in 17. quaſt. C. de rer. permut. rectè animaduertit Iaſ. in d. l. ſtipulationum aliæ. §. ſatis acceptio. nu. 5. de verb. oblig. & fuſius tradit Hippol. de fideiuſſo. nu. 356. vſq; ad nu. 362.*

56 Secundò declaro, ſiue in publico, † ſiue in priuato inſtrumento ſcriptum ſit, aliquem fideiuſsiſſe, vt præſumatur ſolennis ſtipulatio interueniſſe, & omnia ſolenniter acta eſſe, quæ requiruntur, vt interrogatio, reſponſio, partium præſentia, actus continuus, &c. *l. 1. C. de contrah. ſtip. d. l. ſciendum. & ibi Accurſ. & DD. de verb. oblig. d. l. blanditus. & ibi Bald. Menoch. de præſumt. lib. 3. præſumtio. 132. nu. 4. Modeſtin. Piſtor. vol. 2. conſilior. conſ. 1. nu. 31.* Solennitas enim
57 intrinſeca, † cuiuſmodi in fideiuſsione eſt ſtipulatio, ſemper adhibita præſumitur, *Bart. in d. l. ſciendum. nu. 2. Alexand. & Iaſ. nu. 1. & nu. 24. Felin. in c. ſicut. nu. 37. de ſentent. & re iudic. Menoch. d. loc. nu. 4. Maſcar. de probat. concluſ. 781. num. 11.*
58 Eſt igitur illud verbum, Fideiubeo, † tantæ energiæ, vt proferentem omni meliori modo, quo fieri poteſt, obliget, ſiue obligatio in dando, ſiue in faciendo conſiſtat, *Angel. in §. fin. Inſtit. de fideiuſſo. Bartol. in l. ſi quis pro eod. in princip. ff. de fideiuſſo. Hartm. Hartmani. d. lib. 2. pract. for. tit. 29. obſer. 4.*

Tertiò declaro, fideiuſsionem cum ſtipulatione fa-
59 ctam eſſe, adeò præſumi, † quamuis aliâs in inſtrumento ſtipulatio neceſſaria non eſſet, vt in fideiuſſore dotis, piæ cauſæ, Reipublicæ, *Iaſ. in d. l. ſtipulationum aliæ. §. ſatis acceptio. nu. 8. de verb. oblig. Maſcar. d. concluſ. 781. nu. 4. Bald. Nouell. in tracta. dotis. priuil. 2. nu. 11. verſic. in fideiuſſore dotis. part. 6. Menoch. de preſum. lib. 3. præſumt. 5. nu. 9.*

60 Quartò declaro, ſi ſaltem † probatum fuerit, tempore initi contractus partes fuiſſe præſentes, adeò ſtipulationem interceſsiſſe intelligi, vt ne in contrarium probatio admit-

mittatur, *Paul. de Caſtr. in d. l. ſciendum. num. 3. de verb. oblig. Maſcard d. concluſ. 781. nu. 5.*

Quintò declaro, cum fideiuſſor verbis efficaciter de-
61 beat obligari, neceſſarium eſt, verba † eſſe idonea & perſpicua, nullis inuolucris concepta, *§. 2. Inſt. de verb. obl.* Nec refert, Latino, Græco, alioúe quocunque idiomate fideiuſsio contrahatur, *l. Græcè. 8. ff. de fideiuſſ. §. Græcè. Inſt. eo.* dummodo vterque ſtipulantium linguæ intellectum habeat, ſiue per ſe, ſiue per interpretem. *l. 1. §. eadem. 5. ff. de verb. oblig. d. §. 2. Inſtit. eo.*

Sextò declaro, ſiquidem ſtipulatione ſolummodo fideiuſsio contrahatur, ſtipulatio autem præſentiam contra-
62 hentium requirat, conſequens eſt, inter abſentes, † per epiſtolam vel ſcripturam priuatam fideiuſſorem haudquaquam validè aſtringi, *gloſſ ſingul. in l. ſi procuratorem. §. 1. ff. manda. Iaſ. in d. l. ſtipulationum aliæ. in §. ſatis acceptio. num. 6. ff. de verb. oblig. Hart. Hartmani d. obſer. 4.* Etſi verò tota die contingere videamus, vt fideiuſſoriæ obligationes in ſcri-
63 pturam redigantur: illud tamen † non eſt de ſubſtantia huius contractus, ſed eam ſolùm ob cauſam fit, vt, quæ inter partes conuenerunt, facilius per ſcripturam probari poſſint: *per l. eu quæ. & ibi Bartol. ff. de donat. inter vir. & vxor. Barto. in l. Titius. in 2. oppoſ. ff. de conſtit. pecu.* ſicut in ſimili ad eſſen-
64 tiam † conſuetudinis non requiritur, vt ſit ſcripta: in ſcripturam tamen redigi poteſt facilioris probationis gratia, vt traditur *in l. vetuſtiſsimam. vbi Angel. C. de iur. dom. Imp. Maſcar. de proba. concluſ. 425. num. 6. Graſſus comm. opin. lib. 1. quæſt. 1. Connan. lib. 1. comment. Iur. ciuil. ca. 10. nu. 3. 4. DD. in l. de quibus. 31. ff. de ll. ſenatuſconſ. & Canoniſtæ in c. fin. de conſuetud.* Hoc, quod diximus, per epiſtolam fideiuſsionem conſtitui non
65 poſſe, etiam † in nuncio locum habet, vt neq; per hunc fideiuſſor obligari poſsit, *Bald. in l. pen. col. 1. verſ. quæro. C. per quas perſo. nob. acquir.* per rationem iam adductam, niſi ex bono & æquo interdum rem hic æſtimemus.

Septimò, cum quilibet de ſe ſtipulari atq; ſuo nomine, ...

ne, ac ſe daturum, facturumue promittere debeat. *l ſicut 66.*
66 *ff. de fideiuſſo.* cum alieni facti promiſsio † neminem obli-
get, *d. l. ſicut. l. ſtipulatio iſta. in princ. de verbo. oblig § ſi quis a-
lium. Inſtit. de inutil. ſtipulat. Hart. Hartman. lib. 2 practi. obſer. tit.
29. obſeru. 2.* vbi tamen ſeptem huius regulæ limitationes
67 ponit: rectè infertur, fideiuſſorem † ex contractu rei prin-
cipalis non obligari. *Iaſo. in d. §. ſatis acceptio. nu. 4.* ſed ſuo
nomine obligari, quamuis pro debitore, & ad eius vtilita-
tem promittat. *l. ſi ita. 79. §. poſſum. de verbor. obligat. Zaſ. in l. ſi
cum procuratore. 23. ff. de re iud. & in d. l. ſtipulationum aliæ. 5. §.
ſtipulatio autem. de verb. oblig. Vaſq. lib. 1. Illuſt. controuer. cap 33*
68 *nu. 5.* Vnde & propriè † debitor dicitur, *l. 4 ff. de ſolutio.* ac
ſuo nomine, non ex contractu debitoris conuenitur. *l. 2. l.
omiſſu. 17. C de fideiuſſo.* de quo infra pluribus.
69 Octauò infertur, fideiuſsionem non inter † bonæ fi-
dei, ſed ſtricti Iuris conuentiones referendam eſſe. *gloſſ in
l. 1. in fin. vbi DD. C. de tranſact. per l. 3. de Carbon. edict. per l ſi in
pignore. 54. per l. fideiuſſores. 68. ff. de fideiuſſoribus. l. quicquid a-
ſtringendæ de verbor. obligat. Iaſ. in d. l. obligationum 5. §. ſatiſac-
ceptio. num. 3. eod. tit. Dec. conſ. 107. num. 2. VVeſenbec. ad Cod. de
SC. Vell. in fin. in manuſcripto. & ad parat. ff. num 6. de fideiuſſ. Me-
noch. de præſumt. lib. 3. præſumt. 143. nu. 7.* ideoque fideiuſſo-
res non tenentur, niſi quatenus promiſerunt, *l. ſi fideiuſſor for-
tis. de fideiuſſo. l. 2. §. ſed ſi: qui ſatiſda. coga. l. ſolutioni. §. 2. de
pign. actio.* tametſi principalis amplius teneretur, *d. l. Græcè.
§. illud. & §. fin. gloſſ. in verbo præſtabilis. in l. quæro. in prin. & ibi
DD. locat. VVeſenbec. conſ. 14. lib. 1. nu. 89.* Hinc & cum fide-
iuſſoria obligatio ſtipulatione conſtet, actionem ex ſtipu-
latione ſuppeditat creditoribus aduerſus fideiuſſorem *d l.
2. l. omiſſu. 17. C. de fideiuſſ. Oldendorp. claſ. 4. actio. 28. nu. 3.* Quo
70 & fit, vt ſolutione † facta, fideiuſſori actiones non cedan-
tur: quod ſecus eſt in contractu bonæ fidei, ex cuius natura
71 actiones cedi ſolent. Quare † mandatarius ſi ſoluit, non li-
berat debitorem: ideoque ſibi cedi actiones à creditore pe-
tere poteſt quandocunque. *l. fin. C. de fideiuſſo. v. de Menoch. d.*

præ-

præſumt. 143. num. 6. 7. de quo poſtea copioſius erit dicendi locus.

72 Excipimus à concluſione primò, fideiuſſorem † dotis cauſa interuenientem, vt is, nudo pacto, citra ſtipulationem ſe obligare poſsit, *text. in l. fin. verb. policitus. item policitationem. C. ad SC. Velleia.* idque fauore dotis. Ita *Iaſ. in d. §. ſatiſ acceptio. num. 8. poſt Bald. in d. l. fin.* Quod intelligendum eſt eo in caſu, quo fideiuſſor ratione dotis admitti poteſt. Nam aliâs iure notum eſt, fideiuſſores dotium non recipi. *l. 1. C. ne fideiuſſ. dot. dent.* de quo præcedente capite circa finem prolixius tractauimus.

73 Secundò excipimus fideiuſſorem piæ † cauſæ: nam & hunc nudo pacto abſque ſtipulatione obligari volunt, argumento dotis ad piam cauſam, *Iaſ. in d. §. ſatiſacceptio. num. 9. 10.* & quos ibi allegat, quod in iure eſt probabile, frequentiſsimum & vtiliſsimum. *Euerhard. in loco à dote ad piam cauſam in princ.*

74 Tertiò excipimus fideiuſſorem † Reipub. *Iaſ. in d. §. ſatiſacceptio. nu. 12. per l. 2. in prin. ff. ad municipal.*

75 Quartò excipimus fideiuſsionem tacitam, † à lege introductam ſeu præſumptam, qualis eſt in *l. cum oſtendimus. §. fin. ff. de fideiuſſo. tuto.* Quo in loco fideiuſſores à tutoribus nominati, ſi præſentes fuerunt, nec contradixerunt, & nomina ſua referri ad acta publica paſsi ſunt, perinde tenentur, ac ſi iure legitimo ſtipulatio interpoſita fuiſſet. Idque vi &

76 auctoritate Iudicij, in quo † id, quod agitur, omnem ſolennitatem ſuperare intelligitur, *l. ſancimus. 27. in verb. per idoneos teſtes, vel inter acta publica. l. omnium. 19. vbi DD. in princ. C. de teſtamen.* Ego arbitror, fauorem pupilli ibi in cauſa eſſe, *Boer. deciſ. 314. nu. 5.* qui aliâs quoque ſubſidia in iure habet maxima. *l. 1. l. ait prætor. 7 §. non ſolum. 3. de minor. l. 2. 3.*

77 *C. de temp. in integ. reſtitut.* Alij hanc † fictam eſſe ſtipulationem voluerunt, non præſumtam, *Bartol. in l. 1. in princ. nu. 2. de verb. oblig. & ibid. DD. quibus adſtipulatur Menoch. de præſumt. lib. 2. præſumt 62. nu. 5. cum Calliſtratus in d. l. cum oſtendimus,* inquiat,

quiat, perinde teneri, ac ſi iure legitimo ſtipulatio interpoſita fuiſſet: cum tamen de ſtipulatione eo in loco non con-
78 ſtaret. Quamobrem dictionem, † perinde, ibi fictionem denotare: videatur *& Boër. d. deciſ. 314. num. 5. Hippol. de fideiuſſor. nu. 356. cum ſeqq. Viuius in lib. com. opin. verb. fideiuſſor patiens. num. 2. Suares ibid. lit. F. num. 146.*

79 Quintò, annecte ſuperioribus: Quando à notario † publico inſtrumento inſertum eſſet, ex affirmatione partium aliquem fideiuſsiſſe: non tamen præſens notarius fuiſſet: ſanè hîc ſtipulatiò interpoſita non præſumetur, *Bald. Nouell. in tract. dot. in 6. part. 11. Specia. col. 1. Maſcar. de probatio: concluſ. 781. num. 6. poſt Iaſ. in d. l. ſciendum. nu. 4. de verb. oblig.* De hac concluſione plura vide apud Iohannem Crotum in repetit. *d. l. ſciendum. & alios, quos recenſet Petrus Duen. reg. 333.*

QVARTA CONCLVSIO.

80 Et purè, & ſub conditione, † & ad tempus certum, & ex tempore certo dari & accipi fideiuſſor poteſt, *l. ſtipulatur. 6. §. 1. & ibi Petr. de Bella Pertica. num. 4. cum ſeqq. l. Græcè. 8. §. illud. 7. verſi. item accepto. l. ſi plures. 27. ff. de fideiuſſo. §. 5. verſ. item ſi. Inſtit. eod. l. Lucius. 38. ff. manda. l. ſi pro ea. 10. C. eo.* Nam & verborum obligatio diem recipit, *l. eum. 41. ff. de verb. obligat.* & conditionem, *§. conditiones. Inſtit. de verbo. obligat.* Fideiuſsio autem non aliter, niſi verbis contrahitur, *d. l. blanditus. 12. C. de fideiuſſo. cum ſimilibus ſup. allegatis.* Vnde quibuſ-
81 dam placuit, fideiuſſorem † ad certum tempus conſtitutum, prorogatione debitori facta, poſt temporis lapſum ab obligatione liberari. *l. ſi cum Hermes. C. locat. l. item quæritur. §. qui impleto. ff. eo. vide Petrum Iohan. Ancharanum lib. 1. famil. quæſtio. quæſt. 67. num. 1. cum ſeqq. Gomeſ. de fideiuſſo. nu. 21. Geyl. lib. 2. obſer. 30. num. 11.* Quæ quæſtio tanquam controuerſa infra commodius explicabitur. Sic & is, qui non ſimpliciter,
82 ſed ſub † conditione intercedit, ita nempe, ſi reus principalis non ſoluerit, ego tenebor, pro conditionali fideiuſſore cen-

cenſendus eſt, quæ conditio tum exiſtit, quando vel reus à creditore fuerit interpellatus, vel alio modo conſtitutus in mora, vel quando mortem obierit, quam ad rem reſponſum eſt Iuliani vnicum & ſingulare *in l. fideiuſſor obligari. 16. §. fin. de fideiuſſor.* vbi ſcriptum eſt: Cum fideiuſſor hoc modo acceptus eſſet, ſi reus quadraginta, quæ ei credidit, non ſoluerit, fide tua eſſe iubes? Veriſimile eſt, id actum, vt cum appellatus reus non ſoluiſſet, fideiuſſor teneretur: ſed & ſi reus, antequam appellaretur, deceſsiſſet, fideiuſſor obligatus erit: quia hoc quoq; caſu verum eſt, reum non ſoluiſſe: ad quam legem vide *Scholion Harmenopuli lib. 3. tit. 6. mihi fol. 201. in fin. quem text. commendat Bart. Angel. Caſtrens. Imola & DD. ibi:* & alibi talem non reperiri ait *Roman. in l. huiuſmodi. de verb. oblig. videatur & Iaſon in l. decem ſtipulatus. 116. nu. 12. de verb. oblig.* vbi differentiæ rationem reddit inter *d. l. decem ſtipulatus. & d. l. fideiuſſor obligari. §. fin. Alciat. in l. fin. num. 19. & num. 22. Zaſ. num. 8. Curt. num. 2. de reb. cred. Gomeſ. de fideiuſſo.*
83 *num. 2. circa fin.* Nihilominus tamen huic conditionali † fideiuſſori beneficium excuſsionis integrum erit. *Caſtrens. d. l. fideiuſſor obligari. §. fin.* Licet enim hæc fideiuſsio conditionalis ſit, eueniente tamen conditione plus iuris non conſequitur, quàm ſi purè, atque abſque vlla conditione concepta fuiſſet, *Suares in addit. ad Gomeſ. de fideiuſſ. num. 2. lit. d.* vbi negligenter Aufrerium & alios, quos ibi nominat, hallucinatos fuiſſe incuſat.

QVINTA CONCLVSIO.

84 Fideiuſſor ad plus † vel durius, quàm reus principalis obligari non poteſt, leuius poteſt. *d. l. Græcè. 8. §. illud. 7. ff. de*
85 *fideiuſſo. l. ſi vltra. 22. C. eo. §. fideiuſſores. Inſtit. eod.* quod & † in conſtituente receptum eſt, *l. eum qui Epheſi. §. quod exigimus. ff. de conſtit. pec. Ludouicus Vitalis lib. 2. variar. lectio. cap. 23. nu. 2.*
86 cum fideiuſſoria † obligatio ſit acceſſoria principali. *l. ſi qui.*
87 *32. l. ſi ita. 42. ff. de fideiuſſo.* plus autem in acceſsione † non

Y 2 poſsit

poſsit eſſe, quàm in re principali. *d. §. fideiuſſores.* & iniquiſſimum ſit, fideiuſſoris, qui nullo iure cogente, & gratis quidem, officio humanitatis, & amore proximi fidem ſuam interponit, grauiorem eſſe conditionem atque damnoſiorem, quàm ipſius principalis. Quatuor autem † modis contingit, durius eum obligari, re nempe, cauſa, tempore & loco. *d. §. fideiuſſores. §. plus autem. Inſt. de actio.* Id quod manifeſtius ex ſequentibus declarationibus atque limitationibus cognoſci poterit.

88

Concluſionem igitur hanc declaro primò, ratione rei † vel ſummæ in obligationem deductæ, vt ſi reus quinque, fideiuſſor decem promiſerit. Ex quo anceps illa, adhuc ante Accurſij tempora, teſte Iohanne Gloſſatore, coorta eſt diſputatio, Vtrum fideiuſſor in duriorem † cauſam, vel maiorem ſummam acceptus, ad id, vel eam quantitatem ſaltem, quam debet principalis, obligetur? Omnino fideiuſſorem non obligari, & ne quidem ad concurrentem ſummam, videtur haud obſcurè conuincere textus, *d. l. Græcè. §. illud. ibi*: quod ſi fuerint in duriorem cauſſam adhibiti, placuit eos omninò non obligari. *& d. §. fideiuſſores. ibi*: contra verò obligari non poteſt: Rationem aſsignant: quoniam tractatus † conſtituendæ fideiuſsionis eſt indiuiduus, qui nequaquam pro parte valere poteſt, pro parte non poteſt: Nec rarum eſt, vbi reſpectu formæ † actus aliquis eſt indiuiduus, quamuis ratione ſubſtantiæ ſit diuiduus, vtile per inutile vitiari. *Cagnol. in l. in eo. 33. nu. 2. ff. de reg. iur. Mynſing. d. §. fideiuſſores. num. 4.* & cum hæc obligatio ab initio malè concepta atque contracta ſit, ac contra ſolennè ſuum, quod nempe fideiuſsio aut paris, aut melioris conditionis eſſe debet principali obligatione: vtique indignum eſſet, illam vlla ſui parte conualeſcere. Hanc ſententiam tanquam veriorem, & Iureconſultorum reſponſis magis conuenientem, defendit *Connan. lib 6. Commenta. iur. ciuilis. cap. 6. nu. 8.* in quo equidem ipſi aſſentio, cum nulla † ſit Imperatoris conſtitutio, nullum Iuriſconſulti reſponſum, quod dicat: fideiuſſorem

ſorem in duriorem cauſam acceptum, teneri in eo tantum, quatenus reus ipſe eſt obligatus: quod omiſſuri non fuerant: eſt enim cognitione digniſsimum, & magni in hac materia ponderis. Imò verò apertè & dilucidè vbique dicunt, eum non obligari. Quæ opinio quidem communi DD. ſuffragio approbata eſt, *Accurſ. Bart. & DD. in d. l. Graeè. §. illud. Fulgoſ. in l. hactenus. §. 1. de conſtit. pecu. Alex. Iaſ. nu. 9. in l. 1. §. ſi ſtipulanti. de verbo. obligat. atteſtante Gomeſio de fideiuſſo. num. 2. Vaſquio lib. 1. illuſt. controuerſ. cap. 40. num. 5.* poſt alios, quos ibidem adducit: pro qua conſuluit *Roman. conſil. 66. incip. vir eximie. ſequitur Cagnolus in d. l. in eo. num. 2.*

94 Contrariam ſententiam, † quod videlicet tantum pro excedente quantitate inualida ſit obligatio, pro parte verò concurrente valeat, ex benigna quadam interpretatione, & vt actus magis aliquid operetur, quàm vt pereat, ſuſtinent *Azo in ſum. de fideiuſſo. num. 7. Cyn. & Alberic. in l. fin. C. de fideiuſſ. Balduinus, Stepha. Bodæus in d. §. fideiuſſores. Inſtit. de fideiuſſo. Decius in d. l. in eo quod. num. 12. Coraſ. Galiaula in d. l. 1. §. ſi ſtipulanti. de verbo. oblig. Alciat. lib. 5. παρέργ. cap. 18. Vaſquius d. cap. 40. num. 5. Gomeſ. de fideiuſſo. nu. 2. & ibi Suares in addit. ſub lit. a. idq́ eleganter per l. rogatus. 33. ff. manda.* vbi reſpondit Iulianus: Rogatus, vt fideiuberet, ſi in minorem ſummam ſe obligauit, rectè tenetur: ſi in maiorem, Iulianus verius putat, quod à pleriſque reſponſum eſt, eum, qui maiorem ſummam, quàm rogatus erat, fideiuſsit: hactenus mandati actionem habere, quatenus rogatus eſt: quia id feciſſet, quod mandatum ei eſt. Nam vſque ad eam ſummam, in quam rogatus erat, fidem eius ſpectaſſe videtur, qui rogauit. Huc afferunt etiam *l. hactenus. 11. §. 1. ff. de conſtit. pecu.* vbi Vlpianus, Si quis, inquit, centum aureos debens, ducentos conſtituat, in centum tantummodo tenetur: quia ea pecunia eſt debita. ergo & is, qui ſortem & vſuras, quæ non debebantur, conſtituit, tenebitur in ſortem duntaxat. Tametſi
95 igitur textus de conſtituto loquatur: cum verò par † vtriuſ-

que tum fideiuſsionis, tum conſtituti ſit ratio, nec diuerſitas aliqua aſsignari poſsit, nihil mehercle prohibet idem quoque ius ſtatui: idq; propter generalitatem textus *d. §. illud. ibi:* In omnibus qui pro alijs obligantur, ſi in duriorem cauſam adhibiti ſunt, placuit eos omninò non obligari. Nam, vt ait Decius, ſi illud dictum negatiuum intelligeretur generaliter, etiam reſpectu minoris ſummæ, in qua obligatus erat principalis: hoc non eſſet verum in omnibus, qui pro alijs obligantur, prout textus ibi dicit: quia conſtituto hoc nõ eſſet, *d.l. hactenus. §. 1.* Vt ergo illud dictũ negatiuũ verificetur in omnib⁹, qui pro alijs obligantur, quemadmodum textus generaliter loquitur: neceſſarium eſt dicere, quod illud dictum negatiuum intelligatur, & referatur ad duriorẽ cauſam, ita, quod in illa duriori cauſa, in qua principalis non eſt obligatus, nullo modo fideiuſſor obligetur: ſed per hoc negatur, quin obligetur in minori ſumma, in qua erat obligatus principalis: *ita Dec. in d.l. in eo quod. nu. 12.*

Verum vt diſcrepantes hæ interpretũ opiniones aliquo
96 concordiæ vinculo † conciliari, atq; in harmoniam redigi poſsint, ita diſtinguendũ erit. I. Aut promiſsio ſeu obligatio fideiuſſoris prorſus alia eſt atq; diuerſa ab obligatione rei principalis, tunc abſq; dubio fideiuſor omninò non obligabitur: veluti, ſi fideiuſſor purè, debitor principalis ſub conditione promittat, *vt in d.l. Gracè. §. illud. in fin. ibi:* enimuero ſi reus ſub conditione ſit acceptus, fideiuſſor purè, non obliga-
97 bitur. plus enim † eſt purè, quàm ſub conditione obligari: quemadmodũ &, ſi quis purè ſtipuletur, alter ſub conditione promittat, vel ſub conditione quis ſtipuletur, alter purè reſpondeat, ipſa ſtipulatio nullius eſt momenti: cum non aptè reſpondeatur, vt interrogatum eſt, *Vlpian. in l. 1. §. ſi quis. 3. de verb. oblig.* Itẽ ſi debitor promiſerit aliquid, quod in dando, fideiuſſor, quod in faciendo conſiſtit, *Accurſ. in l. cum filiusfa. 49. §. 1. in verbo neuter, de verb. oblig.* Sunt enim hę aliæ, atq; diuerſę obligationes, nihil commune inter ſe habentes: ſimiles ſpecies proponuntur *in d.l. Gracè. §. ſi quis. 8. & in l. ſi ita. 42. de fideiuſſo.*

98 *iuſſo.* II. Aut promiſsio † fideiuſſoris non eſt alia ſeu diuerſa ab obligatione principalis, veluti ſi maior ſumma in obligationem veniat, vt ſi debitor quinque, fideiuſſor decem promittat: Hic æquitatis ratio ſuadet, fideiuſſorem pro ea quantitate obligari, qua obligatus eſt principalis: Maiori
99 namq; ſummæ † ineſt minor. *d.l.1.§. ſi ſtipulanti. de verb. obligat.* quo in loco Vlpianus, ſi ſtipulanti mihi, inquit, decem, tu viginti reſpondeas, non eſſe contractam obligationem, niſi in decẽ conſtat. Ex contrario quoq;, ſi, me viginti interrogante, tu decem reſpondeas: obligatio niſi in decem non erit contracta: licet enim oportet congruere ſummã: attamen manifeſtum eſt, viginti & decẽ ineſſe. hæc diſtinctio proba eſt, quam & ſequitur *VVeſ. ff. de fideiuſſo. nu. 5.* Quod verò attinet † *ad*
100 *d.§. illud. in l. Græcè:* ex quo textu iſta diſſenſio nata eſt: ita legendum eſt ex reſtitutione Haloandri: placuit eos omninò non obligari, hoc eſt, aliqua ex parte obligari: cui lectioni ſubſcribunt *Eguinarius Baro. Mynſing. nu. 5. in d.§ fideiuſſores. Inſtit. de fideiuſſ. Duaren. in d. l. 1. §. ſi ſtipulanti. ff. de verb. oblig.* Ac quamuis vetus lectio retineatur: (placuit eos omninò non obligari) ita tamen interpretari oportet, non vt fideiuſſorem omninò non obligatum iri dicamus, ſed vt eo modo ac fine, quo principalem, obſtringi eum intelligamus. Minus etiam quis peccabit, ſi (omnino) interpretabitur in totum, in ſolidum, veluti, placuit eos omninò non obligari, hoc eſt, in totum, in ſolidum non obligari.

101 Secundo itaque concluſionem declaro ratione † diuerſæ obligationis. de quo iam: exemplum eſt in *d. l. Græcè. in §. ſi quis 8.* Si quis Stichum ſtipulatus, fideiuſſorem ita acceperit, Stichum aut decem fide tua iubes? non obligari fideiuſſorem Iulianus ait: quia durior eius ſit conditio: Vtpote cum futurum ſit, vt mortuo Sticho teneatur. Marcellus autem notat, non ideò tantum non obligari, quia in duriorem conditionem acceptus eſt, ſed quia & in aliam potius obligationem acceptus eſt. Huc congruit ſpecies *ICti Pauli in l. hi qui. 34. de fideiuſſ. ibi:* Quod ſi à reo mihi aut Titio ſtipulatus,

latus, fideiuſſore mihi tantum interrogem: in deteriorem cauſſam acceptum fideiuſſorem Iulianus ait: Vtrobique fideiuſſorem non obligari manifeſtum eſt, cum alia atq; alia ſit obligatio. *His adde & l. ſi ita. 42. eo.* vbi elegans ſpecies oſtenditur.

102 Tertiò declaro ratione † optionis ſeu electionis, aut facilioris ſolutionis ademtæ. ſpecies eſt *in d.l. Græce.in §.idem Iulianus. 9.* Idem Iulianus ait: ſi is, qui hominem, aut decem dari ſtipulatus fuerat, fideiuſſorem ita acceperit: hominem aut decem, vtrum ego velim? non obligabit eum: quia durior eius conditio facta eſt, eo nempe ipſo, quod in hac alternatiua ſtipulatione electio ei ſublata eſt, quæ reo debitori competit: *adde d. l. hi qui. 34. eo. & ibi Petr. de Bella Pertica. num. 2.*

103 Quartò declaro, ratione † loci, vt ſi reus purè, fideiuſſor cum adiectione certi loci obligetur: obligatio certè fideiuſſoris nulla eſt. *Ita Iulianus in l. fideiuſſor. 16. §. 1. de fideiuſſor.* Qui certo loco, inquit, dari promiſit, aliquatenus duriori conditione obligatur, quàm ſi purè interrogatus fuiſſet. Nullo enim loco alio, quàm in quem promiſit, ſoluere inuito ſtipulatore poteſt. Quare ſi reum purè interrogauero, & fideiuſſorem cum adiectione loci accepero, non obligabitur fideiuſſor: leuior namque eius eſt obligatio, qui purè, quàm qui certò loco dare promittit: leuius autem reus obligari non poteſt, quàm fideiuſſor. *d. §. fideiuſſores. Inſtit. de fideiuſſo. d. l. hi qui acceßionis. 34. d. l. Græcè. §. illud. ff. eod.*

104 Quintò declaro ratione † cauſæ, veluti ſi debitor ſub conditione, fideiuſſor purè, vel in diem certam promittat: quo caſu fideiuſſorem non obligari reſpondit *Iulianus in d. l. fideiuſſor. 16 §. 2. ibi:* perinde non obligabitur fideiuſſor, ac ſi reus ſub conditione promiſiſſet, fideiuſſor autem in diem certam, vel purè.

105 Sextò declaro ratione † temporis, ſeu maturioris ſolutionis: quare ſi fideiuſſor citius teneatur ſoluere, quam principalis, obligationem in perſona fideiuſſoris non conſiſte-

ſiſtere, innuit *textus in l. ſi teſtamento. 49. §. quæſitum. in fin.* ibi: contra iuris formam in duriorem conditionem acceptus intelligetur. *de fideiuſſ. adde d. l. Græcè. §. illud.* & *d. §. fideiuſſores. ibi*: Non ſolum autem in quantitate, ſed etiam in tempore minus aut plus intelligitur, *Ludo. Vital. d. lib. 2. variar. lectio. c. 23. num. 11.*

Concluſionem limito primò. Quamuis fideiuſſor in
106 duriorem cauſſam accipi nequeat: tamen † arctius ſeu effi-
cacius obligari poteſt, veluti cum iureiurando, licet princi-
palis ſine iureiurando promiſerit *Bartol. in l. ſi quis pro eo. 56.*
num. 15. ff. de fideiuſſ. Hippol. num. 291. cum ſimil. quos ibidem re-
fert. Gomeſ. de fideiuſſ. num. 2. verſ. tertio infero. Quæ quæſtio val-
107 de dubia eſt, vtrum videlicet, fideiuſſore in duriorem † cau-
ſam cum iuramento accepto, fideiuſsio valeat in excedente
quantitate, vel ſaltem in concurrente? Communiter qui-
dem ab interpretibus traditum eſt, fideiuſſorem iurato in-
teruenientem non modo ad concurrentem quantitatem,
ſed ad id etiam, quod plus erat in obligatione, teneri. *Bartol.*
iam allegato loco. Angel. Imola in l. hi qui acceſſionis 34. §. pen. ff.
de fideiuſſ. Alexand. conſ. 29. in fin. lib. 7. & conſ. 32. Dec. in ſup.
citata. l. in eo quod. num. 11. de reg. iur. & Cagnol. ibid. num. 2. in
108 *fin.* Iuramentum † enim eo modo facit actum valere, quo
poteſt. *l. cum pater. §. filius matre. & ibi Barto. de lega. 1. omnemq́;*
difficultatem tollit. Cagnol. d. loco. Quo caſu volunt fideiuſſorem
teneri non vt fideiuſſorem, ſed vt principalem, *Alciat. in c.*
cum contingat. nu. 174. de iureiur. Emanuel Soarez in com. opinio. in
verb. fideiuſſor. num. 123. Vaſquius d. c. 40. lib. 1. illuſtr. controuerſ.
num. 7. Didacus Couarruuias reconditæ eruditionis Iureconſultus, tom.
2. ſecundæ part. relectio. §. 6. num. 3. ſcribit: ratione iuramenti
109 † fideiuſsionem valere in vim nudi pacti, quod tamen effi-
cax ſit Iure Canonico & ciuili, Abbas *in d. cap. cum contin-*
gat. & obligationem & actionem producat: qua propter &
hoc iuramento teneri fideiuſſorem in propoſito in vim nudi
pacti iurati, non tantum ad quantitatem per principalem
promiſſam, ſed ad id quoque quod vltra eam ſcienter ipſe

Z pro-

110 promiſit. Hocq; poſtea ſic temperat, vt fideiuſſor † nempe in quantitate à principali promiſſa vel debita teneatur vt fideiuſſor, debeatq; vti beneficijs iure ſibi competentibus, quæ iuramentum minime tollat: In eo tamen, quod plus eſt, hoc eſt, quod debitor principalis non promiſit, teneatur ipſe fideiuſſor, tanquam principalis debitor, non ſecus, ac ſi ipſe ſeparatim eam quantitatem promiſerit nudo pacto iurato. Hæc eſt ſententia Couarruuiæ loco iam nominato. Tutò quidem, & ex mente aliquatenus etiam Couar-
111 ruuiæ ita ſtatui poſſe arbitror: Fideiuſſorem † iuramento fidem ſuam interponentem, non ad plus, ſed ad concurrentem tantummodo quantitatem obligari. Ratio, quia iu-
112 ramentum † contractui adiectum hoc ſolum efficit, vt contractus in ſua forma & natura firmior ſit, non vt à natura ſua degeneret, *arg. l. fin. C. de non num. pecu.* In propoſito itaque iuramentum ſatis operatur, quod fideiuſsionem ad concurrentem vſque quantitatem ſuſtineat: nec mens fuiſſe fideiuſſoris interpretanda eſt, quod in plus, quam principalis, etiam iurato, ſeſe aſtringere voluerit. Quam ſententiam
113 amplectitur *Vaſquius d. c. 40. num. 7.* quam veram † eſſe puto, ſiue promiſsio fideiuſſoris alia atque diuerſa ſit ab obligatione rei principalis, ſiue non ſit, ſecundum diſtinctionem à nobis ſuperius propoſitam: nam vtroque caſu fideiuſſorem iuratum ad concurrentem vſque quantitatem teneri, rectius, meo iudicio, ſtatuendum erit. Quod tamen ita ex-
114 audiamus, niſi fideiuſſor ſciens † volensq; plus iuratò promiſerit, & ſibi ab initio interpoſitæ fidei de eo conſtiterit, quo ſanè caſu eum ad excedentem quoque obligatum eſſe quantitatem, nemo ſanioris iudicij negauerit, vt rectè animaduertit *Couarr. dicto loco.* Sua enim ipſummet promiſsio hîc obligat: nec aliquam iuſtam ignorantiam, vel excuſationem prætendere poteſt: & alioquin tralatitium eſt, iu-
115 ramentum, † quod non bonis moribus & ſaluti aduerſarium eſt, ſeruari oportere *DD. in c. ſi verò. de iureiur. c. florentium. diſt. 85. cum ſimilibus.*

Secun-

116 Secundò limito, vt fideiuſſor † ad intereſſe ſe obligare poſsit, licet principalis ad factum tantummodo, non ad id quod intereſt, ſeſe aſtrinxiſſet: id quod eleganter conuinci poteſt *ex textu in l. ſtipulatus. 44.* ibi: non enim id feciſti, quod in ſtipulatione conuenerat, id eſt, opus alij non locaſti: *de fideiuſſo.* Hic enim fideiuſſor ad æſtimationem eo caſu tenebatur, quo opus faciendum verè locatum fuiſſet. Hanc communem ponit *Emanuel Soarez in commun. opin. verb. fideiuſſor. num.128. ex Aretino in l. In illa ſtipulatione. §.1.num. 3.de verbo. oblig. Alexan. in l. ſi inſulam. num. 42. eo. Iaſ. in l. non amplius. §. fin. num.15. de legat. 1. Decius in l. certi condictio.num.7. de reb. cred. ſi cert. peta. & in c. 1. lectio. 1. num. 22. de iud. Hippol. de fideiuſſo. nu.294.*

117 Tertiò limito, vt fideiuſſor † ad vſuras, certam pœnam, vel factum ſe obligare poſsit, quamuis debitor non ſit obligatus. *Accurſ. in l. ſicut. 65. & ibi DD. de fideiuſſo. Bald. in l. ſi pro ea. in 6. q. C. manda. Alexand. in d l. Græcè. §. illud. eo. Bar. in l. centum Capuæ num. 6. de eo, quod cert. loco. quanquam in l. hi*
118 *qui. 34. num. 12. de fideiuſſ.* ita † diſtinguit: Aut ſi fideiuſſor promittit pœnam pro mora rei, cum ipſe reus non promiſerit: & tunc fideiuſſor non tenebitur: quia durius obligatur: Aut promittit pro mora ſua, & tenebitur. Quæ diſtinctio æquitate non caret, ſed cæteri interpretes abſque diſcrimine loquuntur, quorum nonnullos refert *Hippol. nu. 291. & videtur ſequi VVeſenb. ff. de fideiuſſo. num. 5.* Hinc quotidiè fie-
119 ri videmus apud Germanos, ita fideiuſſores † accipi, vt, ſi debitor die definito ſolutionis moram faciat, ipſi ad certum locum veniant, eoque non recedant, donec creditori ſolutio facta fuerit: id quod obſtagium, Germani eine leiſtung à verbo leiſten / præſtare appellant: quod nihil aliud
120 eſt, quàm ſpecies † quædam ſeruitutis, vel priuatus quidam carcer, ex quo non licet pedem mouere obſidi, donec ſatisfactum fuerit, *Coler. de proceſſ. execut. par. 1. cap. 6. num. 68.* cuiuſmodi priuati carceres de iure ſunt prohibiti. *l. 1. C. de*
121 *priuat. carcer.* Et quamuis talia † obſtagia pernicioſa ſint

Z 2 Reipub.

Reipub. ſumtuoſa fideiuſſoribus, exitioſa reis, laborioſa magiſtratibus, ipſiſmet creditoribus ad ſolutionem remora, æquitati & legibus ſcriptis contraria: ideoque ordinatione Imperij anno 1548. aliquantulum coarctata: quæ quidem extra Imperij limites euocari fideiuſſores vetat: In Imperio tamen permittere videtur, *Modeſt. Piſtor. tom. 2. conſil. 1. nu. 13.* eaque meritò Elector Saxoniæ Auguſtus è ſuis prouincijs exterminauerit, *part. 2. conſtit. 22.* & pleræque benè conſtitutæ Reſpub. reſpuant atque abominentur, quem-
122 admodum & anno 1577. Camera † Imperialis ea publica lege interdixit: tamen cum ex inueterata conſuetudine iam altè radices egerint, vt euelli vix queant, & huiuſmodi obligationes etiam inter principes perſonas non ſint raræ: nam vſum pro iure adducunt, *l. ſi vſu. §. pactum. ff. de pact. l. qui autem. §. ſciendum. quæ in fraud. cred. l. iniuriarum. circa fin. de iniur.* & quæ diuturna conſuetudine obſeruata ſunt, vim legis obtinere aiunt, *l. diuturna. l. de quibus. l. ſed & ea quæ. de legib.* quorum initij non exiſtit memoria, *Modeſt. Piſtor. d. conſ.*
123 *1. num. 13.* ſanè tanquam † vlcus in corpore multis in locis tolerantur adhuc, & toleranda ſunt, donec Imperatoria prohibitione generali (id quod ſummis votis exoptandum) in toto Imperio huic morbo ſalutaris medicina fiat. Interim vt lenimentum huic malo adhibeamus, ex eo forſan
124 obſtagiorum vſus † nonnihil excuſari poteſt, quod fideiuſſor illam pœnam non tam ſubeat ex facto debitoris, quàm ſuo ipſius facto: quandoquidem ita promittat, ſi reus principalis moras ſoluendo nexerit, fideiuſſorem de ſuo ſoluturum, aut obſtagium ſuſtenturum eſſe: quo ſanè caſu ſuo etiam facto moram contrahit, *arg. l. decem ſtipulatus. 116. de verb. oblig. Coler. part. 1. cap. 8. num. 11.* cum & alioquin fideiuſſor propriè debitor appelletur. *l. 4. ff. de ſolutio. l. ſi fideiuſſor.* in alijs exemplaribus eſt *l. ſi cui. 49. §. Iulianus. 6. ff. de lega. 1.* ibi, ſi fideiuſſor creditori legaſſet, quod ei deberet, *Bart. nu. 34. Alciat. & DD. in l. 1. de reb. cred. ſi cert. pet. Hartman. Hartman lib. 2. pract. obſ. tit. 29. obſ. 1. Franciſ. Vinius in com. opin. in verb.*

verb.fideiuſſor. fol. 259. col.2. vbi tanquam communem tribus
125 corroborat rationibus, & pœna † facto adiecta iure valeat,
DD. in l. ſtipulatio. §. alteri. de verb. oblig. De obſtagijs vide totum conſ.
126 *1. Modeſt. Piſto. vol. 2. vbi nu. 30. cum ſeqq. tractat,* quatenus † iſtiuſmodi fideiuſsio hæredes obliget, *Vide & Colet. d. part. 1. c. 8. per tot. VVeſ. de fideiuſſor. nu. 5. & in addit. ad Schneid. §. in omnib. nu. 3. ad marg. inſt. eod.* Sandr. *lib. 2. art. 11. And. Geyl. d. lib. 2. pract. obſ. obſ. 45. per tot.* vbi plures allegat, & obſtagia in Camera olim eſſe approbata ſcribit *nu. 2.* Sed poſtea nouiſsima conſtitutione Imperij anno 1577. & ſic lege publica, cum clauſula, irritantes, interdicta, atq; abolita: vt iam diximus. Supe-
127 rioribus verò & hoc vicinum eſt, quod fideiubens † de aliquo ſiſtendo toties, quoties requiretur, ſi requiſitus eum non ſtiterit, non ſolum ad pœnam fiſco, ſed & parti ad id, quod intereſt, teneatur, *Afflictus deciſ. 234. Foller. in pract. crimin. fragmen. in rub. de fideiuſſ. nu. 260. Emanuel Soarez. in com. opin. in verb. fideiuſſor. nu. 147.*

128 Quartò limito, vt fideiuſſor poſsit interuenire † pro eo, qui ex ſtatuto prohibetur obligari: *ita Alex. in l. Marcellus. 25. de fideiuſſ. refert, & ſequitur Hippol. nu. 292.*

129 Quintò limito in ſpecie † *d. l. Marcellus*, vbi, licet pupillus, prodigus, & furioſus efficaciter non obligentur, pro ijs tamen fideiuſſor rectè fidem interponit atque tenetur: quia hîc non in plus, ſed efficacius obligatur: cui concinit *l. ſi pupillus. 127. in fin. de verb. oblig. & ibi Gothofr. & Alex.* qui aſſerit, hoc textu limitari omnia iura, quæ dicunt, fideiuſſorem non poſſe obligari in plus, quàm principalem. *Fab. & Ang. & Schneid. ibi. nu. 2. in §. fideiuſſores. Inſt. de fideiuſſ. Bart. in d. l. Marcell. Paul. de Caſt. in l miles. § decem. de re iud. Hippol. nu. 294.*
130 *& nu. 293. in fin* vbi ſcriptum reliquit, fideiuſſorem † pupilli, qui abſque auctoritate tutoris compromiſit, ad pœnam poſſe obligari, pupillum non poſſe, *poſt Spec. in tit. de compet. iud. aditione. §. 1. nu. 26.*

131 Sextò limito, obligari fideiuſſor poteſt inſtrumento † publico guarentigionato, quod paratam habet executio-

 nem,

nem, tametſi reus debitor ita obligatus non ſit, *Bart. in d. l. hi qui. 34. nu. 11. de fideiuſſ. Angel. & Faber in d. §. fideiuſſores. Inſt. eo. Bald. in l. ſi pro ea. nu 6. C. manda. Rodericus Suarez. in declaratione legis regni. §. viſum eſt. ad l. poſt rem. ff. de re iudica. Hippol. nu. 293. Gomeſ. de fideiuſſ. nu. 2.* Quo caſu fideiuſſor debitorem ante ſolutionem conuenire poteſt, vt ſe ab obligatione eximat, *Bart. in l. fideiuſſor. nu. 2. de fideiuſſo. Iaſ. in l. ſi qua mulier. nu. 23. C. de SS. Eccleſ. Hippol. nu. 216. & nu. 293. Socin. reg. 147. nu. 9. & reg. 148. nu. 2. Guido Papa quaeſt. 117. nu. 2. Chaſſanae. in conſuet. Burgun. rub. 5. §. 2. nu. 26. 27. Geyl. lib. 2. obſ. 29. nu. 12. VVeſenb. de fideiuſſ. nu. 6. Coler. par. 1. cap. 10. nu. 322.* de quo & infra in effectibus, in quæſtione, Vtrum fideiuſſor ante ſolutionem actione mandati contra reum principalem pro liberatione experiri queat, in quinto caſu agemus.

132 Septimò limito, vt fideiuſſor † vltrò dato pignore, reus principalis abſque pignore obligari poſsit, *Faber in d. §. Fideiuſſores. col. 2. & ibi Mynſinger. nu. 3. Gomeſ. de Fideiuſſ. nu. 2.*

Octauò limito, vt fideiuſſor non ſolum ſequi, ſed &
133 præcedere † obligationem, atque ante debitorem, & quidem in futurum ſeſe obnoxium facere poſsit. *l. ſtipulatus. 6. l. quod enim. 7. de fideiuſſ. §. fideiuſſor. Inſtit. eo. l. non quemadmo-*
134 *dum. 35. de iud.* Quod tamen † ita accipi oportet, vt fideiuſſori nihilominus ſaluum maneat excuſsionis beneficium, nec obligatio in fideiuſſore prius effectum habeat, quàm in
135 principali. *l. ſi fideiuſſor. 31. de fideiuſſ.* Nam ſi principalem † non ſtringit obligatio, multò minus in fideiuſſore radices agere poterit, *per text. in l. ſi ſub impoſsibili. 29. l. cum lex. 46. ff. eo. Gomeſ. de fideiuſſ. nu. 1. circa fin.* Quare placuit, fideiuſſoriam obligationem conditionem taciti temporis, ex vtriuſque perſona habere, tam rei promittendi, quàm ipſius fideiuſſoris, *l. ſi teſtamento. 49. §. fin. eo.* & conſequenter hunc ante illum exigi, vel conueniri non poſſe. *l. fideiuſſor. 57. eo. cum ſimilibus.*

Nonò limito, quod præcedentibus propinquum eſt, vt fideiuſſor non ſolum in ſpecie pro certo contractu, verum

etiam

136 etiam in genere, † ac in perpetuum pro omni contractu & obligatione rei principalis interuenire poſsit, textus, quem ſingularem & vnicum commendat *Gomeſ. num 1. circa fin. eſt in l. ſi ita ſtipulatus. 55. de fideiuſſ.* ſi ita, inquit Paulus, ſtipulatus à Seio fuero, Quantam pecuniam Titio quandoq; credidero, dare ſpondes? & fideiuſſores accepero, deinde Titio ſæpius credidero: nempe Seius in omnes ſummas obligatus eſt, & per hoc fideiuſſores quoque. Quo caſu in omnem cauſam interceſsiſſe videntur, *Petr. de Bella. Pert. ibid. & Bartol. Caſtrenſ. & DD. eo.*

SEXTA CONCLVSIO.

137 Fideiuſſor, inuito † creditore, nequaquam mutari poteſt, ita vt creditor primum fideiuſſorem dimittere, & æquè idoneum accipere cogi queat. *Iaſ. in l. 2. nu. 2. ff. ſol. matrimo. & in l. debitorum. num. 5. & ibi etiam Alciat. C. de pact. Hipp. de fideiuſſ. nu. 215. poſt DD. ibi recenſitos. Cagnol. in l. plus cautionis. 25.*
138 *num. 7. ff. de reg. iur.* Quod non ſolum † de fideiuſſore iam dato, ſed etiam ſaltem promiſſo intelligimus, vt neque tum inuito creditori aliquis fideiuſſor obtrudi debeat, contra communem opinionem, quam refert *Eman. Soarez. in lib. commun. opin. in ver. fideiuſſor. num. 156. Dec. in l. ſi pater. C. de*
139 *collat.* vbi pluribus communem firmat, ſed malè: † *Hipp. nu.*
140 *213.* Nec enim aliud pro alio inuito † creditore, dari, præſtari, fieriúe oportet, *l. 2. in fin. ff de reb. cred. ſi cert. pet. DD. in l.*
141 *1. qui ſatiſd. cog.* nec creditor † debitorem (cuius appellatione fideiuſſorem quoque contineri ſupra probauimus) aut obligationem in re aliqua ſibi conſtitutam mutare cogendus eſt. *l. ſi mandato meo. § fin. ff. manda. Fulgoſ. conſ. 185. Salicet. in l. fina. circa fin. C. de ſeru. & aqua. Cagnol. loco iam citato.* Quod
142 tamen intellectum habet, niſi fideiuſſor † datus, vel dandus mortuus fuerit: quia ex cauſſa neceſsitatis tunc à diſpoſitione *d. l. ſi mandato meo.* recedimus, ita vt ad ſurrogationē alterius fideiuſſoris ſit deueniendum. *Cagnol. d. loc. nu. 7. Petrinus*

rbus in diſputatione ſuper d. l. ſi pater. Additio ad Burto. Chaſſanai conſuetud. Burgun. rub. 5. §. 2. nu. 25. fol. 823.

SEPTIMA CONCLVSIO.

Quæ præcedenti proxima eſt; Obligatus dare fideiuſ-
143 ſorem, dando † pignora obligationi non ſatisfacit, nec liberatur inuito creditore. *gl. in Auth. offeratur. C. de lit. conteſta. Fulgoſ. Lud. Loma. Iaſ. num. 12. Alex. num. 6. & recentiores in l. 1. ff. qui ſatiſda. cog. Ripa. ad rub. de pigno. num. 8. Alciat. in l. 2. §. mutuus datio. nu. 10. de reb. cred. ſi cert. peta. Hippol. de fideiuſ. nu. 297. Neguzant. de pigno. quinta part. prin. memb. 1. num. 1. Cagnol. in d. l. plus cautionis. num. 4. de diuerſ. reg. iur. antiq. Nicola. Mozzius, de contract. in tracta. de pigno. & hypoth. in primo ca. pignum num. 21. fol. 203.* Ratio ſuperius quoque adducta fuit, quod aliud pro alio inuito creditore dari vel præſtari nequeat, *d. l. 2. in fin. de reb. cred.* licet melior conditio efficiatur. *§. praterea. In-*
144 *ſtit. de actio. l. fin. de vſu & habita.* nec ſuſcipere † onus atq; periculum cuſtodiendi pignora creditor tenetur, quorum damna, ſi quæ medio tempore acciperent, reſarcire cogeretur, *l. quemadmodum. § pen. ff ad l. Aquil.* Ex quo textu illud
145 extruunt, fœneratorem, † qui minus accuratè res pignori nexas à tineis, alijsúe aſſeruauerit, propter negligentiam commiſſam ad emendationem teneri, *per l. ſi vt certò. §. nunc videndum. commod. Bald. in l. quæ fortuitis. 6. col. 6. C. de pigno. act. Iaſ. in d. l. 1. num. 13. qui ſatiſd. cog. Hippol. nu. 299.* Vnde appa-
146 ret, magis † grauatum eſſe, qui dare fideiuſſorem, quàm qui dare pignora, ſeu hypothecam conſtituere obligatus eſt. *l. omnes. §. in hac. C. de epiſc. & cleric. §. ſi quis autem. in Auth. de ſacroſan. Epiſc. l. filio. ff. vt legat. nom. cauea.* Hanc itaque concluſionem veritati magis conſentaneam eſſe, atteſtatur *Alex. Iaſ. & DD. iam relati, & Emanuel Soarez in lib. comm. opin. in verb. fideiuſſor. nu. 155* contra alteram, quam communem
147 † clamitat. *Dec. in d. l. plus cautionis. nu. 3. ex gloſſ. fin. in l. 1. ff. qui ſatiſd. cog.* & quos in ſuam ibi allegat ſententiam, nempe,

pe, qui fideiuſſorem dare tenetur, dando pignora liberari, etiam inuito creditore: quæ ſanè pro communi nunquam agnita aut recepta fuit. Nec nos moueat, quod pro ea ſtabi-
148 lienda afferunt, quod mihi ſcilicet non † nocet, & alteri prodeſt, benigne præſtandum eſſe, l. in creditore, *& ibi Accurſ. de euictio. l. reſcripta. C. de precib. Imp. offer. l. 2. §. item Varus. de aqua plu. arcen.* item melius eſſe incumbere rei, quàm perſonæ. *d. l. plus cautionis.* Nam quamuis non inficiemur, plus cautionis eſſe in pignore, quàm in fideiuſſore, propter litis diuturnitatem atque moleſtias: hoc tamen vice verſa concedatur oportet, maius in pignore cuſtodiendo verſari periculùm, propter varios caſus fortuitos. *Cagnol. d. l. plus*
149 *cautionis. num. 5.* nec etiam quis † ſuo cum periculo alteri benefacere debet, cum officio contrarium non ſit, ita alium iuuare, vt te ſerues indemnem, *l. ſed ſi quis ex ſignatoribus. ff. quemadm. teſta. aperi. l. ſancimus. 25. C. de admin. & peric. tuto.* &
150 tritum eſt prouerbio: ordinata † charitas incipit à ſeipſa, ac *ſecundum Terentium,* proximus ſum egomet mihi. Ex ſupe-
151 rioribus & iſtud dependet, quod debitorem, pignore † ſemel dato, pœnitere non poſsit, ita vt pignus reuocare, & fideiuſſorem in locum pignoris, inuito creditore, ſubſtituere velit: nec enim hoc permitti debet. *gl. magna in §. ſuſcepto. circa med. in Auth. de exhib. reis. Hippol. d. loc. num. 306. Franciſc. Viuius in lib. com. opin. in verb. fideiuſſorem dare promittens. nu. 3.* nec enim obligationem ſemel conſtitutam ſibi immutari quis compelli poteſt, *d. l. ſi mandato meo. §. 1. ff. mandati.*

OCTAVA CONCLVSIO.

152 Accipiens ab initio † fideiuſſorem minus idoneum, ſi poſtea pœnitentia ductus, de nouo ſibi caueri petat, nullo modo auditur, cum eum approbaſſe eo ipſo, quod acceperit, videatur, *Vlpian. in l. qui ſatiſdare. 3. in fin. ff. de fideiuſſ. l. ſi is. 3. § fin. vt in poſſ. ff. legat.* Ipſe enim facilitati ſuæ expenſum ferre debet, quod minus idoneum acceperit; neque enim

oportet per ſingula momenta onerari eum, à quo ſatis pe-
153 titur. *d. l. ſi is. 3. §. fin.* & qui cum alio † contrahit, eius appro-
bare conditionem putatur. *l. qui cum alio. 19. de reg. iur. l pen.*
154 *ad Sc. Macedo. Cumanus conſil. 26.* Vnde qui aduerſarium †
ad iudicium vocari impetrauit, eo ipſo, quod vocauit, licet
inhabilem, adeò approbat, vt deinde eum repellere non
poſsit, *Bart. in l. cum mulier. col. 2. ſol. matrimon. Bald. in l. 2. C.
de edict. Diui Adria. toll. Iohan. de Anania in. c. intelleximus. de ad-
ult. verſ. nec obſtat ſi dicatur. Hippol num. 70. Hanc concluſionem
amplectitur Alexan. conſ. 60. incip. conſideratis. col. 1. vol. 5. & conſ.
33 incip. conſideratis in 1. col. vol. 7. Hipp. nu. 66. cum ſeqq.*

Declaro primò, vt procedat non ſolum in ſciente, ſed
155 & licet † accipiens ignorauerit fideiuſſorem non idoneum
eſſe, quia qui cum aliquo contrahit, vel eſt, vel eſſe debet
non ignarus eius conditionis, cum quo contrahit, *d. l. qui*
156 *cum alio. de reg. iur.* Paria namq; ſunt, † eſſe, vel eſſe de-
bere, & ſcire vel ſcire debere. *l. quod te. de reb. cred. ſi cert. pet.
l. ſi Titius. de fideiuſſ. l. qui fundum. §. ſeruus. pro empt. Dec. in d. l.
qui cum alio. num. 10.* ſibi itaq; imputet, quod non diligenti-
us eius conditionem explorauerit, & ita ſentit Alex. *d. conſ.
60. 1 col. vol. 5. & in l. ſi cum dotem. 22. §. ſi mulier. 2. ſolut. matr.*
Addit tamen, quamuis petere nequeat, de nouo ſibi fide-
157 iuſſorem dari, contra † eum tamen, qui dare fideiuſſorem
tenebatur, ad id, quod intereſt, agere poſſe. *Alex. d. loc. Hip-
pol. num. 73. & innuit Bartol. in d. l. 3. num. 8. in fin. de fideiuſſo.*
158 Sed mihi æquius videtur, ſi iuſta † & probabilis ignorantia
allegari atque probari poſsit, vt omninò de nouo fideiuſſo-
res idonei ſint conſtituendi, *Accurſ. in l. ſi quis ſtipulatus ſit Sti-
chum aut Pamphilum 111. §. fin. de verb. oblig. & in l. inter cauſas.
§. abeſſe. manda. & in d. l. ſi is. 3. §. fin. vt in poſſ. lega. facit l. pro-
mittendo. §. ſi à debitore: de iure dot. refert. Hipp. num. 73. in prin.*
159 cum & alioquin † iuſta & probabilis ignorantia excuſatio-
nem mereatur, *l. ſi quis patrem. ad Sc. Maced. l. ſi Titius. de fideiuſſ.*
præſertim cum in facto alieno conſiſtit. *l. fin. ff. pro ſuo.* Quo-
160 circa † nec cuiquam nocet in contractibus, *l. non idcirco. 9. C.
de iur.*

de iur. & fact. igno. quemadmodum neque in tranſactionibus, *l. ſi non. 6. C. tit. iam alleg.* neque in præſcriptionibus, *l. pen. vbi Bald. C. qui admitt. neq; in mora. Alex. in d.l. quod te de reb. cred. ſi cert. pet.* neque in ſolutionibus, *l. pen. §. pen. & §. fin. ff. de iur. & fact. igno. l. cum quis. 10. C. eo.* neque in conditionibus, *d. l. cum quis. 10. l. error. C. ad l. Falcid. l. 1. & ibi DD. de condict. indeb. l. cuius. 54. de reg. iur.* neque in delictis, *Bart. in l. fin. ff. ſi quis teſta. lib. & in l. inter omnes. §. 1. de furt. & in l. genero. de his qui nota. infa. Bald. in c. 1. §. ſi vaſallus. ſi de feudo defun. & in l. error. C. de iur. & fact. igno. neq; in iudicijs. l. 2. l. cum fideicommiſſum. de confeß. l. cum putarem. fam. berciſc.* nec in lucris captandis, multò minus in damnis euitandis. *l. error. 8. l. pen. ff. de iur. & fact. igno. d. l. error. C. eo.* modò ſcilicet, vt antè dixi, il-
161 la ignorantia probari poſsit, quod interdum † neceſſum eſt, ſi illi præſumtio iuris aduerſatur: licet aliàs ignorantia ſemper præſumatur, niſi ſcientia probetur, *c. præſumitur. de reg. iur. in 6. l. verius. in princ. vbi gl. verb. obligatam. de probat. Latè Maſcar. de probat. vol. 2. concluſ. 879. per tot.* Quando igi-
162 tur probanda eſt, nonnunquam † probatur per coniecturas, *c. circa. de electio. lib. 6. c. ſi quis. 1. q. 1. Alexan. in l. ſi cui. 7. §. 1. de accuſat. Maſcar. de probatio. d. vol. 2. concluſ. 880.* nonnunquam per iuſiurandum, cum aliter animus indagari non poſsit, *c. præſentium. de teſtib. lib. 6. gloſſ. in d. l. ſi cui. §. 1. verb. doceatq;. de accuſat. VVeſ. de iur. & fa. igno. nu. 3. Vide Maſcard. d. vol. 2. de probat. concluſ. 881.*

Secundò declaro, licet ab initio fideiuſſor diues fue-
163 rit atq; idoneus, ſed poſtea facultatibus † labatur, atque fiat non ſoluendo, vt neque tum de nouo fideiuſsio ſit conſti-
164 tuenda. Qua tamen in re ſequenti † diſtinctione vtuntur.

I. Aut quis conuentione partium fideiuſſorem dare tenetur: quo caſu, ſi creditor ſemel fideiuſſorem acceperit, ſi medio tempore is ad paupertatem redigatur, atque non ſoluendo efficiatur, ad conſtituendam nouam fideiuſsionẽ reum adigere nullo modo poteſt, *per l. pupill. 96. §. ſoror. 2. de ſolutio. l. ſi nomen. 4. de bared. vel actio vend.* quia fideiuſsio

hic debetur iure conuentionis ſeu obligationis: qua fideiuſsione conſtituta, iam creditori ſatisfactum eſt, atque obligatio expirauit, *Bart. in d. l. 3. num. 12. de fideiuſſo. Gomeſ. de fideiuſſ num. 7. Hippol. nu. 74. poſt DD. ibi adductos.*

II. Aut ex legis diſpoſitione, mediante iudicis officio, fideiuſſor dabatur: is ſi non ſoluendo factus fuerit, alius erit dandus, *l. pratoria. 4. de prætor. ſtip.* vbi dicitur: prætoriæ ſtipulationes ſæpius interponuntur, cum ſine culpa ſtipulatoris cautum eſſe deſijt. *& l. prætor. 20. §. & ſi. 14. de oper. no. nunciat.* Etſi, inquit Vlpia. ſatiſdatum ſit, cautum tamen non perſeueret, interdictum ceſſat, hoc eſt, fideiuſsio ſarcienda renouanda erit. *l. ſi ab arbitro. 10. §. 1. ff. qui ſatiſd. cog.* Si ſua voluntate, inquit ICtus, accepit fideiuſſores, contentus his eſſe debet: quod ſi medio tempore calamitas fideiuſſoribus inſignis, vel magna inopia accidit, cauſa cognita, ex integro ſatiſdandum eſt, *& l. 3. §. fin. Vt in poſſ. lega.* vbi ſcribitur: ſi ſemel fuerit ſatiſdatum, quæſitum eſt, an etiam rurſus cauendum ſit, ſi fortè dicatur, egenos fideiuſſores eſſe datos: & magis eſt, vt caueri non debeat. Et adde ſequens Papiniani reſponſum: planè ſi noua cauſa allegetur, veluti, quod fideiuſſor deceſſerit, aut etiam rem familiarem inopinato fortunæ impetu amiſerit, æquum erit præſtari cautionem, *in l. planè. 4. Vt in poſſeſſ. lega.* Hæc Iure conſultorum reſponſa intelligunt de ea ſatiſdatione, quæ fit officio iudicis. *Bartol. in d. l. 3. in fin. de fideiuſſ. Hippol. num. 74. Gomeſ. nu. 7.* poſt interpretes ab ipſis commemoratos. Verum exi-
165 ſtimauerim, † non ſolum ſi officio iudicis, ſed etiam quando voluntate atque conuentione partium fideiuſſores dantur, ſi hi progreſſu temporis ad inopiam deuergant, de integro alios eſſe ſurrogandos: idque ob generalitatem *d. l. prætoria. 4. de prætor. ſtip. d. l. prætor. 20. §. etſi. 14. de oper. no. nun. d. l. ſi ab arbitro. 10. §. 1. qui ſatiſda. cog. d. l. 3. §. fin. cum leg. ſeq. vt in poſſ. ſſ. lega.* Nec enim hæc ICtorum reſponſa in eo diſcrimen faciunt, vtrum ex conuentione contrahentium, aut of-
166 ficio iudicis fideiuſſores dati ſint: ſed in eo † duntaxat diſ-

cer-

cernunt, Vtrum ab initio fideiuſsionis conſtitutæ fideiuſſor non ſoluendo fuerit, vel poſtea factus. Priore caſu, ſi ſciens creditor fuerit, vt redintegratio ſeu renouatio fideiuſsionis locum non habeat: id quod eleganter ex allegata *l. ſi ab arbitro. 10. §. 1 qui ſatiſda. cog. & ex l. 3. §. fin. cum l. ſeq.* elici poteſt: & ita forſan etiam eſſent exaudiendæ, *l. pupilli. 69. §. ſoror. 2. de ſolutio. & l. ſi nomen. 4. de hered. vel actio. vend.* niſi quis dicere malit, haſce duas ll. propriè ad materiam noſtrã non pertinere.

167 Nam quod † attinet *ad d. l. ſi nomen:* eo loci vendidit quis nomen debitoris ſui: venditor non tenetur præſtare, vt ſoluendo ſit debitor, ſed quod debitor ſit. Sciendum hîc, venditione dominium transferri, quo tranſlato, periculum rei ad emtorẽ pertinet. *l. neceſſario. 8. ff. de pericul. & com. rei vendita.* quemadmodum & commodum. *l. id quod. 7. eod. tit.* Itaq; perfecta venditione, ſi quid vitij vel detrimenti res vendita capiat, emptoris erit damnum. *l. 1. in prin. eod. tit.* Idem eſt in propoſita ſpecie *d. l. ſi nomen.* Nec forſan ibi ad euictionem venditor tenebitur, quia ab initio ſciens periculum hoc emtor emiſſe, atque in ſe ſuſcepiſſe videtur, quod cum ita ſit, tantum abeſt, vt illud reſponſum nobis aduerſetur, vt magis aſſertionem noſtram confirmare videatur.

168 Eodem modo † *in d. l. pupilli. 96. §. ſoror. 2.* lite ob legatum relictum mota, & tranſactione facta, legataria ibi loco legati nomen debitoris accipit, ad quam ſimul iſtius nominis periculum pertinet, quare &, ſi legatum peteret contra placitum, exceptione pacti remoueretur. Hic manifeſtè non conſtat, Vtrum tempore tranſactionis periculum apparuerit, an verò poſt: Cæterum cum tranſactiones fiant de rebus dubijs, ita vt ab vna parte aliquid præſtetur, ab altera lis remittatur: *l. tranſactio. 38. C. de tranſactio.* dubium ſanè non eſt, ab initio ſtatim hoc placuiſſe intelligi, vt ſi poſt tranſactionem nomen deterius fiat, id periculo eius fiat, cui nomen ceſſum eſt: cum in poteſtate eius ſit, nomen celerius exigere, ne fortaſsis mora interueniente, exactu fiat difficilius: quid? quod & per hanc ceſsionem debiti dominium translatum ſit. Ergo &

 peri-

periculum ab initio. Satis ſit de his cogitandi anſam præbuiſſe.

Ex hiſce itaq; duabus concluſionis noſtræ declarationibus, extrahimus haſce duas limitationes.

169 Prima, vt concluſio locum non habeat, ſi iuſta † & probabilis ignorantia allegari poſsit, per ea, quæ paulò ante diximus, & videtur innuere *Hipp. nu. 73.*

170 Secunda, vt locum non habeat, ſi poſt contractam † fideiuſsionem facultates fideiuſſorem deficiant, atq; inopia laborare is incipiat: nec diſtinguas, conuentione contrahentium, vel officio iudicis fideiuſsio conſtet, per iura iam citata.

His adde & alias duas limitationes.

Tertia, vt concluſio locum non habeat, ſi ratione do-
171 tis, † ſoluto iam matrimonio, fideiuſſor mulieri ſit datus, quia ſi is minus ſoluendo fuerit (intellige ſiue ab initio, ſiue ſucceſſu temporis) noua fideiuſsio peti poterit, idq; fauore dotis. *d. l. ſi cum dotem. 22. §. ſi mulier. 2. ſolu. matrim.* vbi ait IC. ſi mulier ſoluto matrimonio egentem reum dotis per nouationem decepta accipiat, nihilominus actio dotis ei manebit, *Vide Angel. Bart. & DD. ibid. Hippol. num. 74.* quanquam & hic doli ſit mentio, in verb. decepta: notum au-
172 tem, dolum † dantem cauſam nouationi & liberationi, reddere actum ipſo iure nullum. *Bald. in d. §. ſi mulier.*

Quarta, fideiuſſori iam dato, qui pro idoneo habitus
173 eſt, & fugam † mox arripienti, alius fideiuſſor ſufficiendus erit: videtur enim ob iſtam fugæ celeritatem creditor conſcius fugæ fuiſſe, *Hippol. latè. nu. 76. cum ſeq.* & dolus inde eius nonnihil præſumitur, *per l. ſi ventri. §. eorum. ff. de priuileg. credi.* nec etiam abeſt, quin fuga inter caſum fortuitum referenda ſit, quam creditor probabiliter ignorare potuit.

NONA CONCLVSIO.

174 Duo vel plures † rei debendi ſi conſtituantur, is, ad quem

quem pecunia peruenit, loco debitoris principalis, reliqui loco fideiuſſorum erunt, *Accurſ. in l. ſed Iulian. §. item ſi duos. 8. ff. ad SC. Maced. Hipp. de fideiuſſ. nu. 65. Tiraq. de retract. ligna. §. 31. gloſſ. 1. nu. 8. Anton. Gabriel. Rom. lib. 3. de fideiuſſo. concl. 2. Grauetta conſ. 91. num. 2. poſt DD. ab ipſis enumeratos, idq; per text. l. actione. 65. §. ſi communis. 14. ff. pro ſoc.* Si communis, inquit Paulus, pecunia penes aliquem ſociorum ſit, & alicuius ſociorum quid abſit: cum eo ſolo agendum, penes quem ea
175 pecunia ſit. Atq; hoc adeò obtinet, vt fideiuſſores † creditori exigenti beneficium excuſsionis obijcere poſsint, vt nempe is, ad cuius manus pecunia peruenit, primum omnium ſumtibus fideiuſſorum excuti debeat. *Bart in l. 3. §. 1. quæſtio. 7. de duob. reis Hippol. nu. 65. & idem num. 370. per plura. Duennas reg. 335. limitat. 19. Gabriel. Roma. d. concl. 2. nu. 2.* cum auctoribus ibidem allegatis: quo in loco quinq; huius concluſionis limitationes inuenies.

DECIMA CONCLVSIO.

176 Fideiuſsionis officium † gratuitum eſſe debet, & conſectario paciſci aut ſtipulari mercedem fideiuſſori pro iſthoc officio non licet. *Carol. Molinæus in tracta. commerc. quæſt. 31. nu. 251. Couarru. lib. 3. varia. reſolu. cap. 2. tom. 2 nu. 6.* idque exemplo creditoris. Cum enim creditori turpè ſit pro officio mutuationis aliquid mercedis vltra ſortem exigere, quantò magis ipſi fideiuſſori id turpe futurum eſt, qui minus officij impendit? qui præter nudam verborum interpoſitionem nihil exhibet? cui nihil abſit? Ac ſanè ſibi ſatis ſit, de indemnitate ſibi caueri, quod quidem propter futurum periculum atq; damnum fideiuſſor licitè petit, nec officio contrarium eſt. Et in hac ſententia rectè perſiſtunt Molinæus atque Couarruuias, locis iam aſsignatis, eam[illegible]
177 contra communem defendunt. Non obſtat, quod † pro communi afferunt, primò ratione periculi, quod [illegible] ri ſubeundum eſt, cum tota die contingere vide[illegible]

hoc officium fideiubenti incommodo ſit atque detrimento, eaque propter Salomon ſapientiſsimus temerarios fideiuſſores ſtultis æquiparet, *Prouerb. cap. 17. & c. 22.* Noli, inquit, eſſe cum his, qui defigunt manus ſuas, & qui vades ſe offerunt pro debitis: ac notum ſit illud: Spopondiſti, præſtò noxa eſt. *Eraſmus cent. 6. adag. 97. Molinæus d. tract. nu. 554.* Nam (vt reſpondeamus) ſi ex principio tractationis rem
178 exiſtimemus, à principio in fideiuſsione † periculi nihil eſt, ergo & nihil mercedis eſſe debet: deinde & per indemnitatis cautionem illud periculum ſubleuatur, nec ab euentu
179 † ſemper res ſunt dijudicandæ, iuxta illud Ouidij:

—— —— Careat ſucceſſibus opto,
Quiſquis ab euentu facta notanda putat.

Atque Salomonis dicta officium humanæ dilectionis (quò fideiuſsionem haud immeritò connumeramus) nequaquã tollunt, eaque de abuſu fideiuſsionis accipienda ſunt: cum è contrario legamus, Apoſtolum Paulum pro Oneſimo fidem ſuam interpoſuiſſe: qua de re nonnihil ſupra in prooemio annotauimus.

180 Secundò non † obſtat, *l. hoc iure. 19. §. Labeo. 1. de donatio. vbi dicitur:* Labeo ſcribit, extra cauſam donationum eſſe talium officiorum mercedes, vt puta ſi tibi adfuero: ſi ſatis pro te dedero: ſi qualibet in re opera vel gratia mea vſus fueris: cui adiunge *l. ſi remunerandi. 6. §. Marius Paulus. 7. ff. manda. Bart. Caſtrenſ. ad d. l. hoc iure. 19. §. 1 Dec. conſ. 7.* Reſpondendum enim eſt, *in d. l. hoc iure:* Iurecõnſultum hunc finem habere propoſitum, vt oſtendat, quæ ſpecies cadant in donationem. Hoc itaque ſignificat, quando aliquid pro officio futuro promittitur, id donationem non ſapere. Interim non approbat hás mercedes, nec ad eum finem illud reſponſum ICti eo loci poſitum eſt. *Molina d. nu. 251. quemadmodum nec in d. l. ſi remunerandi. §. Marius Paulus* huiuſmodi pactiones mercedum pro iuſtis & approbatis habentur, id quod ex illo textu conuinci nullo modo poteſt.

181 Tertiò non † obſtat, quod afferri poſsit: Quamuis pactum

182 ctum legis commiſſoriæ † inter debitorem & creditorem pignus accipientem prohibitum ſit, tale ſcilicet, vt niſi certa die pecunia debita ſoluatur, res oppignorata in commiſſum cadat, ipſique creditori addicatur. *l. 1. l. fin. C. de pact. pign. c. significante. de pign. Neguza. de pign. 4. part. prin. in prin. VVeſenbec. ff. de pign. nu. 5. Schneid. §. contra eum. num. 6. In-*
183 *ſtit. quib. alien. licet.* Iure † Saxo. quid de hac re ſit diſpoſitum, *vide glo.* Weichbild *art. 20. col. 12. Diff. Saxo. 57. lib. 1. con-*
184 *ſtit. Elect. Saxo. 32. part. 1.* huiuſmodi tamen pactionem † ipſi contractui pignoris ſtatim oppoſitam, inter debitorem & fideiuſſorem valere, idque probare nituntur *ex l. vltima. ff. de contrah. emt. Bart. Bald. & Salicet. ibi. & Bart. in l. quamuis. ff. de ſolut. Panormita. in d. c. significante. nu. 6. Fabian. in tract. de emt. & vendit. q. 7.* Non obſtat, inquam, quia iſta ſententia eſt erronea: nec hoc ex allegata *l. vltima ff. de contrah. emt.* demonſtrari poteſt: quandoquidem ibi res datæ in pignus creditori, non fuerunt datæ in pignus fideiuſſori: ideoq; non poteſt, quoad fideiuſſorem, propriè dici pactum legis commiſſoriæ, nec illius meminit Iureconſultus, ſed alterius conditionalis venditionis. Idcirco in legis commiſſoriæ pactione nulla debet, nec poteſt conſtitui differentia inter creditorem & fideiuſſorem. Sicut enim pactum iſtud improbatur in creditore, eodem modo & in fideiuſſore: atq; ſub qua conditione permiſſum eſt fideiuſſori, eadem permiſſum eſt creditori. *Vide Couarr. d. cap. 3. nu. 7. & 8.* vbi hanc quæſtionem ritè examinat.

Concluſionem noſtram ita communitam limito pri-
185 mò, ſi ſponte † ſua debitor nullaque neceſsitate adductus, ex mera liberalitate fideiuſſorem, vel iam officio ſuo perfunctum remunerari velit, quæ remuneratio non loco mercedis ex debito, ſed donationis inſtar erit, cum nullo iure cogente fiat. *l. donari. 83. de diuerſ. reg. iur. antiq.* largè nempe ſumto vocabulo remunerationis. *Dec. in d. l. donari. nu. 2. Ca-*
186 *gnol. nu 5. Molina. d. q. 31. nu. 252.* Multa † igitur honeſtè dantur, quæ inhoneſtè petuntur.

187 Secundò limitò, vt debitor † fideiuſſorem ſibi in contractu vel negocio principali aſſociare poſsit, ſi is aliter intercedere nolit: modò in alijs æqualitas ſeruetur. Veluti, aliquis noluit fideiubere, niſi debitor ſimul ſe obliget ad duplum eius ſummæ, qua indiget: ita tamen, vt debitor dimidium habeat eius ſortis, fideiuſſor aliam partem dimidiam: quæ pactio illicita non eſt, *Molin. quæſt. 30. num. 250. circa fin.* Verùm, ſi fideiuſſor contemplatione fideiuſsionis minus ſoluat de precio, cum tamen æqualem partem habeat, vel minus damni ferat, aut plus lucri, iniuſtum eſt, & reputandum illicitè extortum. *Ita Molinæus d. q. 31. num. 252.*

188 Tertiò limitò, vt non procedat, ſi fideiuſsio † verſetur circa obligationem incertam, ex qua damnum graue, atq; incertum periculum oriri poſsit, ita quod id, quod fideiuſſori datur, ſit loco indemnitatis, id quod ex cauſæ circumſtantijs æſtimandum erit, *Molin. d. nu. 252. circa fin.* Idq; locum habet in obligatione incerta: ſecus † in certa: quem-
189
190 admodum quoque vice verſa creditor † à fideiuſſore aliquid accipere poteſt, vt eum obligatione fideiuſſoria liberet, quoties dubia & incerta eſt exactio debitoris: Cæteroquin, ſi certa ſit debitoris ſolutio, nec vllum immineat fideiuſſori periculum, minimè liceret creditori aliquid vltra ſortem in precium liberationis à fideiuſſore accipere, *Molin. d. tract. de commerc. quæſt. 34. num. 257. Couarru. d. c. 2. lib. 3. Varia. reſol. num. 6.*

VNDECIMA CONCLVSIO.

Capite ſuperiori à num. 198. longa ſerie recenſuimus, quando in cauſis criminalibus fideiuſsio locum habeat, vel non habeat. In caſibus agitur, qui fideiuſſores
191 † criminales admittunt, ita agendum erit, vt fideiuſſores in omnem caſum ſeſe obligent, & in omnem pœnam atque condemnationem (ſcil. quæ non affligat corpus) tam ex ipſo maleficio, quàm ex proceſſu atque contumacia ſeu mora rei prouenientem. *Iaſ. in §. quadrupli. nu. 10. 11. Inſtit. de actio.*

de actio. per l. quare. in princ. ff. locati. Latè des Reichs peinliche ordnung *c. 16.* & obligent quidem ſe non ſolum pro cauſa
192 primæ, ſed & ſecundæ † inſtantiæ ſeu appellationis, hac
193 ſcilicet, vel ſimili formula: Promiſerunt † fideinſſores ſtare in iudicio, & parere iudici, & ſoluere omnem condemnationem, ex proceſſu prouenientem, in omnem caſum, quomodocunque & qualitercunque, & per quemcunque fuerit iudicatum, ſiue per iſtum iudicem, ſiue per ſucceſſorem, aut etiam per iudicem appellationis. *Iul. Clar. in pract. crim. q. 46. Hippol. Bonacoſſa in lib. commun. opin. verb. fideiuſſor in crimi-*
194 *nali.* Vſus † hodie obſeruat, vt fideiuſſores ſub certa atque definita pœna, nempe 300. 500. 1000. 2000. pro qualitate perſonæ reæ, eius facultatum atque delicti, iudicis arbitrio, reum ſingulis terminis iudicialibus, vſque ad ſententiam definitiuam, vel toties, quoties opus erit, isq; requiretur, promittant ſiſtere, *Coler. de proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. num. 88.* quod niſi fecerint, pœnam committunt, *Angel. in l. 2. Cod. de exhib. reis. Gomeſ. tom. 3. Varia. reſol. cap. 9. num. 8. Menoch. de arbitr. iud. quæſtio. lib. 2. centu. 4. caſu 304. num. 5. VVeſenbec. in paratit. ff. de cuſtod. reor. num. 6. qua de re capite præcedenti nu. 289. cum ſeqq. fusè mentionem fecimus.*

DVODECIMA CONCLVSIO.

195 Magiſtratus † non idoneos accipiens fideiuſſores actione ſubſidiaria vtili, parti læſæ tenebitur. *l. 4. 5. C. de Magiſtr. conuen. & ibi Azo in ſumma.* qui titulus tamen proponitur potiſsimum in magiſtratus, qui tutores vel curatores dederunt, aut nominarunt, nec ab eis ſatiſdationem exegerunt, rem minoris ſaluam fore, aut minus idoneam exegerunt: quo ſanè caſu culpa ipſis imputari poteſt, *l. 1. §. ſi præſes. cum ſeqq. ff. eo. Duaren. & VVeſenbec. ad tit. ff. de magiſtrat. conuenie.*
196 qua de re inferius fiet mentio. Iſtud verò † accipiendum eſt de ijs magiſtratibus, qui dare ſolent tutores, atq; exige-

re ſatiſdationem, *l. 1. in princ. ff. eo. tit.* qui approbatores dicuntur, & plerunque in bene conſtitutis Rebuſpub. ad eam rem ſigillatim deputantur, vt ab ijs tutores & fideiuſſores prius, quàm à ſuperiori Magiſtratu accipiantur, explorentur, & tandem idonei approbentur: & tum non in ſuperio-
197 rem Magiſtratum, ſed & ipſos † approbatores actio dabitur, qui fideiuſſorum vicem ſuſtinent, *Vlpian. in l. cum oſtendimus. §. fin. in fin. ff. de fideiuſſ. tuto. d. l. 1. §. Diuus Hadrianus. 8. ff. d. tit. de magiſt. conuen. Hippol. de fideiuſſor. nu. 3 4 5. & quos ibi cateruatim allegat. VVeſenb. ff. de fideiuſſor. & nom. tut. nu. 3.* Et hæc quidem fauore pupillorum recepta ſunt iure ſingulari: Ex-
198 tra † cauſam pupillarem dubito: niſi rei circumſtantiæ aliud inducant.

CAPVT V.

De effectibus fideiuſsionis, quomodo fideiuſſores conueniantur, & de beneficijs iure ipſis competentibus, Excuſſionis, Diuiſionis, cedendarum actionum, &c.

1. *Vtilitas fideiuſſionis in effectu potiſſimum conſpicitur.*
2. *Fideiuſſor ſuo nomine & ex ſua promiſſione obligatur.*
3. *Fideiuſſor propriè debitor appellatur.*
4. *Fideiuſſor ad id obligatur, quod ab initio conuenit.*
5. *In contractibus, quæ ab initio placuerunt, inſpiciuntur. nu. 27.*
6. *Mora rei principalis, vtrum noceat fideiuſſori, adeo, vt ad vſuras, acceſſiones & intereſſe teneatur, affirmatiua ſententia num. 7. Diſtinguitur inter arbitraria & ſtricti iuris iudicia, & iudicia bonæ fidei, num. 8. cum ſeqq. & nu. 20. cum ſeqq.*

9. In

9. *In ſtricti iuris iudicijs nihil venit, niſi quod expreſſè dictum eſt: nec ſua natura aliquam interpretationem admittunt. num. 10.*

11. *Stricti iuris actiones ex loci & temporis adiectione fiunt arbitrariæ.*

12. *Arbitraria actio fit ex actoris vel creditoris perſona: aliter in bonæ fidei actionibus. nu. 13.*

14. *Stricti iuris actiones adiectione vel commemoratione loci fiunt arbitrariæ: bonæ fidei actiones ſua natura iudicis arbitrium continent.*

18. *In facti obligationibus fideiuſſor moram non committit.*

21. *Fideiuſſor ſimpliciter acceptus in omnem cauſam interceſſiſſe intelligitur.*

25. *Fideiuſſoris ſimpliciter accepti obligatio mora principalis debitoris non augetur.*

26. *Fideiuſſor ſimpliciter acceptus, ex mora rei non obligatur ad vſuras, vel acceſſiones, vel intereſſe. Declaratur nu. 33. 34. 35. 37. Limitatur nu. 41. 42. 45. 46.*

28. *Fideiuſſor ſimpliciter intercedens, ad id tantummodo obligari voluit, quod in præſenti eſſet debitum.*

29. *Nemo ex alterius facto damno affici debet.*

30. *Fideiuſſio ſtricti iuris eſt, quæ ſemper verbis contrahitur. num. 31.*

34. *Facti nulla eſt æſtimatio.*

35. *Fideiuſſori offerenti mora creditoris in accipiendo non nocet.*

36. *Vltima mora nocet.*

38. *Fideiuſſor pro vno rei augmento ſe obligans, ad ſequentia non tenetur.*

39. *Ædibus ad annum conductis, fideiuſſor datus pro ſequenti anno non tenetur.*

40. *Infinitas vitanda.*

43. *Dies interpellat pro homine.*

44. *L. mora 88. in fin. ff. de verb. obligat. & nu. 47.*

45. *Fideiuſſores tutorum fructuum & vſurarum nomine tenentur.*

46. *L. 2. §. fin. cum l. 3. ff. qui ſatiſda. coga.*

Fideiuſſor iudicio ſiſti & de iudicato ſoluendo tenetur non modo de debito principali, ſed etiam ad expenſas, quas creditor litigando & debitorem conueniendo facere coactus fuit.

48. *Vbi perpetuatur obligatio, ibi perpetuatur actio.*

49. *Explicatur l quæro. 54. ff. locati.*

50. *L. initio. 5. C. de pactis.*

51. *L. centum Capuæ. 8. ff. de eo quod certo loco.*

52. *Differunt augeri fideiuſſoris obligationem, & perpetuari, ſeu non diminui.*

53. *L. ſi poſtea. 10. ff. rem. pup. ſal. fore.*

54. *L. 2. §. fin. qui ſatiſda. coga.*

55. *L. ſi quis pro eo. 56. §. ſi nummos. 2. de fideiuſſo.*

56. *Obligatio antè inualida reconciliatione mutui confirmatur.*

57. *L. amiſſi. 54. §. fideiuſſores. ff. de fideiuſſor.*

58. *Dotes prædiorum quæ.*

59. *Entheca quæ.*

60. *L. pen. ff. vt legato. nom. cauea.*

61. *Cautela pro fideiuſſoribus.*

62. *Quod futurum timetur, ab initio ſatis præcaueri nequit.*

63. *Hæres fideiuſſoris ex fideiuſſione obligatur. Declaratur num. 69. Iure Saxo. nu. 72. 73. Limitatur num. 81. 87. 89. 93. 94. 97. 100. 102. 106.*

64. *In contractibus ex facto defuncti heres obligatur.*

65. *Ex quo quis lucrum capit, eius factum præſtare tenetur. 66.*

67. *Adeundo hæreditatem hæres voluntatem defuncti comprobat: ſeq; omnibus obligationibus hæreditarijs ſubijcit.*

68. *Hæres ſuſtinet perſonam defuncti.*

70. *Omnes contractus ita celebratus intelligitur, vt heredes includantur, licet eorum mentio facta non fuerit.*

71. *In teſtamento ſuperflua eſt hæredis mentio.*

74. *Fideiuſſor debitori hæres exiſtens, duabus actionibus tenetur.*

76. *Natura ſtipulationum indiuiduarum in perſonis hæredum non immutatur. nu. 78. 79.*

77. Si

77. *Si defunctus per partes ſoluere nequit, ergò nec hæres.*

80. *Vocabula, contractus, actus, obligatio, dicuntur diuidua, vel indiuidua ſecundum naturam rei in eam deducta.*

81. *In cauſis delictorum hæres non exigitur, niſi quatenus ad eum peruenit. nu. 82.*

83. *Inſtantia in caſu, vbi pœna ipſo iure infertur, etiam abſq; litis conteſtatione ad hæredes tranſit, & nu. 84.*

85. *Iure Pontificio hæres indiſtinctè tenetur, quamuis ad eum nihil peruenerit, nec lis conteſtata fuerit: non tamen vltra vires hæreditarias.*

86. *Fideiuſſoris pro reo criminis ad certam pœnam obligati hæredes tenetur, in caſu rei non exhibiti.*

88. *Dictio taxatiua, Solum, eſt excluſiua omnium caſuum extra orationem, in qua ipſa eſt, poſitorum.*

89. *Clauſula, ſi vnus fideiuſſorum moriatur, vt alius ſurrogetur, hæredes non obligat. Contrarium num. 90. vbi nu. 91. ad aliam quæſtionem infertur. & nu. 92.*

95. *Hæres quomodo probetur, remiſſiuè. & hæreditatis aditio. num. 96.*

97. *Contra hæredem ignorantem debitum vel interceſſionem defuncti executio non conceditur. nu. 99.*

98. *Hæres iuſtam habet ignorantiæ cauſam.*

100. *Succeſſione tollitur obligatio pro parte hæreditaria: pro reſiduo cohæredes tenentur. nu. 101.*

102. *Perſonalis obligatio hæredi non officit: veluti obligatio ad obſtagium num. 103. niſi per promiſſorem mora contrahatur num. 104. adde nu. 105.*

107. *Fideiuſſio producit actionem ex ſtipulatione vel mandati. Limitatur num. 112. 114. 117. 119. 121. 122. 123. 125. 130. 131. 132. 134. 135.*

108. *Fideiuſſor an in ſuo, an debitoris foro ſit conueniendus.*

109. *Actor rei forum ſequitur.*

110. *Fideiuſſor fori præſcriptioni renuncians ad forum contractus remittitur: idem eſt, ſi certo loco dare promiſerit. nu. 111.*

113. *Solu-*

113. *Solutione omnis tollitur obligatio.*

114. *Nouatione tollitur obligatio: modò id expreſſè agatur, num. 115.*

116. *Nouatio non præſumitur.*

117. *Acceptilatione tollitur obligatio: etſi reo principali acceptilatum ſit. 118.*

119. *Prorogatione termini abſq; conſenſu fideiuſſoris facta tollitur obligatio. 120.*

122. *Fideiuſſor pro euictione rei acceptus, non niſi re euicta conueniri poteſt: & nu. 564.*

124. *Fideiuſſio conditionem taciti temporis ex perſona tum debitoris tum fideiuſſoris recipit.*

126. *Fideiuſſor præſens ſi patiatur ſe nominari ac deſcribi in actis, nec contradicat, obligatur. reprobatur num. 128. 129.*

127. *Iudicij calor tantus eſt, vt multa conſtituantur in eo, quę aliàs non admittuntur.*

128. *Præſens & tacens non videtur conſentire, quando de inducenda eius obligatione agitur.*

130. *Fideiuſſor iudicio ſiſti poſt ſententiam definitiuam non tenetur.*

131. *Caſus fortuitus abſq; culpa principalis, fideiuſſori non nocet. reprobatur ibid.*

132. *Debitore vltra dimidium decepto, præſertim in venditione fideiuſſori venditoris ſuccurritur. nu. 133.*

134. *Fideiuſſor in ſubſidium promittens, ſi debitor non ſoluendo factus fuerit, creditorq; admonitus exigere neglexerit, liberatur.*

136. *Sententia lata contra principalem fideiuſſori non citato non officit. Reprobatur nu. 137. Conciliatur nu. 138.*

139. *Beneficia fideiuſſoribus conceſſa.*

140. *Miſerabilis fideiuſſorum conditio.*

DE EXCVSSIONE.

141. *Iure veteri liberum fuit creditori, vel debitorem vel fideiuſſo-*

iuſſorem primò conuenire: iure nouiſſimo primò debitor conueniendus eſt nu.142.

143. *Diuiſio materia excuſſionis.*

144. *Excutere, eſt diligenter inquirere in fortunas alicuius.*

145. *Excuſſio quid.*

Fideiuſſor in ſolidum tenetur, non, vt quatenus fieri poteſt, ſoluatur ex bonis debitoris excuſſis: reſiduum verò fideiuſſor ſuppleat.

146. *Cum dubium eſt, debitor ſoluendo ſit, nec ne: neceſſariò ad excuſſionem veniendum.*

147. *Moram fideiuſſor non committit, principali debitore non exacto.*

Moram non contrahit, qui exceptione tutus eſt.

148. *Vbi petitio non eſt, nec mora eſſe poteſt.*

149. *Excuſſio locum habet, etiamſi hypothecaria contra tertium poſſeſſorem agatur. & nu.182. quid iure antiquo nu. 150. Declaratur nu.151.153.154.155.156. Limitatur nu. 157.158.159.161.*

152. *Cautela pro creditore bona debitoris ſibi hypothecante.*

154. *Excuſſio rei principalis etiam pendente iudicio contra tertium poſſeſſorem fieri poteſt.*

156. *Debitori ſi bona ſuperueniant, creditor autem in omittenda excuſſione negligens fuit, interim debitor iterum ad inopiam vergat: tunc tertij poſſeſſores non conueniuntur.*

157. *Pro reditibus, oneribus, vectigalibus &c. tertij poſſeſſores, abſq; excuſſione principalis conueniuntur.*

159. *Tertius poſſeſſor, ſi cum debitore alienante in fraudem creditorum, dolum participauerit atq; emerit bona, excuti poteſt.*

160. *Dolus ſuus nemini patrocinatur.*

162. *Creditori agenti contra debitorem debitoris, debitor ſecundum exceptionem excuſſionis obijcere poteſt, & nu. 183. Limitatur nu.163.*

164. *Ordinis beneficium locum habet in caſu, vbi duobus fuit rei commiſſa adminiſtratio: & alter geſſit, alter non.*

165. *Tabularius fiſci, cui debitor ſoluit, prius excutiatur.*

166. *Excuſſio locum habet in filio ad munus publicum cum conſenſu patris electo, antequam ad patrem deueniatur nu. 184.*

167. *Fideiuſſor promittens, quanto minus debitor ſoluerit, excuſſionis beneficium habet, licet Auth. præſente. non renunciauerit.*

168. *Fideiuſſor indemnitatis excuſſionis beneficium habet, n. 185.*

169. *Fideiuſſor indemnitatis qui.*

170. *Fideiuſſor indemnitatis propriè fideiuſſor non eſt.*

171. *Ex pluribus reus debendi, ad quem pecunia peruenit, loco debitoris, cæteri loco fideiuſſorum erunt: igitur hi beneficium excuſſionis habent. nu. 186.*

172. *Obligans ſe vt principalem, habet beneficium excuſſionis. nu. 188.*

173. *Poſſeſſores rerum pro dote hypothecatarum vxori dotem repetenti obijcere poſſunt exceptionem excutiendi mariti. Communis eſt. nu. 174. quod & ad nomina mariti extenditur, nu. 175.*

176. *Creditor ſi pignus habet, ad pignoris venditionem prius, quàm contra fideiuſſores deueniri debet: contrarium ſentit gl. nu. 177. Sed altera verior: & ſi emtor idoneus inueniri non poteſt, pignus à iudice æſtimandum, & creditori in ſolutum dandum eſt, nu. 178.*

179. *Quibus in caſibus excuſſio non habet locum, ibi fideiuſſor petere poteſt, vt ſuo periculo & ſumtu excuſſio fiat: licet contrarium ſentiat Ceſar Contar. & alij nu. 180.*

181. *Excuſſionis beneficium quibus detur: fideiuſſori, & alijs omnibus, qui alieno nomine interueniunt, nu. 187.*

188. *Conſtituens ſe principalem,* verſchreibet ſich als einen Bürgen vnd Selbſchüldigen/ *vtrum gaudeat beneficio excuſſionis, negatiua? nu. 189. nu. 204. in fin. affirmatiua, nu. 192. Declaratur nu. 194. 195. 198. 200. Limitatur nu. 201.*

190. *In contractibus, conuentionibus, inſtrumentis, nihil ocio-*
ſum,

ſum, nihil ſuperfluum eſſe debet, ſed verba ſingula cum virtute ſunt intelligenda.

192. *Voluntas contrahentium legem dat contractibus.*

193. *Fideiuſſorum & conſtituentium obligatio atq́; conditio æquiparatur.*

196. *Verba, ſine exceptione de friuola & incondita exceptione accipienda ſunt. nu. 197.*

196. *Clauſulæ illæ circa perſonas fideiuſſorum principales ſe conſtituentium apponi ſolitæ, renunciatione non facta, nullius ſunt momenti.*

201. *Merè conſtituens beneficium excuſſionis non habet, ſi id faciat animo nouandi: quod exprimendum eſt num. 202. quod interdum manifeſtiſſimis coniecturis colligitur, nu. 203. & nu. 204.*

205. *Plures tutores vel curatores habent ordinis beneficium: ijs in caſibus, in quibus in ſolidum ſunt obligati. nu. 206.*

207. *Inter tutelæ diuiſionem ab ipſo teſtatore vel iudice, & ab ipſis tutoribus factam, diſtinguendum eſt.*

208. *Vbi tutelæ adminiſtratio diuiſa non eſt, ſed omnes geſſerunt: ordinis beneficium locum non habet, diuiſionis habet. nu. 209.*

210. *Tutela ab ipſo teſtatore vel iudice diuiſa, ordinis beneficio locus non eſt, ſed quilibet pro ſua adminiſtratione tenetur, nec in ſolidum obligati ſunt 211. Limitatur num. 212. 213. 214. 215.*

216. *Tutela ab ipſis tutoribus inter ſe diuiſa: omnes quidem in ſolidum tenentur ſtricto iure: ſed ex æquitate ordinis beneficium datur. Declaratur nu. 217. ſi tutores ſint diuerſi generis, videlicet alij teſtamentarij, alij datiui, alij legitimi: ſecus ſi eiuſdem generis ſint, nu. 218. Declaraturitem, quatenus tutor, qui vti hoc beneficio vult, dolo & culpa careat: alter verò in dolo vel culpa ſit. num. 219.*

220. *Inter plures tutores, ſi vnus geſſit, alter non: qui non geſſit, nihilominus tenetur, attamen ordinis beneficium*

 habet.

habet. Declaratur nu. 221. Limitatur nu. 222. 224. 225.

222 *Quando non gerens demandauit adminiſtrationem gerenti, vbi expreſſum mandatum requiritur.*

224. *Quando non gerens conuenitur de neglectis: aut ſi per negligentiam à collega cautionem non exegerit.*

226. *Excuſſionis exceptio competit fideiuſſori iudicatum ſolui, contrarium nu. 227. 229. & fideiuſſori iudicio ſiſti. nu. 228.*

230. *Condemnato reo, fideiuſſor iudicatum ſolui liberatur.*

231. *Adultera iam accuſata exceptionem excuſſionis habet, modo eam opponat, priuſquam nomen eius inter reos relatum: hoc eſt, lis conteſtata fuerit. nu. 232.*

233. *Excuſſionis exceptio competit aduerſus creditores agentes: aliud eſt, ſi queratur, aduerſus quos excuſſio inſtituatur. nu. 234.*

236. *Debitoris vocabulum generalius eſt.*

235. *Excuſſio exercetur aduerſus primum debitorem tum reali, tum perſonali actione obligatum: item contra tabularium ſeu exactorem à fiſco conſtitutum, num. 237. aduerſus filium decurionem creatum num. 238. ex pluribus reis debendi aduerſus eum, qui pecuniam ad ſe recipit, num. 239. aduerſus maritum, in caſu quo vxor dotem repetit a poſſeſſore rerum pro dote pignoratarum. num. 240. aduerſus contutorem. nu. 241. & eius hæredem, nu. 242. aduerſus fideiuſſorem tutoris, nu. 243. & fideiuſſoris hæredem, nu. 244. aduerſus magiſtratus, tutores idoneos non dantes, aut qui ſatiſdationem non idoneam exegerunt, ita vt in dolo vel culpa ſint, nu. 245. & aduerſus hæredes magiſtratuum, nu. 246.*

247. *Abeſſe dolum & culpam, non pupillus, ſed Magiſtratus probat.*

248. *Aduerſus fideiuſſores magiſtratuum excuſſio non procedit.*

249. *Magiſtratus quinam hic intelligendi, vt excutiantur.*

250. *Primo tutores, eorumq́ hæredes, deinde tutorum fideiuſſores,*

res. demum magiſtratus excutiendi: ſunt tamen caſus, quibus magiſtratus ante contutorem eiusq́ fideiuſſorem excutitur.

251. *Tutela ab ipſo teſtatore vel iudice diuiſa, ſi vnus horum tutorum non ſoluendo ſiat, non contutor, ſed magiſtratus excutitur. Limitatur nu. 252.*

253. *Reſpondetur ad l. 3. ff de magiſtra. conuen.*

254. *Tutela ab ipſis tutoribus diuiſa, ſi tutores ſint diuerſi generis, tutor datiuus malè gerens primum, deinde magiſtratus, qui dederat, conuenitur, vltimo loco teſtamentarius vel legitimus.*

255. *Si vnus plurium tutorum ſine mandato contutoris adminiſtrauit: is primò, deinde magiſtratus, tertiò qui non adminiſtrauit, conuenitur.*

256. *Excuſſio intenditur item contra fiſcum: contra hæredem mortui debitoris, & aduerſus hæreditatem iacentem, nu. 257 contra plures reos debendi. nu. 258. contra donatarium, vt parcatur tertio poſſeſſori. nu. 259. vt & contra debitorem ciuitatis, nu. 260. contra ementes bona in fraudem creditorum alienata, qui doli participes fuerunt. nu. 261.*

262. *Omnes res tam mobiles quam immobiles in excuſſionem veniunt res litigioſæ. nu. 263. quod dubio non caret. num. 264. ſequendum conſilium Vlpiani hac in re nu. 265.*

266. *Vtrum in res debitoris confiſcatas excuſſio fieri poſſit.*

267. *Excuſſio perſequitur etiam res debitoris iam ad hæredem deuolutas, quin & proprias, vltra vires hæreditarias: Inuentario non confecto iure ciuili: nu. 268. aliter Saxonico. 269. & iure Canonico. nu. 270.*

271. *Moribus Saxonum hæres etiam abſq; inuentario tutus eſt, nec conficere tenetur. conſultius tamen eſt ad euitandū iuramentum. nu. 272.*

273. *Excuſſio an intentanda etiam in bona debitoris in alieno territorio ſita, an contra fideiuſſorem procedendum, & nu. 274. 275.*

276. *Facturus excuſſionem in alieno territorio, ſcriptis compellare iudicem illius loci debet pro officio impertiendo.*

277. *Ordinis ſeu excuſſionis exceptio eſt dilatoria, & ante litem conteſtatam opponenda: quare in cauſa appellationis ei locus non eſt. nu. 278. nec à iudice ſuppletur, nu. 279. Limitatur ſi poſt litem conteſtatam emergat. num. 280. quod intellige vt num. 281. 282. & num. 283. Limitatur item in fideiuſſore indemnitatis num. 284. niſi cum iuramento promiſiſſet. nu. 285. Contrarium, quod poſt litem conteſtatam hæc exceptio competat vſq; ad concluſionem cauſæ, num. 286. etiam poſt latam ſententiam. num. 287. quæ ſententia æqua eſt & obſeruatur. num. 289.*

280. *Quæ de nouo oriuntur, nouo indigent auxilio.*

288. *Solutum, excuſſione non oppoſita, poteſt repeti.*

290. *Excuſſio proceſſum deſiderat: cauſæ cognitionem, num. 292. citationem partium, tum fideiuſſorum, tum tertiorum poſſeſſorum, & quidem ſpecialem citationem ſingulorum, non generalem. nu. 294. quod vſu non vbiq; ſeruatur. nu. 295.*

291. *In proceſſibus executiuis & ſimilibus, quæ paratam habent executionem, & in quibus ſummariè proceditur, exceptio excuſſionis & ſimiles ſublatæ intelliguntur.*

296. *Cum excuſſione ſummariè proceditur: cum ſit tanquam iudicium præparatorium, quo deuenitur ad ſecundum: & vtrumq; cumulari poteſt, nu. 297.*

298. *Forma excuſſionis, & quomodo proceditur. 299. 300.*

301. *Circa excuſſionem ſummarijs informationibus vtendum eſt, vtrum debitor ſit ſoluendo.*

302. *Mobilia primum, deinde immobilia, & demum nomina excutienda.*

303. *In mobilibus & immobilibus excutienda ea, quæ minus damnoſa ſunt debitori.*

304. *Rerum vilium & inutilium in excuſſione non habetur ratio.*

305. Omnia

305. *Omnia bona apud excuſſum reperta, eius eſſe præſumuntur: quare ſi alius ſua eſſe affirmat, probare tenetur, nu. 307.*

306. *Poſſidens bona, eorum præſumitur dominus.*

308. *Excuſſio an requirat ſententiam declaratoriam, quod ritè facta ſit: affirmatiua, in ſcriptis vt feratur neceſſe non eſt, nu. 310. ad quam extranei poſſeſſores citandi ſunt, nu. 311.*

309. *De re litigioſa non dicitur conſtare, niſi per iudicis ſententiam.*

312. *Excuſſio non ritè facta iteratò fit.*

313. *Sententia iudicis de excuſſione lata inter creditorem & debitorem probat contra fideiuſſorem, ſi ſcilicet is citatus fuerit, nu. 314.*

315. *Notorium ſi ſit, debitorem non eſſe ſoluendo ceſſat excuſſio.*

316. *Inanis & fruſtratoria eſt excuſſio, quam excludit debitoris inopia.*

317. *Fruſtratorijs non eſt vtendum.*

318. *Notorium allegandum eſt: & probandum à creditore. nu. 319.*

320. *Notorietas probatur per famam vicinorum: item ſi debitor iuramentum paupertatis in alia cauſa iurauerit. nu. 321. item ceſſione bonorum à debitore facta, num. 322. Item ſi debitor antea excuſſus non ſoluendo repertus fuit, num. 323. ex difficultate conueniendi, ſi ſit tyrannus, rixoſus, potens, &c. num. 326. Item ſi ſit Eccleſia debitrix. num. 327. Item ſi debitor notoria exceptione ſe defendere poſſit, veluti ſi ſit clericus. 329. Item ſi bona ſint in diuerſo territorio. num. 330. item ſi debitor ſit abſens. 331. & num. 334. quo caſu ſententia opus eſt. nu. 332. item ſi ſit præſens, & latitet. num. 333. ex præſumtionibus & coniecturis notorietas probatur. nu. 336. ex relatione publicorum miniſtrorum. nu. 337. publicatione bonorum debitoris facta. num. 338. hic tamen fideiuſſoris potior eſt conditio quàm fiſci. nu. 339.*

324. Ex-

324. *Excuſſio ab vno creditoris facta, iudicis interpoſita ſententia adeò prodeſt alijs, vt notorium inducat. Contrarium nu. 325.*

338. *Paria ſunt, excuſſum eſſe, & excuti non poſſe, vel difficulter poſſe.*

335. *In caſu abſentiæ debitoris, ſi fideiuſſor exigatur, poteſt petere ſibi dari dilationem ad requirendum reum.*

340. *Naturaliter tantum obligatus excuti nequit.*

341. *Notorium quod ſit, ſuper hoc ipſo opus eſt ſententia declaratoria: non tamē in ſcriptis feratur oportet. n. 342.*

343. *Renunciatio tollit excuſſionem.*

344. *Cuilibet liberum eſt fauori pro ſe introducto renunciare.*

345. *Prouiſio hominis tollit prouiſionem legis.*

346. *Vtrum generalis renunciatio fideiuſſorum ſufficiat, vel ſpeciali opus ſit?*

347. *Verba renunciationum trifariam conſiderantur: generalia, quæ Baldus generaliſſima vocat. num. 348. Specialia ſunt Bartolo generalia ſubalterna. nu. 349. ſpecialiſſima 351.*

350. *Tantundē operatur diſpoſitio generalis, quoad omnia, quantum operatur ſpecialis, quoad ſpeciatim enumerata.*

352. *Specialiſſima renunciatio in renunciatione fideiuſſorum tutiſſima. Limitatur nu. 358. 359. 360. in fideiuſſore indemnitatis. nu. 361.*

353. *Iuri ignoto nemo probabiliter renunciat.*

354. *Renunciationes ſunt ſtricti iuris.*

355. *Beneficio alicui ſi non diſertè renunciatum ſit, illud adhuc durare intelligitur.*

357. *Notario in inſtrumento confecto de renunciatione excuſſionis teſtanti vtrum ſit credendum, remiſſiuè.*

362. *Fideiuſſor iuramento interueniens excuſſionis exceptionem non habet, licet ei non renunciauerit. Contrarium num. 386. 388.*

363. *Iuramentum in aliquo actu interpoſitum vim habet ſpecialis expreſſionis.*

364. Pro-

364. *Promittens per fidem ſuam caret beneficio excuſſionis*, bey trawen / ehrn vnd glauben: *item ſi loco iuramenti promittat conuenta*, An Eydes ſtadt. *quod iuramento verè & corporaliter præſtito æquiparatur nu. 365. Item: Deum teſtem inuoco. Deus mihi teſtis, aſſero per veritatem meam. 367. item: iuro per ſalutem meam. nu. 368. item: per fidem Chriſtianam. nu. 369.*

370. *Quocunq; modo iuretur per verbum æquipollens, id iuramenti vim habet.*

366. *Paria ſunt promittere per fidem & iurare: & fidei interpoſitio eadem eſt cum iuramento corporali. num. 371. Licet contradicatur. 377. quod tum in inferioris, tum ſuperioris conditionis hominibus locum habet, num. 372. vt principibus*, bey jhren Fürſtlichen trawen vnnd glauben/ *nu. 373. in comitibus*, bey jhren Gräfflichen ehren / *nu. 374. nobilibus*, Adelichen ehren/ *nu. 375. Doctoribus & alijs honeſtioris loci viris. nu. 376.*

379. *Maior animæ quàm bonorum ratio habenda.*

380. *Iuramenti violator grauius punitur, quàm ſimplicis fidei: ergo in hac pœna periurij locum non habet. nu. 381. ſed in principib. & illuſtrib. viris nulla eſt differentia. n. 382.*

383. *Promiſſio per fidem, vel iuramenti loco, facit contractum bonæ fidei: vt & clauſula, absq; dolo*, trewlich vnd ſonder gefehrde / *nu. 385.*

384. *In bonæ fidei contractibus excuſſionis exceptio non admittitur.*

387. *Iuramentum ſemper induit naturam actus, vel contractus, cui interponitur.*

389. *Iuramentum intelligendum eſt de rebus præſentibus, non futuris.*

390. *Reſpondetur ad c. ex reſcripto, de iureiuran.*

391. *Excuſſionis exceptio non habet locum in proceſſibus executiuis, & alijs, vbi ſummariè proceditur, vt ex inſtrumento guarentigionato, nu. 292. item ſi ex bono & æquo proceditur. nu. 393.*

394. *Quando ex bono & æquo cauſa decidenda eſt, ea quæ ſunt de apicibus & rigore iuris, non attenduntur.*

395. *Excuſſionis exceptio eſt de apicibus iuris.*

396. *Excuſſionis exceptio inter mercatores non admittitur, propter vtilitatem publicam & fidem præcipuam, quæ inter mercatores eſſe debet.*

397. *Mercatorum in curijs omnia de plano ex æquo & bono deciduntur, reiectis ſubtilitatibus ijs in rebus, quæ ad mercaturam pertinent. nu. 398. cui obſtat nouella 136. in princ. nu. 399.*

400. *Ius Canonicum excuſſionis exceptionem non admittit.*

401. *Ius Canonicum reſpuit ſubtilitates & apices iuris: contra num. 402.*

403. *Excuſſio item ceſſat, ſtatuto vel conſuetudine ita diſponente.*

Item ſi exceptio excuſſionis non fuerit oppoſita. nu. 304.

Item quando fideiuſſor animo nouandi intercedit. nu. 305.

Item ſi bona excuſſi emtorem non habent, fideiuſſor exigitur. num. 406.

Item fideiuſſore interceſſionem, tertio poſſeſſore poſſeſſionem negante. nu. 407. niſi ſub generalitate litem conteſtando narrata negauerit. nu. 408.

Item ceſſat, pendente iudicio, re hypothecata atq; litigioſa alienata. nu. 409.

Item ſi debitore conſtituente, ſe precario nomine poſſidere. num. 410.

Item ſi creditor, qui fideiuſſoris debitor eſt, vult vti compenſatione, nu. 411.

Item ſi fideiuſſor vel pignorum poſſeſſor excuſſionem prius impediuerit. num. 412.

Item ſi ſpecies, ſeu res certa debeatur, eaq; in fraudem creditorum alienata ſit. nu. 413.

Item ſi quis habeat hypothecam legalem, nu. 414.

Item in criminali fideiuſſione. nu. 415.

Item ſi bona debitoris eſſent apud fideiuſſorem nu. 416.

Item

Item in facti promiſſionibus. nu. 417. veluti ſi fideiuſſor ſe obligauit ad obſtagia. nu. 418.

Item ſi pater pro filio interceſſit. num. 419. aliâs, ſi pater pro filio non interuenit, vltra vires hæreditarias non tenetur. num. 420. pater qualiter ratione officij filij obligetur remiſſiuè. nu. 421.

Item ceſſat inter duos reos, niſi ſit renunciatum, nu. 422. vel niſi contractus emolumentum vel pecunia ad vnum peruenit. nu. 423.

Item ceſſat contra hæredes vel tertios poſſeſſores, ſi debitor principalis moroſus è vita diſceſſerit. nu. 424. ſecus ſi in mora debitor non fuerit. nu. 425.

Item ceſſat ſi fideiuſſor fugam præparet. nu. 426.

Item in cauſa appellationis. num. 427.

Item ſi fideiuſſor debitori ſucceſſerit. nu. 428.

429. *Succeſſione & confuſione ſoluitur interceſſionis obligatio pro parte hæreditaria: ſalua principali interim obligatione.*

DE BENEFICIO DIVISIONIS.

430. *Diuiſionis beneficium inter plures fideiuſſores locum habet non ipſo iure, ſed per exceptionem. nu. 442.*

431. *Plures fideiuſſores obligantur ſinguli in ſolidum: licet non exprimatur, ſic & plures mandatores & conſtituentes. nu. 435.*

432. *Creditor quemlibet fideiuſſorum in ſolidum exigere, & vnum eligere, eoq́; non ſatisfaciente, ad alium tranſire poteſt: niſi ab initio in viriles partes concepta eſt obligatio. nu. 433. vel creditor ipſe obligationem diuidat. nu. 434.*

436. *Diui Hadriani beneficio creditor actionem diuidere, & ratas exigere cogitur, ad quod quatuor requiruntur, nu. 437. 439. 441. 442.*

438. *Confideiuſſores res facit non perſona.*

440. *Diuiſioni locus eſt, quamuis diuerſis & diſtinctis temporibus pro eadem ſumma fideiuſſerint.*

443. *Fideiuſſor omiſſa diuiſionis exceptione totum ſoluens, à creditore, quod vltra ſuam partem ſoluit, non repetit. nu. 444.*

445. *Diuiſionis beneficium datur inter confideiuſſores. item inter duos pluresúe conſtitutæ pecuniæ reos. nu. 446.*
Item inter duos pluresúe reos promittendi. nu. 447.
Item aduerſus fideiuſſorem confideiuſſoris. nu. 452.
Item datur fideiuſſorum hæredibus. nu. 453.
Item inter plures tutores, num. 454. non curatoribus: num. 456.
Item inter plures depoſitarios vel commodatarios. num. (457.
Item fiſcus hoc beneficio fruitur, nu. 459.

448. *Ex duobus reis altero portionem ſuam ſoluente, an ita obligationis diuiſio inducatur, vt is pro rata alterius correi conueniri non poſſit. Negatiua: num. 449. ampliatur nu. 450. Limitatur nu. 451.*

458. *In commodis concedendis conſequendisq́; rectè argumentamur de obligatis ex voluntate ad obligatos ex neceſſitate.*

460. *Diuiſionis exceptio quando opponenda. nu. 461.*

462. *Diuiſionis beneficium ceſſat, ſi petitum non fuerit.*
Item ſi vnus totum ſoluerit. nu. 463.
Item ſi tempore litis conteſtatæ vnus ſoluendo ſit, cæteri non. num. 464.
Item inter plures fideiuſſores tutoris, rem pupilli ſaluam fore. nu. 468.
Item ſi fideiuſſor negauerit interceſſionem. nu. 469.
Item renunciatione facta. nu. 471.
Item inter fideiuſſorem principalem, & fideiuſſorem huius principalis. 472.
Item ſi pro diuerſis debitoribus, pro eadem tamen ſumma plures interceſſerint. nu. 473.
Item ſi vnus ex pluribus fideiuſſoribus efficaciter ſit obli-

obligatus, alter non. 474.

Item ſi ſe plures ad factum obligarunt, vt obſtagium. nu. 475. 476.

Item ſi conuentum eſt, vt ſi vnus moriatur, alius ſurrogetur, vide caſum nu. 477.

Item in obſtagijs aduerſus hoſpitem, in caſu. nu. 478.

465. *Diuiſione iam facta, ſi vnus fideiuſſorum ſoluendo non fiat, id creditoris, non confideiuſſorum damnum erit.*

466. *Plures tutores, an ſint ſoluendo, tempus finitæ tutelæ inſpicitur: in fideiuſſoribus tempus litis conteſtatæ. num. 465.*

467. *Fideiuſſores an ſoluendo ſint, ſi dubitetur, audiendus erit is, qui diuiſionem ſuo periculo fieri petit.*

DE BENEFICIO CEDENDARVM ACTIONVM.

479. *Fideiuſſor omiſſa diuiſionis exceptione ſi ſoluit, vtrum quod vltra ſuam portionem ſoluit, à confideiuſſore repetere poſſit.*

480. *Beneficium cedendarum actionum, quaſi cœlo lapſum concedit, vt creditor fideiuſſori ſoluenti actionem omnem cedere cogatur. Declaratur nu. 481. 482.*

482. *Ceſſio actionis petenda ante ſolutionem, vel in ipſa ſolutione, niſi pactum vel proteſtatio de actionibus etiam deinceps cedendis interuenerit. num. 483. ex æquitate, etiam abſq; proteſtatione, ex interuallo poſt, ceſſio peti poteſt. nu. 484. Ponderatur hic l. cum is. 36. ff. de fideiuſſor. nu. 485. adde nu. 486.*

487. *Donatio in fideiuſſore ſoluente non præſumitur.*

488. *Fideiuſſorem ſoluentem, etiam abſq; ceſſione, à confideiuſſore ratam actione mandati contraria, aut negociorum geſtorum, repetere poſſe quidam cenſuerunt: ſed reprobatur.*

489. *Fideiuſſori ſolidum ſoluenti qualis cedenda actio, in ſolidum an pro parte.*

508. *Fideiuſſor tum id, quod ſoluit, tum damna & intereſſe à debitore repetit.*

509. *Fideiuſſor aliter non præſumitur interceſſiſſe, quàm vt ſit ſine damno.*

510. *In probatione damni & intereſſe ſtatur ſimplici fideiuſſoris iuramento: qui ſi modum excedat, iudex moderabitur. nu. 511.*

513. *Bonam fidem agnoſcere conuenit.*

514. *Fideiuſſor etiam indebitè ſoluens à reo repetit: ſic iniuſtè condemnatus, ſine dolo tamen ſuo & culpa, per iniuriam ſuperioris, à debitore repetit. num. 515.*

516. *Fideiuſſor iudicatum ſolui ſummariè exactus, contra principalem habet ius paratæ executionis: quod aliter eſt in fideiuſſore contractus extraiudicialis, contra quem parata executio non datur. num. 517. 518.*

519. *Debitore fideiuſſorem ſoluiſſe negante, ſufficit confeſſio creditoris de ſolutione ſibi facta: reprobatur contraria opinio. nu. 520.*

521. *Cautela, vt ab initio fideiuſſor ſibi de indemnitate caueri curet, hac clauſula: Quotieſcunq; fideiuſſor petiuerit ſe extrahi obligatione.*

522. *Debitor negans, mandato ſuo fideiuſſorem interueniſſe, & conuictus duplum fideiuſſori eius, quod ſoluit, reſtituit.*

524. *Negans pijs locis rem relictam, duplum ſoluit.*

525. *Fideiuſſor ad ſoluendum coactus, etiam de bonis debitoris ſoluere poteſt. Declara, ſi tantum fideiuſſor in bonis ſuis non habeat: num. 526.*

527. *Fideiuſſor agit, licet nondum ſoluerit, ſed tamen pecuniam obtulerit: item ſi delegauerit. num. 528.*

530. *Fideiuſſor remiſſo, donandi animo, ſibi à creditore debito, à creditore repetit: nu. 550. ſeqq.*

531. *Fideiubens pro inuito & vetante non repetit, ſi ſoluit: item ſi donandi animo interceſſerit, num. 532. item ſi conue-*

conuenit, vt ſuo periculo fideiuberet. nu. 534. item ſi in rem ſuam interuenit. nu. 535. ſi pro turpi cauſa interceſſit, nu. 536. item ſi exceptionem reo competentem ſciens prætermiſerit, nu. 538. ſecus ſi ignorans. nu. 539. quod idem eſt, ſi exceptionem fideiuſſor ſibi competentem omiſerit. num. 541. Porro fideiubens non repetit, ſi iniuria condemnatus non prouocauit. 542. item in caſu l. ſi ex duobus. §. quoties. ff. iudica. ſol. num. 543. Item ſi fideiuſſerit pure, & ſoluerit pro reo in diem obligato, vel ſi ante diem ſoluerit. nu. 544. item ſi mandato teſtatoris, cui hæres extitit, interceſſerit, num. 545. niſi fideiuſſio ingens damnum afferret, num. 546. item ſi fideiuſſor creditori hæres extitit, num. 547. contrarium num. 548. ſoluitur num. 549. item ſi pro naturaliter tantum obligato interceſſit. nu. 553. item ſi nondum ſoluerit. nu. 554.

533. *Donare eſt perdere.*

537. *Vbicunq; dantis & accipientis turpitudo verſatur, datum non repetitur.*

540. *Nemo diuinare cogitur.*

555. *Fideiuſſor ante ſolutionem actione mandati contra principalem pro liberatione experiri nequit: idem in pluribus ſocijs nu. 557.*

556. *Mandatum intelligitur inter fideiuſſorem & reum contractum non modo de fideiubendo, ſed & ſoluendo.*

559. *Fideiuſſor ante ſolutionem agit ad liberationem, ſi diu in obligatione hæſit: quamdiu index arbitratur. num. 561. niſi ſtatuto tempus oſtendatur. nu. 562. Ampliatur, vt fideiuſſor ſolum ad liberationem, non ad numerationem in libello concludat, nu. 563. Limitatur in fideiuſſore euictionis. nu. 564.*

564. *Euictionis fideiuſſor, re nondum euicta, ad liberationem non agit, & nu. 122.*

565. *Euictionis nomine emtor conuentus non agit aduerſus venditorem, niſi res verè ſit ablata.*

566. Fide-

566. *Fideiuſſor tutoris vel curatoris ante finitam tutelam vel curam non agit ad liberationem.*

560. *Fideiuſſio non debet eſſe perpetua.*

567. *Debitore ſua abliguriente bona, & facultatibus labente, fideiuſſor ante ſolutionem agit. Declaratur in dilapidatione magna. nu. 568. & fideiuſſionem ſequente. nu. 569. Limitatur in prodigalitate modica. nu. 570. & fideiuſſionem præcedente. nu. 573. & ſi debitorem profuſionis pœnituerit. nu. 574.*

571. *In modicis iacturam vel damnum floccipendimus.*

572. *Modica diſtantia & mora pro nulla eſt.*

575. *Fideiuſſor ſine ſua culpa ad ſoluendum condemnatus ad liberationem ante ſolutionem agit. nu. 576. item ſi conſtiterit eum de proximo condemnatum iri. nu. 577.*

578. *Proximè condemnandus habetur pro condemnato: matriculandus pro matriculato. num. 579. banno proſcribendus, pro proſcripto. nu. 580. reprobatur nu. 581. baſilica conſecranda pro conſecrata, vt Eccleſiæ priuilegijs fruatur. nu. 582.*

583. *Inſtrumento guarentigionato obligatus ante ſolutionem ad liberationem agit, Ratio 585. Contrarium num. 586. conciliantur nu. 587. 588.*

584. *Guarentigia quæ.*

589. *Fideiuſſor ob moram principalis in carcerem detruſus ante ſolutionem agit. item ſi ita inter debitorem & fideiuſſorem conuenerit, vt ante ſolutionem agatur, num. 590. item ſi ad certum tempus fideiuſſio concepta fuerit, num. 591. item ſi fideiuſſor pecuniam debitam obtulerit in iudicio, conſignauerit & depoſuerit, num. 592. Si fideiuſſor creditori debitorem alium delegauerit num. 593. Si cum creditore compenſauerit, num. 594. item ſi à creditore per acceptilatonem remunerandi cauſa liberatus fuerit, num. 595. item ſi nouandi animo interceſſerit, num. 596. item ſi ſtudioſus vel alius, qui fideiuſſit, ad peregrina loca, vt ſtudiorum cauſa, proficiſci*

velit. num. 597. ſi coram iudice quis iudicio ſiſti, & iudicium ſolui promiſerit. num. 598. item ſi exortæ ſint inimicitiæ inter fideiuſſorem & debitorem culpa debitoris. nu. 599. ſi quis alterius negocia geſſerit, ſeq; eo nomine obligauerit. nu. 600.

601. *Procurator rem emens domino, antequam precium dederit, conuenire dominum poteſt, vt ipſe ſoluat.*

602. *Fideiuſſor teſtis eſſe nequit pro debitore in ea cauſſa, in qua fideiuſſit. Declaratur, ſi conſtiterit tempore litis, debitorem non eſſe ſoluendo, num. 603. item ſi fideiuſſor Auth. præſente, renunciauit. num. 406. Limitatur ſi ſoluendo debitor fuerit. num. 506. licet quidam contrarium ſentiant. num. 606. ſed iudicis arbitrium hic requiritur. num. 607. Limitatur item, ſi Auth. præſente, non ſit renunciatum. num. 608. item ſi non ſit cauſa propria ſeu concernens fideiuſſorem. num. 609.*

610. *Fideiuſſor pro confideiuſſore teſtis eſſe poteſt pro conſequendo beneficio excuſſionis: niſi fucus vel dolus ſubſit. num. 611.*

612. *Correus pro correo vtrum in ea re, pro qua ſunt inuicem obligati teſtimonium ferre poſſit? remiſſiuè.*

1 TRACTATIONIS noſtræ vtilitas in vi & effectu Fideiuſsionis † potiſsimum conſpicitur: quapropter de eo, quantum opus eſt, & inſtitutum noſtrum patitur, iuſta ſerie verba faciemus.

2 PRIMVS igitur effectus eſt, quod fideiuſſor ſuo † nomine, & ex ſua promiſsione obligetur, *l. 4. §. 1. ff. de fideiuſſ. Zaſius in l. ſi cum procuratore. 23. de re iudic. & in l. ſtipulationum aliæ. §. ſtipulatio autem. de verb. oblig. Vaſq. lib. 1. illuſt. contrmasou. c. 33. nu. 5. Cuiac. in parat. ff. de fideiuſſ.* & quidem peræquè atq; ipſe principalis, *VVeſ. de fideiuſſ. nu. 6.* vnde & propriè

3 † debitorem appellari ſupra diximus, *l. 4. de ſolutio. Bart. in fin. Alcia. DD. in l. 1. de reb. cred. Hartm. Hartmani lib. 2. pract. obſ.*

4 *obſ. tit. 29. obſ. 1.* Ad id autem obligatur, quod ab initio † contractus conuentum, & in obligationem deductum fuit, ſiue ſors ſit, ſiue vſura. *l. ſi mandator. 8. C. quod cum eo, qui in alie. poteſt. l. fideiuſſores. 68. §. 1. ff. de fideiuſſo.* Nam in contra-
5 ctibus, quæ à principio † placuerunt, inſpici debent. *l. 1. §. ſi ſeruus. 30. Depoſ. & ſeruanda ſunt, d. l. 1. §. ſi conuenit. 6. eo. tit. l. contractus. 23. de reg. iur. c. contractus, ex eod. lib. 6.*

6 Vtrum verò mora † rei principalis noceat fideiuſſori, adeò vt ad vſuras, acceſsiones & intereſſe ob moram debitoris teneatur, acerrimè diſputatum eſt, non ſolum à veteribus, ſed & à recentioribus interpretibus, *Bart. Iaſ. Pet. Coſtal. ad l. centum Capuæ. 8. ff. de eo quod cert. loc. Hippol. ad rub. de fideiuſſ. nu. 91. cum multis ſeqq. Iohan. Coraſ. lib. 2. Miſcel. cap. 12. Aemyl. Ferret. ad l. vnic. C. de ſentent. quæ pro eo quod inter. profer. num. 4. Molin. in tract. de eo quod intereſt. nu. 207. Connan. lib. 6. comment. cap. 7. num. 1. 2. Duaren. de eo quod cert. loc. cap. 4. Donell. ad l. cum filiusfam. 49. de verb. obl. Cuiac. tracta. 3. ad Affrica. pag. 67. vbi interpretatur d. l. centum Capuæ. Petr. Beck. in c. mora. 25. de reg. iur. in 6. VVeſenb. de eo, quod cert. loc. nu. 6. 7. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 10. nu. 309.* In qua quæſtione, quid conſtituendum ſit, diſpiciemus. Et quidem pro affirmati-
7 ua ſententia, † moram videlicet rei nocere fideiuſſori, ſtringunt iura ſatis vehementer. *Nam Iul. Paulus in l. mora. 88. ff. de verb. oblig.* diſertis commemorat verbis: Mora rei fideiuſſori quoque nocet. *Idem in l. ſi quis ſolutioni. 24. §. 1. de vſur.* Cum reus, inquit, moram facit, & fideiuſſor tenetur. *iunge l. quæro. 54. locat. l. ſi poſtea. 10. rem pup. ſal. fore.* Vbi ab Africano proditum eſt, ſi, poſteaquam pupillus ad pubertatem peruenerit, tutor in reſtituenda tutela aliquam moram fecerit, & fructuum nomine & vſurarum medij temporis tam fideiuſſores eius, quàm ipſum teneri. *l. 2. §. fin.* qui ſatiſda. cog. quo in loco in fideiuſſorem, qui aliquem iudicio ſiſti promiſerit, tanti, quanti ea res erit, actionem dat prætor. *Item l. ſi quis pro eo. 56. §. ſi nummos. 2. de fideiuſſor.* Ne tum ob contraria iuris noſtri reſponſa abſolutè hoc aſſereretur, ta-

8 lis ab interpretibus tradita † eſt diſtinctio. I. Caſu: Aut
9 verſamur in arbitrarijs & ſtricti iuris iudicijs, in quibus †
nihil venit, niſi quod expreſſè dictum eſt, *l. quicquid aſtringendæ*
10 *99. de verb. oblig.* nec ſuapte natura aliquam † interpreta-
tionem admittunt, nec ad acceſſoria extenduntur, ſed om-
nia ex ſtricta regula æſtimantur: & in his ad moram debi-
toris obligari fideiuſſorem dici nequaquam poteſt *l. centum*
Capuæ. 8. ff. de eo quod cert. loc. Sciendum autem, ſolas ſtricti
11 iuris † actiones ex loci & temporis adiectione arbitrarias
effici. *Bart. Iaſ. in l. 2. ff. quod cert. loc. Coraſ. d. lib. 2. Miſc. cap. 12.*
nu. 2. Hotoma. de eo, quod cert. loc. pag. 118. veluti Mæuius ſtipu-
latus eſt ſibi Capuæ dari, accepto eam in rem fideiuſſore:
ſi fideiuſſor conueniatur alibi, efficitur arbitraria actio, pri-
mum ex fideiuſſoris perſona, nempe quanti eius poteſt in-
tereſſe, Capuæ conueniri potius, quàm alibi: non enim alio
loco, quàm de quo conuentum eſt, conueniendi poteſtas
eſt, *l. 1. 2. de eo, quod cert. loc.* Fit & arbitraria actio ex acto-
12 ris † ſiue creditoris perſona, nempe cum fideiuſſor aut pro-
miſſor Capuam non venirent, adeò vt neceſſe fuerit ſtipu-
lanti, alibi agere ex legis poteſtate, *d. l. 1. de eo, quod cert. loc.*
13 Hæc aliter ſe habent † in bonæ fidei exactionibus. In his e-
nim, etiamſi inter contrahentes conuenit, vt certo loco ali-
quid præſtetur, non tamen arbitraria actio, ſed ex illo con-
tractu, qui celebratus eſt, vel ex emto, vel vendito, vel de-
poſiti, vel locati actio competit. *l. in bonæ fidei. 7. de eo quod*
cert. loc. l. 5. commodat, Breuiter hoc diſcrimen tenendum
14 eſt: ſtricti iuris † actiones loci adiectione, vel commemora-
tione fieri arbitrarias: Bonæ fidei actiones ſua natura iudi-
cis arbitrariam poteſtatem continere. *l. 7. de eo. quod cert. loc.*
qua de cauſa iudex ijs addictus, & loci & temporis ra-
tionem habet. *l. 5. in prin. Commoda. Hotoma d. loc.* Id verò
quod diximus, in arbitrarijs & ſtricti iuris iudicijs, moram
rei non nocere fideiuſſori, ita declarant, vt locum habeat,
15 ſi à parte † ſolummodo rei principalis mora interuenerit.
Nam moratori mora ſua damno eſſe debet *l. in con-*
demna-

demnatione. 133. §. vnicuique diuerſ. reg. iur. antiq.

Limitetur autem I. Vt non procedat, ſi & ipſe fide-
16 iuſſor † in mora fuerit: quæ ſanè in ipſo impunita eſſe non
debet, quod ita accipiendum, ſi ipſe reus quoque moram
contraxerit. *l. ſi teſtamento. 49. §. fin. de fideiuſſ.* proinde fide-
iuſſor à ſtipulatore rectè conuenietur, *Coraſ. d. cap. 12. nu. 3.*
per l. mora. 32. de vſur. Coſtal. d. l. centum Capua. 8. modò illa
17 mora proueniat † ex obligatione dandi, non ex obligatio-
18 ne faciendi. Nam in facti † obligationibus fideiuſſor mo-
ram non committit. *l. ſi libertus moram. de oper. libert. l. cum fi-
liuſfam. 49. de verb. oblig.*

Limitetur II. Vt non procedat, ſi fideiuſſor ſe nomina-
19 tim † ex mora debitoris obligari velle promiſerit, id quod
ſumi poteſt *ex d. l. centum Capua. 8. verſ.* neque enim hæc cau-
ſa rectè comparabitur obligationi vſurarum. Hîc enim vi
obligationis ſuæ fideiuſſor tenebitur *l. 1. C. de iudic.*

II. Caſu: aut verſamur in bonæ fidei iudicijs, quæ
20 natura † ſua complectuntur acceſſoria, nempe vſuras & alia.
*d. l. mora. 32. §. in bonæ fidei. 2. de vſur. l. die. 25. §. 1. Depoſ. l.
quia tantundem. de neg. geſt.* idque propter clauſulam ex bona
fide apponi ſolitam, vt ex bono & æquo arbitretur iudex,
quid alterum alteri præſtare conueniat, *§. in bonæ. Inſt. de actio.
l. ex empt. de actio. empt.* Ad huiuſcemodi contractum fideiuſſo-
rem adhibitum, ad omnia incrementa ob moram debito-
ris obligari, crediderunt, huc applicantes *l. quæro. 54. loca. l.
ſi poſtea. 10. rem pup. ſal. fore. l. latinus. 56. de ædil. edict.* ſimpli-
21 citer enim acceptum, in omnem † cauſam fideiuſſiſſe, cum
ſit de vi & natura actionis, voluerunt, *l. ſi ſeruum. 91. §. nunc
videamus. in fin. de verb. oblig. Coraſ. d. c. 12. nu. 2. Petr. Beck. d. c.
mora. 25. nu. 19. Cuiac. tract. 3. ad Affri. pag. 67.*

Hoc declarant, vt locum inueniat, quamuis non actio-
22 ne † bonæ fidei, ſed actione ex ſtipulatu fideiuſſor conue-
niatur: Cum enim nomine actionis bonæ fidei interceſſe-
rit: officio iudicis potius, quàm obligationis iure damna-
bitur etiam in vſuras ex mora rei, quia rei locum obtinet,

 l. 4.

l. 4. de fideiuſſ. & reus vtique damnaretur. Idque probatur *l. quis ſolutioni. §. 1. de vſur. d. l. quæro. 54. loca. l. 1. §. belliſſimè. vt legat. nom. l. initio. 5. C. de pact. inter emt. d. l. ſi poſtea. 10. rem pup. ſal. fore. Cuiac. tract. 3. ad Afric. pag. 67.* Nam, vt paulò ante diximus, qui obligationi ſimpliciter accedit, tanquam fideiuſſor, is in omnem cauſam (vt volunt) acceſsiſſe intelligitur. *d. l. ſi ſeruum. 91. §. nunc videamus. in fin. de verb. obl.*

23 Limitetur primò, vt non admittatur, quoties † certa ſumma in fideiuſsione definita eſt, ad quam ſe fideiuſſor obligare voluit, vt conſtat *ex l. fideiuſſores. 68. §. 1. de fideiuſſo. l. 2. §. fin. qui ſatiſda. cog. l. 2. de admin. rer. ad ciuit. pertinen.*

24 Limitetur II. ſi fideiuſſor fidem † ſuam interpoſuiſſet non ſimpliciter, veluti pro Titio fideiubeo: ſed ſaltem pro præſenti principalis debito intercedere voluiſſet. Quo facto, admittendum non eſt, vt eius obligatio ad futuras acceſsiones & vſuras porrigatur. *l. ſi à Colono. l. ſi ſtipulatus fuerim. de verb. oblig. l. ſi ita ſcripſiſſem. de lega. 2.*

Et hæc quidem ita communiter recepta ſunt ex ſententia Iohannis gloſſatoris, in quam à Bart. Iaſ. & omnibus ferè peronatis quaſi pedibus itum eſt. Sed videamus, ne a-
25 liud, fideiuſſoris ſcilicet ſimpliciter † accepti obligationem mora principalis neutiquam augeri, verius obtineri poſſit. Id quod rectiſsimè, meo iudicio, tentaſſe reperio *Coraſ. d. lib. 2. Miſcell. cap. 12. ſecutum Hippol. in rub. de fideiuſſo. num. 91. cum ſeqq. Quibus accedit Molin. in tracta. de eo quod intereſt. num. 207. Matth. Coler. d. proceſſ. execu. par. 1. cap. 10. nu. 309. & alij complures.* Quod vt facilius percipiatur, docendi cauſa, negatiuam ſuperiori contrariam proponamus concluſionem.

26 Fideiuſſor ſimpliciter † acceptus, ex mora rei principalis non obligatur ad vſuras, vel acceſsiones, vel intereſſe, veluti fidem pro alio quis aſtrinxit ad mille: decurſa obligatione, ſi moras nectat reus, ratione ſortis, milliũ nempe, non ratione vſurarum, vel eius, quod intereſt, fideiuſſor tenebitur. *l. fin. ff. de fideiuſſo. l. libertus. 17. §. fin. ad municipal.*

cum

*cum ſimil. Coraſ. lib. 2. Miſcell. c. 12. num. 8. Moline. d. tracta. de eo
quod intereſt. num. 207. quicquid dixerint Paul. de Caſt. conſ. 23. lib.
1. col. 3. Alex. conſil. 34. lib. 2. Grauetta conſ. 45. num. 6.* Ratio
27 eſt, quia cuiuſlibet † obligationis vis & qualitas ex contra-
ctus initio æſtimanda eſt, *l. 1. §. ſi ſeruus. 30. Depoſ. l. Rutilia.
64. de contrah. emtio.* Verum ſi principium ſpectemus, fide-
28 iuſſor ſimpliciter intercedens, ad id tantummodo † obliga-
ri voluit, quod iam in præſenti eſſet debitum. *l. per retentio-
nem. l. pignoribus. C. de vſur.* non quod de futuro accreſceret:
cum ſua culpa nihil commiſſum arguatur. *d. l. libertus. 17. §.
fin. Roma. conſ. 507.* & alioquin traditum ſit, pœnas nemi-
nem niſi ſuum affligere auctorem. *l. ſancimus. 22. C. de pœn.
Latè Couarru. lib. 2. var. reſol. c. 8.* ac iniquum eſſe, ex alte-
29 rius † facto alterum damno affici. *l. ſi ex duobus. de nego. geſt.
l. paterfam. de hered. inſtit.* ſed ſuam vnicuique moram obeſſe
debere. *l. in condemnatione. 133. §. vnicuiq; de diuerſ. reg. iur.
antiq. c. mora. 25. & ibi fusè Pet. Beckius eo. lib. 6.* Innocens enim
30 vbique tutus eſt, nihilq́; timet. Adhæc fideiuſsio † ſtricti
iuris eſſe perhibetur, *Accurſ. in l. 1. in fin. vbi DD. C. de tranſ-
actio. per l. 3. de Carbon. edict. Deci. conſ. 107. nu. 2. cum ibi addu-
ctis. Menoch. de præſumt. lib. 3. præſumt. 143. nu. 7. VVeſenbec. C. ad
Sc. Vell. in fin. & ff. de fideiuſſ. num. 6.* quæ ſemper ſtipulatione
31 † ſeu verbis conſtituitur. *l. Blanditus 2. C. de fideiuß. l. 5. §. ſa-
tiſacceptio. de verb. oblig.* ſtipulatio autem ſe intra metam eo-
rum, quæ dicta atque expreſſè conuenta fuerunt, continet:
vnde non ab re à Celſo reſponſum legimus, quicquid aſtrin-
gendæ obligationis eſt, id niſi palam verbis exprimatur, o-
miſſum intelligendum eſſe: *in l. quicquid. 99. de verb. obligat.*
Quod cum ita ſit, quis non ab æquitate alienum putet, pro
32 eo fideiuſſorem † conueniri, de quo non expreſſè verbis a-
ctum, vel ne cogitatum quidem fuit?

33 Hanc concluſionem declaro primò, *ex † l. cum quis. 22.
de obligat. & actio.* vt videlicet fideiuſſor non niſi infra quan-
titatem rei principalis debitæ teneatur, id quod rectè ex il-
la lege colligitur, *teſte Molinæo in tracta. de eo, quod intereſt. num.
207.*

207. Franciſ. Purpura in l. vinum. 22. num. 62. de reb. cred. cui iunge l. centum Capua. 8. de eo quod cert. loc.

34 II. Declaro, vt neque in facto, cum eius † nulla ſit æſtimatio *l. ſi libertus moram. de oper. lib. l. cum filiusfam. 49. de verb. oblig.* neque in ſpecie peremta fideiuſſor obligari poſſit ad id, quod intereſt: alioquin enim in alio obligaretur principalis, in alio fideiuſſor. *contra l. Graecè. 8. §. ſi quis Stichum. 8. de fideiuſſo. Ferret. in l. vnic. C. de ſentent. quæ pro eo. nu. 4. Coraſ. d. c. 12. nu. 5.*

35 III. Declaro, vt ſi ex oblatione † fideiuſſoris creditor in mora accipiendi ſit, & debitor principalis moram committat, fideiuſſori ea mora non noceat. *l. mora. 88. de verb. oblig.*
36 Vltima namque mora † nocet principali. *l. illud. 5. de peric. & com. rei vend.*

IV. Declaro ex doctrina *Specul. tit. de fideiuſſo. §. 1. verſ.*
37 *ſed pone*: Si ſtatuto † pro vulnere conſtituta ſit pœna centũ, pro homicidio mille: vulnere à Titio alteri inflicto, contra Titium inquiſitio inſtituta eſt, qui de iudicatum ſoluendo fideiuſſorem dedit. Pendente iudicio, ſi vulneratus diem obit, fideiuſſor non pro mille, ſed centum duntaxat exigendus erit. *Idem ſequitur Iaſ. in l. 1. ante fin. de iureiur. Hippol. in rub. de fideiuſſo. num. 92.* qui hanc in rem plura, & quidem obſeruatu digna cumulat.

38 Hinc & illud fit, fideiuſſorem † pro vno rei augmento ſe obligantem, ad ſequentia non teneri. verbi gratia: *Conſtat ex l. legem. C. locat.* eum, qui conduxit ædes ad tempus annum, vertente anno, ſi denuo habitauerit, tacite iiſdem conditionibus ſecundò conduxiſſe intelligi. Titius ædibus
39 ad annum † conductis, fideiuſſorem præſtitit pro annua penſione Exacto anno, ſine renunciatione, Titius habitationem retinet: quæſitum fuit, an pro ſequenti temporis penſione fideiuſſor conueniri poſſit? Et verius eſt, non poſſe, quia pro primo ſolum anno interuenit, & id, quod infi-
40 nitam † rei durationem inducit, euitandum eſt. *l. fideicommiſſa. §. ſi quis dei eum. de lega. 3. l. cum pater certam. de lega. 2. l. bones.*

ues. §. hec ſermone. de verb. ſignif. l. inter ſocerum. §. fin. de pact. dotal. l. matrimonij. qui & quib. man. l. ſponſalibus. de iure dot. vide Hippol. d. rub. nu 97. vſq; ad num. 108. vbi copioſè demonſtrat exemplis, fideiuſſorem pro vno actu interuenientem, finito illo, pro ſequentibus actibus haudquaquam adhibitum intelligi.

Limitamus concluſionem I. ne procedat, quando fi-
41 deiuſſor † in omnem cauſam, vel pro augmentis expreſſè
interceſſerit: tunc enim haud ſecus atque principalis, tum
reſpectu ſortis, tum vſurarum, acceſsionumque tenebitur:
idque deducitur ex *l. quæro. 54. locat. l. initio. 5. in fin. C. de pact. inter emt. l. ſi mandator. 8. C. quod cum eo qui in alie. pot. l. fideiuſſor. 10. in princ. C. de fideiuſſor. l. fideiuſſores. 68. §. 1. ff. de fideiuſſor. l. latinus 65. de ædil. edict. l. 2. §. qui fideiuſſerint. 2. de admin. rer. ad ciui. pertin. Eclog. βασιλ. 7. c. 14. ex lib. 26. c. 65. Harmenopu. lib. 3. c. 6.*

II. Limitamus, ne procedat, ſi ex perſona fideiuſſo-
42 ris † quoque mora committatur, veluti ſi ob procraſtinatam
ſolutionem debitoris fideiuſſor ad ſoluendum fuerit compellatus. *l. mora. de vſur.* vel dies certa ſolutioni fuerit præ-
43 ſtituta, quæ interpellat † pro homine. *l. magnam. C. de contrah. & committ. ſtip.* Vix enim hîc eſt, vt culpa fideiuſſori non
poſsit imputari, *Accurſ. in l. centum Capua. 8. verb. augeri. de eo, quod cert. loco. Coler. d. c. 10. num. 309. circa finem.* de quo &
ſuperius in 2. limit. in primo diſtinctionis caſu. Hiſce non
44 abſimilis eſt ſpecies † *in l. mora. 88. in fin. de verb. oblig.* vbi fideiuſſor ex ſua culpa vel delicto ſolus conuenitur: Quia enim ſeruum, in obligationem deductum, occiderat, reus liberatur: fideiuſſor ſolus obligationem ſuſtinet, ſiquidem occidendo ſe principalem quodammodo conſtituit.

45 III. Limitamus, ne procedat in cauſis † pupillorum,
in quibus fideiuſſores, qui pro tutore rem pupilli ſaluam fore cauerunt, & fructuum & vſurarum, damnique nomine tenentur, ita exaudimus *Africanum in l. ſi poſtea. 10. ff. rem pup. ſal. fore.* quia in omnem cauſam tutelæ interuenerunt, ne vllo

damno imbecillis ætas afficiatur. idque ſpeciali fauore ita factum eſt, *l. etiam. 3. l. ſi cum fideiuſſoribus. 5. l. pen. ff. de fideiuſſo. & nomina. tuto.* vt & alia pleraque in pupillorum gratiam aduerſus fideiuſſores eorum, Imperatores ſanciuerunt, *Coraſ. d. c. 12. nu. 11. Arnold. Baerth. de eo quod cer. loc. num. 43.* Hinc quidam ſcriptum reliquit, aureis literis notandum eſſe, quicquid vſpiam de pupillorum iure & fauore, traditum reperitur.

46 IV. Limitamus, ne procedat, quando ab origine † actio, cui fideiuſſor adiungitur, talis eſt, vt vel vſuras, vel intereſſe, damnaue contineat. Huc applicemus *l. 2. §. fin. l. 3. ff. qui ſatiſda. cog.* Quo in loco fideiuſſor iudicio ſiſti, ad id, quod intereſt, vel etiam duplum, triplum, quadruplum conuenitur. Ad id enim tempus, quo primum fideiuſſor interponebatur, reſpiciendum eſt. Tum enim ab origine actione propoſita, comprehenſum fuerat, vt, ſi ſtipulatio iudicij ſiſti committeretur, & reus & fideiuſſor ad ea omnia teneretur, ad quæ actio à principio competebat. Vltra verò fideiuſſor conueniendus non eſt. *l. fin. de fideiuſſ. ita ab Accurſ. Caſtrenſ. Iaſ. & alijs in l. 3. qui ſatiſda. cog. annotatum eſt. vide & Hippol. de fideiuſſo. num. 187.* vbi quæſtionem examinat, An fideiuſſor iudicio ſiſti, & de iudicato ſoluendo aſtringatur à creditore ad ſoluendum non modo debitum principale, ſed etiam expenſas, quas creditor litigando & debitorem conuincendo facere coactus fuit, vbi concludit, quod ſic, *arg. l. Lucius. 46. verſ. Paulus reſpondit. ff. de admin. & peric. tut.* Connexa enim & dependentia à principali ſeparari non debent, *per l. cum actum. de nego. geſt. cum ſimil.*

Atque hanc concluſionem ita declaratam æquitatis arbitror habere plurimum: quam præter recenſitos à nobis interpretes amplexi plures fuerunt, quos memorat *Hippol. d. rub. de fideiuſſo. num 91. in fin. & alibi. comprobaturq́; VVeſenbecio, de fideiuſſo. nu. 6. in prin.* quæ & ex medulla textuum deſumta eſt, & in cathedra laudabilius obtineri poſſet. Supereſt ſaltem, vt legum quarundam mentem, quæ contrarie-

trarietatis aliquid continere videntur, breuiſsimè perſtrin-
gamus.
47 Prima inſpectio † eſt, *in l. mora. 88. de verb. obligat* vbi
Paulus, Mora, inquit, rei, fideiuſſori quoque nocet. *Idem in
l. ſi quis ſolutioni. 24. §. 1. de vſur.* cum reus moram facit, & fi-
deiuſſor tenetur. Rectè dicitur, ſi rectè intelligitur. Mora
principalis nocet fideiuſſori ſcil. quoad obligationem per-
petuandam. *l. ſi ſeruum. 91. §. nunc videamus. 4. de verb. or. oblig.
l. ſi à Colono. 58. §. 1. de fideiuſſor.* nempe vt naſcatur actio. Vbi
48 enim perpetuatur † obligatio, ibi & perpetuatur actio. *Bar-
tol. Romul. in compendio moræ. num. 157.* naſcatur, inquam, con-
tra fideiuſſorem ratione ſortis tantum: non quoad augendã
obligationem fideiuſſoris, vt etiam ad acceſsiones, aliaq;
conueniatur. *l. centum Capuæ. 8. de eo quod cert. loc. l. fin. de fide-
iuſſor. l. libertus. 17. §. fin. ad municip. Coler. d. c. 10. nu. 309.*
49 Secunda inſpectio † *eſt in l. quæro. 54. loca* vbi quærit
Iuriſconſultus, an fideiuſſor conductionis etiam in vſuras
non illatarum penſionum nomine teneatur, an nec conſti-
tutiones ei proſint, quibus cauetur, eos, qui pro alijs pecu-
niam exoluunt, ſortis ſolummodo damnum agnoſcere o-
portere? Vtique, reſpondit Paulus, ſi in omnem cauſam
conductionis etiam fideiuſſor ſe obligauit, eum quoq; ex-
emplo coloni, tardius illatarum per moram coloni penſio-
num præſtare debere vſuras, eo, quod in bonæ fidei iudi-
cijs vſuræ, etſi non tam ex obligatione proficiſcantur, quàm
ex officio iudicis applicentur: tamen cum fideiuſſor ſe in
omnem cauſam applicuit, æquum videtur, ipſum quoque
agnoſcere onus vſurarum, ac ſi ita fideiuſsiſſet: In quantam
ſummam illum condemnari ex bona fide oportebit, tan-
tum fide tua eſſe iubes? vel ita indemnem me præſtabis. Ex
qua ſpecie ſatis obuiam eſt, non ſimpliciter, ſed generaliter
in omnem cauſſam fideiuſſorem interceſsiſſe, vt rectè inter-
pretatus eſt Placentinus, quantumuis illum vellicare, at
fruſtra conatus fuerit Fulgoſius. Ad eundem modum iudi-
50 candum † eſt de *l. initio. 5. C. de pact. inter emto. & de l. fideiuſſores.*

68. §. fin. de fideiuſſ. quo loci fideiuſſores vectigalium in vſuras non tenentur, quia ſimpliciter in annuis centum, non in omnem conductionem ſe obligarant. Qui vel vnus hîc textus confundit diſtinctionem ſuperius relatam inter actiones bonæ fidei & ſtricti iuris ſeu arbitrarias. Quippe hîc quoque de contractu bonæ fidei inſtituta eſt quæſtio, & tamen ad vſuras fideiuſſores aliter non aſtringuntur, quàm ſi in vniuerſam conductionem fidem ſuam interpoſuerint: quod itidem liquet *ex l. 2. §. qui fideiuſſerint. 12. de adminiſt. rer. ad ciuit. pertin. Ita Coraſ. d. cap. 12. nu. 9. 10.* Idem de alijs hiſce ſimilibus iuris reſponſis iudicium eſto.

51 Tertia inſpectio † eſt *in l. centum Capuæ. 8. de eo quod cert. loc. verſ. nec oportebit:* quæ lex noſtrum valdè iuuat propoſitum: Vbi per rei moram fideiuſſoris obligatio non augetur, ſc. ad vſuras & acceſsiones, quamuis obligatio perpe-
52 tuetur, ſeu non diminuatur. Etenim differunt, † augeri fideiuſſoris obligationem, & perpetuari, ſeu non diminui fideiuſſoris obligationem, vt probè animaduertit *Accurſ. in d. l. centum. verb. augeri. quem ſecuti ſunt Alciat. in l. mora. 88. de verb. oblig. in princ. nu. 5. Duaren. de eo quod cert. loc. cap. 4. verſ. ſed magna quæſtio eſt. Franciſ. Zoannettus de emtio. & vendit. ſub pacto retrouendit. num. 139. Donell. in tracta. de mora. Cuiac. in tracta. 3. ad Afric. pag. 67. Arnol. Baerth. de eo quod cer. loc. num. 37.* Exempli gratia: ſi quis alicui promiſerit indiuiduum, puta Stichum, quam Iureconſulti ſpeciem vocant, & fideiuſſorem dederit: exinde Stichus ille poſt moram debitoris è viuis excedat, vterque nihilominus adhuc tenebitur, & fideiuſſor & reus principalis, hoc eſt, quod veteres conſtituerunt, vt quoties culpa interuenit debitoris, obligatio fideiuſſoris & rei perpetuetur, hoc eſt, non minuatur, *l. ſi ſeruum. 91. §. nunc videamus. 4. de verb. oblig.* Inde verò non ſequitur, augeri fideiuſſoris obligationem: quia fideiuſſor amplius non tenetur, quàm reuera ſit, & ante fuerit in obligatione. Id enim vel æquitas dictat, (licet quid interſit creditoris propter moram rei) à fideiuſſore exigi vltra, quàm promi-

ſit,

ſit, non oportere. *d. l. centum. verſ. nec oportere.* Nihil tamen impedit, quo minus vtraque obligatio, fideiuſſoris & rei ob moram perpetuetur, hoc eſt, non minuatur, ſed quoad fideiuſſorem potiſsimum in eo, quo ante moram fuit, ſtatu permaneat.

53 Quarta inſpectio † *eſt in l. ſi poſtea. 10. ff. rem pup. ſalu. fore.* qua lege ius ſingulare contineri, antè diximus.

54 Quinta inſpectio † *eſt in l. 2. §. fin. qui ſatiſda. cog.* vbi ab initio ad vſuras & intereſſe actio, cui fideiuſſor adijciebatur, competebat: quod & ipſum paulo ante excuſsimus.

55 Sexta inſpectio † eſt *in l. ſi quis pro eo. 56. §. ſi nummos. 2. de fideiuſſo.* quo in loco res principalis eſt in obligatione, pro qua fideiuſſor accedit, nec agitur ibi de incremento ex mora debitoris proueniente: verbi gratia: Titius, accepto fideiuſſore, mutuo dedit alienam pecuniam. Sed quia in aliena pecunia mutuum, quamdiu nummi extant, non conſiſtit, ideoq; nec fideiuſſor obligatus eſt. Verum per nummorum conſumtionem facta mutui reconciliatione fideiuſ-
56 ſor quoque tenetur. Ex quo liquidum eſt, obligationem † ante inualidam confirmari per reconciliationem mutui, & conſtringere tum reum, tum fideiuſſorem, ſed non in alio, quàm in ſorte.

Nec enim ex verbis Iureconſulti monſtrari poteſt, mora debitoris augeri obligationem fideiuſſoris, vt ad aliud, quàm ad ſortem conueniri queat. *Coraſ. d. cap. 12. nu. 13.*

57 Septima inſpectio † eſt *in l. amiſi. 54. §. fideiuſſores. 2. de fideiuſſ.* vbi Papinianus ait, Fideiuſſores à colonis datos etiam ob pecuniam dotis prædiorum teneri, cum ea quoque ſpecies locationis vinculum ad ſe trahat. Huius legis ſpecies noſtræ concluſioni haudquaquam refragatur. Nam ab initio dos prædiorum ex natura rei locatæ in obligationem deducta intelligitur, vt patet ex verbis, cum ea quoq; ſpecies locationis vinculum ad ſe trahat. Vnde non mirum, ad eam teneri fideiuſſorem. Sunt autem (vt obiter adijciamus)
58 dotes † prædiorum, emolumenta, ſeu fundi acceſsiones,

quas ad culturam eius ex alio fundo paterfa. ſumere ſolet.
l. 9. §. 1. de vſufruct. l. Seia. 20. §. 1. de inſtruct. & inſtru. lega.
Græcis ἐνθῆκαι appellantur, *Papinian. in l. 2. de inſtru vel inſtru.*
l. hoc eſt, ferramenta & inſtrumenta agri cauſa repoſita. *Haloan. ad nouell. 128.* Iſidoro rei copioſa ſubſtantia: alias en-
59 theca † pecuniam ſepoſitam à menſarijs ſignificat apud Li-
bianum, & onus naui impoſitum. Nam Auguſtinus ad fra-
tres in Eremo, inquit, Enthecem nobis habere non licet.
Vide Cuiac. ad nouell. 128. Quicquid Enthecarum poſſederat,
Sidonius apud Adria. Turneb. lib 8. aduerſa. cap. 9.
60 Octaua inſpectio † eſt *in l. pen. ff. vt lega. nom. cau.* Breui-
ter expediendum, licet ibi teneatur fideiuſſor ratione eius,
quod iure adcreſcendi obuenit cohæredi: non tamen inde
extruitur, ipſum quoque ad vſuras, intereſſe, & alia obli-
gari legatarijs, qui legati ſolum nomine interceſſerat. Et
hactenus de difficili hac quæſtione: vbi hoc ſaltem poſtre-
mo loco monendum ducimus, vt ad amputandas ſuper-
61 fluas contentiones & rixas in concipiendis inſtrumentis †
obligatorijs creditores cautionem recipiendo, verba inſeri
curent, in omnem cauſam atque euentum, ad vſuras, acceſ-
ſiones & intereſſe fideiuſſorem velle obligari. Quod enim
62 futurum † timetur ab initio, præcaueri nunquã ſatis poteſt.
Aſt præuiſa minus tela nocere ſolent.

Secvndvs effectvs eſt, quod fideiuſſor non ſo-
63 lum ipſe obligetur, ſed & hæredem † obligatum relinquat,
exemplo rei principalis, *l. poteſt. 4. §. 1. ff. de fideiuſſ. l. fideiuſ-*
64 *ſoris. 24. C. eo. §. 2. Inſt. eo.* Id quod in omnibus † contracti-
bus tralatitium eſt, vt facto defuncti hæres conſtringatur,
l. ex contractu. 49. ff. de oblig. & actio. l. ſi pactum. de probat. l. hæres. 22. de vſurp. & vſucap. l. hæreditas. l. hæredem. l. quod ipſis. de diuerſ. reg. iur. antiq. l. 1. C. de hæred. actio. l. vnica. C. vt actio. ab
65 *hæred. & contra hæred. incip.* ſiquidem ex quo lucrum † perci-
pit, ad eius facti præſtationem teneatur. *l. ex qua perſona. de diuerſ. reg. iur. l. Pomponius. §. cum quis. de acquir. hær.* nec con-
66 trauenire † poſsit, *l. cum à matre. 14. C. de rei vendic. l. ſucceſſo-*
res. C.

res. C de ſolution. l. ſi ab eo. C. de negoc geſt. l. ſi vxor. C. de bon.
auctor. iud. poſſ l ſi patri tuo. C. de donat. l. ſi fundum. C. de reb. a-
lien. non alien. l. 1. ff de except. rei iud. l ſi Titio. de pigno. l. poſtu-
67 *lante. ad SC. Trebell.* quia adeundo † hæreditatem, defuncti
voluntatem comprobare intelligitur. *l. ſi patroni. 55. §. 1. ad*
SC. Trebell l. ſi ab eo. C. de liber. cau. ſeque omnibus obligatio-
nibus hæreditarijs ſubijcit, & ſponte etiam ex ſuo facto li-
gatur, *Anton. Maſſa ad for. Cam. oblig. part. 2. nu. 5.* Hinc vicem
68 † ſuſtinere defuncti, ac cum eo vnam eandemque perſonam
habere cenſetur, fictione iuris. *d. l. hæres. 22. de vſurpat. & vſu-*
cap. l. 2. §. ſi defunctus. 19. ff. pro emto. l. cui fundus. 56. in fin. de
condit. & demonſtra. l. deniq;. 13. §. quæſitum. 5. ff. quod vi aut
clam. l. ſi poſſeſſio. 14. l. cum ſucceſſores. 23. C. de euictio. §. 1. in Auth.
de iureiur. à morit. præſta.

Declaro primò, vt locum habeat, quamuis in inſtru-
69 mento † nulla hæredis fiat mentio, *Accurſ. d. §. 2. Inſtit. de fi-*
deiuſſ. per l. veteris. 13. C. de contrah. & committ. ſtipul. Panor. in
70 *c. fin. in 1. nota. de arbitr.* vbi ſcribit: Omnem contractum †
ita celebratum intelligi, vt hæredes includantur, etiam eo-
rum mentione non facta, & hæredum obligationem in in-
ſtrumentis effectualiter contineri, *teſtatur Iohan. de Imola in l.*
1. col. 3. de his quæ in teſt. dele. adde Hart. Hartmani lib. 2. pract.
obſer. tit. 29. obſer. 1. Coler. in proceſſ. execut. part. 1. cap. 10. nu. 272.
Hoc enim in ſtipulationibus omnibus tum dandi, tum fa-
ciendi regulare eſt, vt tacitè hæredes complectantur. *d. l. ve-*
teris. 13. Conſtat autem fideiuſsionem ſine ſtipulatione con-
trahi non poſſe, *l. blanditus. 12. C. de fideiuſſ. pluribus firmat Mo-*
deſt. Piſtoris vol. 2. conſil. conſ. 1. nu. 30. cum ſeqq. inde ſuper-
71 fluam † cenſuit eſſe hæredis nominationem in teſtamento
Iaſ. in l. 2. §. item ſi in facto. nu. 1. de verb. oblig.
72 II. Declaro, vt etiam iure Saxonico † procedat,
Landtrecht *lib. 1. art. 6.* vbi ſcribitur, hæredem non obligari
ad ſoluendum debitum, pro quo ipſe (adde, vel anteceſſor
eius, in cuius locum ſucceſsit) non fideiuſſerit, & notatur
ibi *à gloſſ. num. 3. 4. Diff. Saxon. 19. lib. 2. part. 1. Modeſtin. Piſtor.*

d. con-

d. conſil. 1. nu. 33. Coler. d. cap. 10. part. 1. num. 274. VVeſenb. conſ.
14. lib. 1. num. 55. Quibus concinit Elector Saxon. *conſtit. 20.*
part. 2. Non aduerſatur *art. 118.* Weichbild. vbi textus innuit,
fideiuſſoris hæredes non obligari ad id, pro quo ille inter-
uenit. Nam ita accipiendum eſt, vt hæredes exigi non de-
beant, priuſquam ad excuſsionem principalis fuerit deuen-
tum, ſecundum diſpoſitionem iuris communis, *Auth. præſen-*
te. C. de fideiuſſor. & ita explicat Coler. d. cap. 10. num. 275. vſus ad-
miniculo ſequentium verborum in d. art. 118.

73 III. Declaro, vt ſi vnicum † fideiuſſor hæredem reli-
querit, is ſolus in ſolidum obligationi ſuppoſitus ſit: ſin plu-
res, ij pro partibus hæreditarijs, non quilibet in ſolidum,
conueniantur, ita reſpondit *Marcellus in l. Lucius. 24. & Papi-*
nianus in l. ſi teſtamento. 49. §. 1. ff. de fideiuſſor. Quo factum eſt,
74 vt, ſi fideiuſſor debitori † hæres extiterit, duabus is actioni-
bus teneatur, *Africanus in l. heres. 21. ff. eo. Duare. ibid. cap. 5.*
Si tamen ex vna agi cœperit, conſumitur altera, ne bis idem
ab eodem actore præſtetur, quod æquitas non patitur. *Cuiac.*
tracta. 7. ad Africa. in explicatio. d. l. heres. 21. Verum enimue-
ro, id, quod iam diximus, plures hæredes fideiuſſoris pro
75 partibus hæreditarijs conueniri, grauiter † oppugnatur hoc
76 modo: Iuris eſt, naturam ſtipulationum † indiuiduarum
etiam in perſonis hæredum non immutari, *l. 2. §. incertam.*
ff. de prætor. ſtipulat. ideoque ſinguli in ſolidum obligantur:
77 vnde ſi defunctus † per partes ſoluere nequiuit, neque hæ-
redi id concedendum erit. *l. 2. §. 2. ff. de verbor. obligat. l. ea*
quæ in partes. 192. de reg. iur. quia nec peti nec ſolui per par-
tes indiuidua poſſunt. Si enim pro partibus hæreditarijs
hæredes obligarentur, ad nihilum recideret obligatio, pro-
pter ſolutionis difficultatem, vel impoſsibilitatem. Cumq;
in propoſito noſtro ipſe fideiuſſor in ſolidum fuerit obliga-
tus, qui fiet, vt in perſonis hæredum obligatio reſcindatur?
78 Huic difficultati † ita ſatisfaciendum arbitror. Reſpectu
quidem ipſius defuncti obligatio eſt indiuidua: & reſpectu
ipſius creditoris omnes hæredes tenentur in ſolidum: Sed
reſpe-

reſpectu hæredum inter ſe obligatio eſt indiuidua ipſo iure, adeò, vt tantum proportione hæreditaria conueniantur: quia vnuſquiſque repræſentat perſonam defuncti tantum
79 pro ea parte, pro qua hæres eſt. Vel reſpondeo † alio mo-
80 do: vocabula contractus, † actus, obligatio dicuntur diuidua, vel indiuidua ſecundum naturam rei in eam adductæ, *Anton. Gomeſ. de diuid. & indiuid. nu. 2.* Si itaque quis fideiuſſerit pro pecunia alteri credita, quæ inter res diuiduas numeratur, *l. in executione. 85. §. 1. de verbor. obligat.* ea certè ab eius hæredibus pluribus rectè pro vniuſcuiuſlibet parte hæreditaria ſolui poteſt: quia ipſa obligatio, reſpectu pecuniæ, tanquam materiæ, fuit per ſe diuidua, etiam ferè in perſona ipſius fideiuſſoris. Quamuis enim ad ſolidum is tenebatur: tamen etiam rectè per partes ſolutio ab ipſo fieri potuit. Sed de hac intricatiſsima diuidui & indiuidui materia dici ſatis nunquam poteſt: quam tamen latè & eruditè perſecuti ſunt Eguinarius Baro, Petrus Grangianus, Modeſtinus Piſtoris, cuius laborem editioni iam moliuntur: vbi forſan iſte ſcrupulus luculentius examinabitur.

81 Excipimus I. cauſas delictorum, † ex quibus iure ciuili hæres ratione defuncti exigi non poteſt. *l. 1. ff. de priua. delict. l. pupillum. §. in hæredem. de diuerſ. reg. iur. antiq. §. non autem. Inſtit. de perpet. & tempora. actio.* Idem iure Saxo. Landrecht *lib. 1. art. 6.* vbi diſponitur, quod in caſibus furti, rapinæ, pecuniæ ludo perditæ, & alijs, hæres non teneatur, niſi quatenus
82 † ad eum peruenerit, & patrimonium defuncti auctum fuerit: de quo & textus habetur expreſſus *in l. ſi hominem. §. datur. ff Depoſ. gloſſ. ſingularis. in d. l. pupillum. §. in hæredem.* vel niſi lis cum defuncto conteſtata fuerit, *l. ex iudiciorum. §. non omnes. ff. de accuſat. §. pœnales. Inſtit. de perpet. & tempor. actio. l. vnica. & ibi Accurſ. in verb. ſcelere. C. ex delict. defun. in quan. hære.*
83 *conuen. l. nemo facere. de reg. iur.* ſic & inſtantia † in caſu, vbi pœna ipſo iure infertur, etiam abſque litis conteſtatione ad hæredes tranſit. *Bart. in d. l. ex iudiciorum. nu. 2. Alex. num. 12. per text. in l. 3. §. quod autem. ff. quod quiſque iur. in ali. Iul. Clar.*

queſt. 51. num. 16. in pract. crim. Duen. reg. 13. num. 12. veluti
84 pœna pecuniaria,† quæ ex conſtitutione violatæ pacis pub-
licæ delinquentem perſequitur, ipſo iure conſtitutionis de-
betur, *Ordina. Cam. par. 2. tit. 9. §. 2.* Morte itaque rei vel ac-
cuſatoris iſta inſtantia, quoad pœnam pecuniariam, non fi-
nitur, *l. fin. C. ſi reus vel accuſ. mort fuer.* Verum iure Pontifi-
85 cio † hæres indiſtinctè tenetur, quamuis ad eum nihil per-
uenerit, neque lis conteſtata fuerit, non tamen vltra vires
hæreditarias, vt ſcilicet (ſi Dijs ita placet) manibus & ani-
mæ defuncti conſulatur. *c. in literis. ext. de raptor. c. fin. §. ſed
eius hæredes. de ſepult. & ibi Panorm. nu. 6. c. ſi epiſcopum. 16. q. 6.
gloſſ. in c. epiſcopus. in verb. ab hæredibus. 12. q. 2. Bart. in l. 1. nu.
6. ff. de priuat. delict. Iaſ. in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. nu. 5. ſi quis
cau. iud. ſiſt. Iul. Clar. q. 51. num. 16. Duen. d. reg. 13. nu. 12. Boſ-
ſius de pœn. nu. 34. Did. Couar. lib. 3. vari. reſolut. cap. 3. num. 8.
Coler. in proceſſ. execut. par. 1. cap. 10. num. 277. Gayl. lib. 1. de pa-
ce pub. c. 20. nu. 22.* Quoad propoſitum noſtrum, ſi fideiuſ-
86 ſor ſe pro reo † criminis ad certam & definitam pœnam pe-
cuniariam obligauerit, quemadmodum hodie fieri ſolere
ſuperius cap. tertio demonſtrauimus: tunc vtique fideiuſ-
ſoris hæredes in caſu rei non exhibiti, ad dependendam il-
lam pœnam compelluntur. *Iohan. Faber. Schneid. & DD. in d.
§. 2. Inſtit. de fideiuſſor.*
87 II. Excipimus, quando † ipſum inſtrumentum ſolum
88 fideiuſſorem obligari ſonat, Dictio enim taxatiua, † vt lo-
quitur *Euerhar. in loco legal.* A natura dictionum taxatiuarũ,
nu. 2. eſt excluſiua omnium caſuum extra orationem, in qua
ipſa eſt, poſitorum, *per l. 2. C. de patrib. qui fil. diſtrax. Iaſ. in L.
vnic. in princ. num. 9. ff. ſi quis ius dic. non obtem.* Nam hæredes
tunc obligatione eximi probabile eſt, *Coler. d. cap. 10. num.
278.*
89 III. Excipimus, ſi ita inſtrumento † comprehenſum
fuerit, vt, ſi vnum fideiuſſorum fatis cedere contingat, de-
bitor alium in eius ſubrogare locum teneatur, hac clauſu-
la: Do aber der bürgen einer oder mehr verſtürben / ſollen die
andern

andern verpflichtet ſein / inwendig vier wochen den nechſten eynen oder mehr gnugſame bürgen an des / oder der verſtorbenen ſtadt / welche ſich in gleiche verpflichtung einlaſſen ſollen / zuuerſchaffen / vnd wo in vier wochen kein ander an die ſtadt erſetzet / ſo ſollen vnd wollen wir andere / ſo noch am leben / auff erforderung vnſers gleubigers in die leiſtung reiten. Hæc perſonalis eſt obligatio, cui hoc ineſt, vt extincta perſona, fideiuſsio quoque extincta intelligatur, nec hæredem conſtringat. *§. at ſi ita. Inſtit. de verb. oblig.* Poterit itaq; hæres ſe exceptionis ope tueri: Sibique creditor imputauerit, quod conuentionis legem non dixerit apertius, *l. veteribus. de pact.* Hæc opinio æquiſsime ſuſtentari poteſt, per ea quæ ſcripſit *Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloſſ. 2. nu. 22. 23. & gloſſ. 6. nu. 2. 3. 4. 5. VVeſenb. conſ. 14. nu. 85. cum ſeq.* in terminis, quæ & iudicando ſeruatur, *teſte Colero d. c. 10. nu. 280.* Et conſtitutionibus Electoral. *par. 2. conſt. 20.* inſerta eſt, his verbis: Wenn aber in einer verſchreibung außdrücklich abgehandelt / das an ſtadt des bürgen / ſo verſtürbe / der Schuldman dem gleubiger einen andern bürgen ſetzen ſolte / diſsfalls iſt die fideiuſſoris obligatio allein perſonalis, vnd bindet des abſterbenden bürgen erben nicht. *ex art. 118.* Weichbild. Atque ſecundum hanc ſententiam bis pronunciatum eſt à Scabinis Lipſenſibus anno 1570. menſe Ianuario, & menſe Aprili. licet in contrarium
90 diſceſſerit † *Bernhard. VVurmſerus lib. 1. pract. obſeru. tit. 29. obſer. 2.* qui voluit, hæredem nihilominus teneri: cum hoc inſit obligationi, vt hæres demortui locum tueatur. *d. l. fideiuſſoris. 24. Cod. de fideiuſſo. §. 2. & ibi Angel. Inſtit. eo.* Sed altera ſententia æquitati magis congruit. Ex quo infert ad aliam
91 quæſtionem *Coler. d. c. 10. nu. 281.* Quidam † pro principali fidem ſuam interpoſuerunt, hoc modo, vt, ſi vni horum humanitus quid accideret, reliqui infra menſem in locum defuncti ſub pœna obſtagij alium ſubſtituerent, & ad finem inſtrumenti hæc appoſita eſt clauſula: Si fideiuſſores omnes diem ſuum obirent, vt tum demum, & non aliter, eorum hæredes conueniri poſſent. Mortui ſunt omnes, ex-

ceptis duobus, qui ob conflatum æs alienum ſoluendo non erant: Quæſitum fuit, an ad hæredes poſsit deueniri? Deciſum eſt, quod ſic, non obſtante clauſula, de morte omnium: quia illam intelligendã voluerunt non ſolum de morte naturali, ſed & de morte ciuili, hoc eſt, extrema paupertate: idque per doctrinam *Iaſ. in l. ex ea parte. §. in inſulam. nu. 3. de verb. oblig.* qui ſcribit: quotieſcunque mors ciuilis eundem habet effectum, quem habet naturalis, iſto caſu verificari vocabulum mortis etiam in morte ciuili. *Vide Coler. d. c. 10. num. 282. 283. 284.* Sed admodum vereor,† vt

92 hæc deciſio viribus conſiſtat: ſiquidem videtur repugnare intentioni & voluntati contrahentium, qui ab initio, caſu ita eueniente, hæredes includi noluerunt. At de hoc iam pluribus diſputare inſtituti noſtri non eſt.

93 IV. Excipimus, vt hæres fideiuſſoris non teneatur † reſpectu bonorum, quæ ipſius hæredis ſunt propria: igitur nec executio contra ea decerni poteſt. *Coler. d. c. 10. nu. 286. poſt Salic. ad l. creditores. nu. 22. C. de pignor.*

94 V. Excipimus, quando is, qui propter † obligationem defuncti fideiuſſoris exigitur, ſe eius hæredem eſſe pernegat. *Coler. d. c. 10. nu. 289. poſt Bart. in l. proinde. §. notandum. ad l. Aquil. Roderic. Suarez. in l. poſt rem iudicatam. in declarat. le-*

95 *gis regni extenſ. 1. nu. 2. ff. de re iudic.* Hæredem † autem quem eſſe, quomodo probetur, tradit *Coler. d. loc. num. 290.* Item

96 de probatione aditionis † hæreditatis prolixè, more ſuo *Maſcar. vol. 1. concl. 40. vſq. ad concl. 53.*

VI. Excipimus, vt contra hæredem fideiuſſoris exe-

97 cutio exerceri non poſsit, ſi ignorauerit debitum † vel in-

98 terceſsionem defuncti: Hæres enim ſemper † iuſtam ignorantiæ cauſam habere præſumitur. *c. cum quis. de reg. iur. lib. 6.*

99 *l. qui in alterius. ff. eo.* ideoque de obligatione anteceſſoris † ſui certior fieri debet, vel per inſtrumenti oſtenſionem, vel alia ratione, quæ ipſi fidem faciat. *Anton. Maſſa ad for. Cam. oblig. parte 2. quæſt. 1. num. 16. 17. Coler. d. cap. 10. num. 291.*

VII. Ex-

100 VII. Excipimus, vt ſucceſsione † perimatur obligatio, veluti ſi creditor debitoris hæres efficiatur. Nam pro
101 ea parte, pro qua hæres eſt, actio extinguitur: pro reſiduo † tamen cohæredes, ſi quos habet, conuenire poterit. *per. l. 1. C. de hæred. act. l. ſi ab eo. C. de nego. geſt. cum ſimil. quæ allegat Coler. d. c. 10. nu. 292.*

102 VIII. Excipimus perſonalem † obligationem ratione moræ ad carceres, vel areſtum à defuncto factam: ea enim hæredi non officit, *Iaſ. in l. ſi deceſſerit. nu 13. qui ſatiſda. cog. Rebuffus de lit. oblig. art. 3. gloſſ. 3. num. 12. poſt Benedictum de Barzia*
103 *in tracta. guarentig. par. 1. q. 9.* Sic & ſi ad obſtagium † ſe fideiuſſor obligauerit. Cum enim factum hoc perſonæ cohæreat, ad quod ſe promiſſor proprio corpore obligare voluit, ideo ad hæredem non transfertur, *Bart. in l. ſi ſic ſtipulatus. de verb. oblig. Cyn. in l. Veteris. C. de contrah. & commit. ſtip.* ſi ta-
104 men mora † per promiſſorem contrahatur: ſanè obligatio ad intereſſe ad hæredem tranſit, *Cyn. d. ¶. Veteris. Bart. d. l. ſi ſic ſtipulatus. quem ſequuntur Imola. Iaſ. ibi. per l. à duobus. l. fabriles. ff de oper. liber.* Quis autem moram ibi contrahi inficietur, cum quis congruo loco & tempore interpellatus non præſtiterit id, quod conuenit? *l. mora. ff. de vſur. DD. in l. vinum. 22. ff. de reb. cred. ita probè conſuluit Modeſt. Piſtor. d. volu. 2. conſil. 1. num. 34. vſq. ad num. 47.* Quod verò diximus, perſonalem obligationem ob moram hæredi non nocere, aliter
105 ſe habere volunt, ſi ſtatuto † debitores capi, & carceribus mancipari iuberentur. *de quo Cole.. d. c. 10. nu. 294. cum ſeqq. poſt Iaſ. in l. diuortio. §. interdum. nu. 6. ſolut. matrim. & in §. fuerat. num. 61. & ibi Gomeſ. nu. 35. Inſtit. de actio. Chaſſan. in conſuet. Burg. tit. de ſucceſſ. rub. 8. §. 13. verb. ſeaucuns. num. 13. & rub. 11. §. 6. ver. contrale. principal. num. 2.* Et has octo limitationes congeſsit Colerus: quibus adijce ſequentem.

106 IX. Excipimus, ſi conſuetudine † introductum ſit, ne fideiuſſorum obligatio ad hæredes tranſeat. Nam diuturna conſuetudo vim legis obtinet, *l. diuturna. l. de quibus. 32. ff. de legib. can. conſuetudo. diſtinct. 1. §. ex non ſcripto. Inſtit. de iure nat.*

re nat. gent. Id quod licitè fieri poſſe teſtatur *Modeſtin. Piſtor. 2. volum. conſil. 1. num. 46. 47. & conſtit. Elector. Saxon. 20. part. 2.* quæ in hac quæſtione ſecundum cuiuſque loci conſuetudinem iudicari præcipit.

107 Tertivs effectvs eſt, quod fidiuſsio † producat creditoribus, actionem ex ſtipulatione, vel mandati aduerſus fideiuſſorem, qui pro alio fidem ſuam aſtrinxit, vel, vt alij crederetur, mandauit, *l. 2. l. omiſſu. 17. C. de fideiuſſ. l. inter. 51. §. credit. 3. ff. eo. Oldendor. claſſ. 4. actio. 28. nu. 3. Duar. de fideiuſſ. c. 5. Vigel. in metho. iur. controu. lib. 5. c. 9. reg. 1. & in*
108 *methodo obſerua. Camera lib. 3. c. 25. reg. 1.* At vbi † conueniendus erit fideiuſſor, in ſuo, an in debitoris foro? Verius eſt, in ſuo, *Bald. in l. cum Archimedoram. C. vt in poſſeſſ. lega. per vul-*
109 *gat. reg.* actor rei † forum ſequitur, *l. 2. C. de iuriſd. om. iud. l.*
110 *fin. C. vbi in rem act.* Exime caſum, ſi fideiuſſor † fori præſcriptioni renunciauerit: hîc enim ad forum contractus remitti debet, *cap. Romana. §. contrahentes. de for. compet. lib. 6.*
111 *glo. in l. 1. ff. ſi quis in ius vocat.* vel ſi ſe alibi † certo quopiam loco ſiſtere promiſerit. *Bald. d. l. cum Archimedoram. Vide Mynſing. cent. 2. obſer. 5.* Verum complures ſunt exceptiones, quæ creditoribus agentibus obijci poſſunt, de quibus videre operæ precium eſt.

112 Prima exceptio eſt ſolutionis † debitæ pecuniæ, ſiue ab ipſo reo, ſiue à fideiuſſore, ſiue ab alio quopiam rei nomine, ipſo vel inuito, vel ſciente, vel ignorante factæ, *l. ſolutione. 23. l. ſi pro. 40. l. ſoluere. 53. de ſolutio.* Nam ſolutio-
113 ne † omnis tollitur obligatio: & perinde ij quoque, qui pro reo interceſſerunt, liberationem conſequuntur. *§. 1. Inſtit. quibus mod. toll. obligat.* cum peremta iam per ſolutionem priori obligatione, fideiuſsio ſubſiſtere amplius non poſsit. *l. in omnibus. 43. de ſolutio.*

114 Secunda exceptio, ſi nouatio † principalis obligationis facta fuerit, veluti Titius, acceptis fideiuſſoribus Seio credidit mille: Seius debitorem habet Sempronium: quem Seius delegat Titio ſuo creditori conſentienti, & Sempronius

nius ſolutionem illi promittit. Hîc perfecta nouatione, fideiuſſores liberari reſcriptum eſt ab *Antonino Imp. in l. nouatione. 4. C. de fideiuſſo. probat Eclo. βασιλ. lib. 7. tit. 6. ex lib. 26. tit. 1. cap. 72. item tit. 14. ex lib. 26. tit. 1. cap. 72. not. Bart. in l. aliam. 29. ff. de nouat. Angel. in l. 1. col. 2. C. de iudic. Dec. prolixè conſ. 107. num. 1. Vigel. in meth. iur. ciuil. lib. 21. cap. 1. quæſt. 2. excep. 58. & in meth. obſer. Cam. lib. 3. cap. 25. reg. 1. except. 1.* Modò
115 diſertè † hoc agatur, vel certiſsimis coniecturis id haberi poſsit, nouationem factam eſſe. *l. fin. C. de nouatio. § præterea. Inſtit. quib. mod. toll. oblig.* Cæteroquin parum ea fideiuſſoribus profuerit, *Bart. in l. Valerianus. ff. de prætor. ſtip. num. 5. Imol. in l. 2. de nouat. Socin. conſ. 21. num. 11. Geyl. lib. 2. obſer. 30. nu. 6.*
116 nec enim nouatio † aliàs regulariter præſumitur. *Dec. conſ. 97. num. 5. Menoch. conſ. 95. nu. 35. Albanus conſ. 68. num. 5. Maſcard. de probat. concluſ. 1111. nu. 1.*

117 Tertia exceptio, ſi per acceptilationem † fideiuſſor à creditore liberatus fuerit, *per l. & per iuſiurandum. 13. §. ſi fi-*
118 *deiuſſori. 7. de acceptila.* quod & dicendum, ſi reo † principali accepto latum fuerit. Hîc enim exceptio reo competens, fideiuſſori quoque vtilis eſt. *l. exceptiones. 7. §. 1. de except. l. defenſiones. 11. C. eo. l. ex perſona. 32. ff. de fideiuſſ. l. 2. quæ res pig. obl. non poſſ.*

119 Quarta exceptio, ſi à creditore debitori † tempus ſine conſenſu fideiuſſoris prorogatum fuerit: quod intellectum
120 † habet, ſi fideiuſſor certo ac definito termino obligationem ab initio circumſcripſiſſet, vel contractus vno atq; determinato tempore eſſet concluſus, vt habet *conſtit. Elect. Saxon. 19. part. 2.* Id quod aliàs apud interpretes magnopere controuertitur, *Iaſ. in l. 1. C. de iudic. num. 15. Hippol. de fideiuſſo. nu. 89. latè Anton. Gabriel. Roma. lib. 3. concl de fideiuſſ. concluſ. 3. Gomeſ. tom. 2. cap. 13. nu. 21. Ancaranus quæſt. 67. Hartman. Hartma. lib. 2. tit. 29. obſer. 6. Geyl. lib. 1. obſer. 91. nu. 22. & lib. 2. obſ. 30. nu. 11. Mynſing. cent. 6. obſ. 53. Coler. part. 1. cap. 10. num. 302.* de cuius rei veritate, capite vltimo tractationis noſtræ fuſius dicemus.

Quin-

Quinta exceptio eſt, qua ſe fideiuſſor aduerſus credi-
121 torem agentem tueri poterit, ſi debitoris † bona non ex-
cuſſa fuerint: id quod peculiare fideiuſſoribus conceſſum eſt beneficium, *Auth. præſente. & ibi DD. C. de fideiuſſ. nouell. 4. §. 1. Auth. hoc ſi debitor. C. de pignor. & hypoth. Canoniſtæ in c. peruenit. de fideiuſſo. Iaſ. in §. item ſi quis. num. 67. Inſtit. de actio. & in l. decem. nu. 27. de verbor. oblig. & in l. 2. num. 20. ſol. matr. Ripa ad l. obligatione. nu. 26. de pigno. Guido Papa deciſ. 570. Socin. reg. 134. Porcius lib. 1. com. opin. concluſ. 41. Petrus Duen. reg. 355. Iohann. Baptiſta. Aſinius. in praxi iudic. §. 31. cap. 2. ampliat. 22. fol. 336. nu. 2. Anton. Gabriel. Roman. de fideiuſſo. lib. 3. concluſ. 1. Geyl. lib. 2. obſer. 27. nu. 1. Coler. part. 1. cap. 10. num. 334. Zangerus de exceptio. tert. gen. except. dilator. except. 7. num. 7. fol. 206.* quod tamen, quomodo & quibus caſibus procedat, ſuo loco paulò inferius enodabitur.

122 Sexta exceptio, ſi fideiuſſor conueniatur, antequam † reus debeat: Quod enim nec à reo, idem nec à fideiuſſore ante tempus petere licet. *l. fideiuſſor. 57. de fideiuſſo.* Proinde & fideiuſſor pro euictione alicuius rei acceptus, non niſi re euicta, conueniri poteſt. Etenim promiſsio euictionis à fideiuſſore facta conditionem annexam habet, vt prius eum non obliget, quàm res euicta fuerit, ita reſponſum eſt à Scabinis Lipſienſibus, anno 1572. menſe Octobri.

123 Septima exceptio, ſi locus † adiectus eſt obligationi,
propter quem tempus tacitè ineſt, quod nondum eſt ela-
124 pſum. Placuit enim, fideiuſſoriam obligationem † condi-
tionem taciti temporis ex vtriuſque perſona recipere, tam rei promittendi quàm ipſius fideiuſſoris. *l. ſi teſtamento. 49. de fideiuſſor.*

125 Octaua exceptio, ſi fideiuſsio † ſine ſtipulatione con-
tracta fuerit, *Bald. in l. 1. in fin. num. 9. C. de pact. Dec. conſ. 93. nu. 3. Villalob. in commun. opin. lit. A. nu. 16. Vigel. in meth. iur. ciuil. lib. 21. cap. 1. quæſt. 2. reg. 1. except. 32.* Ad formam enim fideiuſsionis ſtipulatio neceſſaria eſt. *l. blanditus. 12. C. de fide-*
126 *iuſſo. cum ſimil.* Niſi, vt quidam volunt, fideiuſſor † præſens
patia-

patiatur ſe nominari ac deſcribi in actis, nec contradicat. *Bartol. in l. cum oſtendimus. 4. §. fin. de fideiuſſ. tuto. & curat. per eundem text. Carol. Ruinus in l. 1. de verb. oblig.* & alij, quos refert *Franciſ. Viuius in theſ. com. opin. verb. Fideiuſſor patiens. nu. 1.*
127 Nam iudicij † vis & calor tantus eſt aliquando, vt multa conſtituantur in eo, quæ aliàs non admittuntur, *l. 1. §. vlt. ff. de interro. actio. l. pacta nouiſſima. & ibi Dec. num. 6. C. de pact. Menoch. de præſumt. lib. 2. præſum. 62. nu. 1.* Sed hæc opi-
128 nio † pridem reprobata eſt, & rectè, *teſte Boërio deciſ. 314. nu. 5. Viuio. d. loc. nu. 2. Emanuele Soarez. com. opin. lit. F. nu. 146.* per vulgatam iuris regulam: quod præſens & tacens non conſentire videatur, quando de inducenda eius obligatione agitur, *l. filiuſfam. §. inuitus. & notat ibi gloſſ. in verb. non probatur. ff. de procurato. notat Dinus in c. is qui tacet. nu. 3. de reg. iur. lib. 6. Panor. in c. nonne. nu. 1. col. 3. ad fin. de præſumtio. DD. in l.*
129 *quæ dotis. ff. ſolut. matrimo.* Nec mouet † *d. l.* cum oſtendimus. *§. fin. de fideiuſſ. tut.* quia ibi propter fauorem pupillorum fideiuſſores præſentes à tutoribus nominati, nec contradicentes obligantur: de quo *& Menoch. de præſumtio. d. lib. 2. præſumt. 62.* & ſuperius diximus.

130 Nona exceptio, ſi fideiuſſor pro litis † exercitatione tantùm, hoc eſt, iudicio ſiſti acceptus fuerit. Non enim ipſe poſt ſententiam definitiuam, ſed reus condemnatus tenetur. *l. Gracè. 8. §. & poſt litem. 3. verſic. & ſiquidem iudicati: de fideiuſſo.*

131 Decima exceptio, ſi caſu fortuito, † non culpa rei principalis damnum obtigerit: nec enim id fideiuſſori nocebit. *Alex. conſ. 365. col. vlt. lib. 2. Suarez. in com. opin. lit. F. nu. 171. Vigel. in meth. iur. controuerſ. lib. 5. cap. 9. reg. 1. excep. 9.* Ego in contraria ſum ſententia: ob id enim creditor fideiuſſorem ſibi eligit, vt in omnem caſum, vtut emerſerit, ſecurus reddatur. *l. 1. §. ſed aut. 8. de oblig. & actio.*

132 Vndecima exceptio, ſi debitor vltra † dimidium iuſti precij ſit deceptus: nam reſciſſo contractu ex remedio *l. 2. C. de reſcin. vendit.* etiam fideiuſſori ſuccurritur, præſertim fi-

Hh deiuſ-

133 deiuſſori † venditionis, qui pro euictione ſe obligauit, *Pinell. ad l. 2. part. 2. cap. 3. nu. 43. C. de reſcin. vendit. per DD. ibi allegatos. Suarez. com. opin. lit. F num. 148.*
134 Duodecima exceptio, ſi debitor † factus eſt non ſoluendo, ac creditoris admoniti atque requiſiti in exigendo negligentia argui poteſt: ſibi enim creditor impenſum ferat, cum fideiuſſori imputari nihil poſsit: quod tamen accipiendum eſt de fideiuſſore in ſubſidium promittente: *per text. ſingularem, in l. ſi fideiuſſores. 41. de fideiuſſo. ibidemq́; Accurſ. & Bartol. Vaſquius lib. 1. illuſt. controuerſ. c. 33. nu. 8. vide Gomeſ. d. c. 13. tom. 2. nu. 9. qui communem hanc aſſerit. Suarez com. opin. lit. F. nu. 167. cum ſeqq.* de quo & inferius mentionē faciemus.
135 Decima tertia exceptio eſt, ſi condemnato debitore †
136 fideiuſſor in ius vocatus non fuerit. Nam ſententia lata † contra reum principalem non officit fideiuſſori non citato, ſed opus eſt nouo proceſſu, *per l. à ſententia. 5. ff. de appellat. l. grege. §. 2. de pigno. arg. l. 2. C. ſi propter publ. penſitat. l. magis puto. §. ne paſsim. ff. de reb. eor. quam communem nuncupat Ripa in l. apud quem. num. 34. C. de eden. Suares com. opin. lit. F. nu. 170. Vigel. in meth. Iur. controuer. lib. 5. cap. 9. reg. 1. excep. vltima.* Sed con-
137 traria opinio magis † inualuit, quod videlicet ſententia eiuſmodi noceat fideiuſſori non citato, vt contra eum executio fieri poſsit, *per l. Papinianus. §. ſi ex cauſa. de inoffic. teſtam.* vbi valida eſt ſententia, qua pronunciatur, teſtamentum contra officium paternum eſſe factum, legatarijs etiam non citatis: Pluribus firmat *Hippol. in rub. de fideiuſſ. nu. 348. 349.*
138 *Sequitur Sebaſt. Med. reg. 8.* Conciliari tamen † hæc ita poſſunt: Aut loquimur de fideiuſſore contractus, vt tunc locum habeat prior opinio, nempe ſententiam latam contra principalem non afferre damnum fideiuſſori non citato, aut loquimur de fideiuſſore iudicij, vt poſterior obtineat opinio, quod contra debitorem lata ſententia ſine nouo proceſſu in fideiuſſorem non citatum habeat executionem. *Bart. in l. 1. ff. iudica. ſol. & alij plures, quos recenſet Hippol. d. loc. num. 349. vide Guid. Papæ deciſ. 26. Imolam in c. peruenit. num. 22. ex. de fideiuſſ.*

deiuſſ. Aſin. in prax. iud. §. 31. cap. 2. amplia. 22. fol. 336. Mynſing. cent. 4. obſ. 96. vbi eodem modo dicit, ſententiam latam contra fideiuſſorem, executionem etiam aduerſus reum principalem abſque nouo proceſſu conſequi poſſe. Et hanc diſtinctionem receptiorem eſſe, atque crebrius obtinuiſſe, teſtatur idem Mynſ. vbi eius approbatores, vt & apud Hippol. & Guid. Pap. locis iam adductis reperiuntur, quò lectorem remiſſum volo. Hæ quidem præcipuæ ſunt exceptiones: quarum tamen plures tum ex ijs, quæ hactenus à nobis ſcripta ſunt, tum potiſsimum ex ſequentibus, prout res tulerit, deſumi poſſunt.

139 QVARTVS EFFECTVS complectitur beneficia † iure fideiuſſoribus prodita, Excuſsionis ſeu ordinis, Diuiſionis ex epiſtola Diui Hadriani, cedendarum actionum, no-
140 uellarum conſtitutionum, &c. Cum enim miſerabilis † ſit interdum fideiuſſorum conditio, vt non immeritò Syracides in Panareto dixerit: *ἐγγύη πολλοὺς ἀπώλεσε κατευθύνοντας καὶ ἐσάλευσεν αὐτοὺς ὡς κῦμα θαλάσσης ἄνδρας δυνατοὺς ἀπώκισε καὶ ἐπλανήθησαν, ἐν ἔθνεσιν ἀλλοτρίοις:* leges vtique onera ipſorum alleuare, ipſisque benignè ſuccurrere voluerunt: quæ cum in foro frequentiſsima ſint, de ijs ſingulis, & quid præſertim vſus obtineat, commodo ordine ſermonem inſtituemus.

DE EXCVSSIONE.

141 Notum eſt, iure † veteri liberum fuiſſe creditori, vel ipſum debendi reum, vel fideiuſſorem ante reum conuenire, *l. 2. l. iure noſtro. 5. l. liberum. 16. l. ſicut eligendi. 21. l. reos.*
142 *23. C. de fideiuſſ.* Iure nouiſsimo, † quo nunc vtimur, ante omnia exigendus eſt debitor principalis: ſin minus excuſſionis ſeu ordinis exceptione fideiuſſor aduerſus creditorem agentem ſe tueri poteſt, *Auth. præſente. C. de fideiuſſor. nouell. 4. cap. 1. Auth. hoc ſi debitor. C. de pigno. & hypoth.* Idque æquitatis habet plurimum, ne fideiuſſor, qui gratis interceſsit, iſtud ſuæ beneuolentiæ damnum ferat, vt prius haſce

actionis moleſtias perſentiſcere cogatur, quàm reus: quo
quidem longè meliore conditione eſſe debuit. Quare ope-
ræ precium eſt, hanc excuſsionis materiam vtilem, quoti-
143 dianam atque difficilem, de qua dicturi ſumus, certis † ca-
pitibus continere.

Ac I. Quid ſit excuſsio, expediemus.
II. Quando & quibus in caſibus neceſſaria ſit.
III. Cui exceptio excuſsionis competat.
IV. Aduerſus quem excuſsio exerceatur.
V. Circa quas res verſetur.
VI. De forma excuſsiònis, & quomodo ſit inſti-
tuenda.
VII. Quando hoc excuſsionis remedium ceſſet.

I.

Quid ſit Excuſsio.

Solet hæc excuſsionis exceptio nonnunquam benefi-
cium de fideiuſſoribus, quandoq; beneficium ordinis, quod
ſeruato ordine in conueniendo progredi creditor debeat,
144 appellari Excutere, eſt † diligenter inquirere in fortunas a-
licuius, *Seneca lib. 1. de benefic. l. 2. ff. ſi quis om. ff. cauſ. teſta. l. 1. C. de
reuocan. ijs, quæ in fraud. cred.* Hinc Bartolus Excuſsionem de-
145 ſcribit, quod ſit diligens † inquiſitio ac detentio rerum, bo-
norumq; principalis debitoris per iudicem vſque ad peram,
vt vocant, hoc eſt, nouiſsimum quadrantem facta. *Bart. in
tract. de excuſſ. pigno. Iacobus de Arena in tracta. de excuſſ. bono. nu. 1.
Benedict. de Plumbino de diſcuſsio. nu. 1. Iohan. Petr. de Ferrar. in pract.
in forma libelli actionis hypothecariæ. in § exceptionem excuſsionis.
nu. 3. per l. 1. in fin. C. de decurio. lib. 10. & l. 2. C. quo quis ord. lib.
11. & l. fin. §. fin. ff. de his, quæ in fraud. cred.* in eum nempe fi-
nem, vt res ad liquidum reducatur, atque appareat, vtrum
creditori in ſolidum ſatisfieri poſsit, *Bald. in d. Auth. hoc ſi de-
bitor. vbi Salicet. nu. 8. C. de pigno. & hypoth.* non etiam, vt, qua-
tenus fieri poteſt, ſoluatur ex bonis debitoris excuſsis: reſi-
duum

duum verò fideiuſſor ſuppleat. *Ang.& DD. in d. Auth. hoc ſi debitor.* Non enim diuidere petitionem, atque partem ab vno, partem ab altero redigere creditor cogitur, *l. 2. de exercit. actio. l. tutor. §. Lucius. de vſur.*

I I.

Quando & quibus in caſibus neceſſaria ſit Excuſſio.

Cum fideiuſſor, vt diximus, ante reum debendi nullo modo conueniri poſsit, *d. Auth. præſente. & ibi DD. d. nouell. 4. c. 1. d. Auth. hoc ſi debitor. Canoniſtæ in c. peruenit. de fideiuſſo. Felin. in c. accepimus. num. 15. de fide inſtru. Iaſ. in §. item ſi quis. num. 67. Inſtit. de actio. Claudius de Seyſello in l. decem. num. 4. ff. de verb. oblig. Bene. de Plumbino in d. tract. de fideiuſſ. nu. 4. Oldendorp. de iure ſing. in rub. de priuil. fideiuſſorum. Curt. Senior conſ. 6. num. 3. Gratus conſ. 87. nu. 23. vol. 1. & conſ. 63. num. 43. vol. 2. Vitalis de Campanis in tracta. clauſula. in clauſ. finali. Hippol. ad rub. de fideiuſſ. num. 7. & in ſing. 2. & 220. Pariſ. conſ. 47. num. 5. lib. 1. & conſ. 110. eo. lib. Corneus conſ. 106. nu. 7. vol. 1. Tiraque. in tracta. iuris conſtituti. in 1 part. nu. 53. Anton. Rubeus in repetit. l. non ſolum. §. morte. ff. de noui oper. nuncia. nu. 507. Boërius deciſ. 201. Guido Papæ deciſ. 94. & deciſ. 570. Socin. reg. 134. Porcius lib. com. opin. concluſ. 41. Petrus Duen. reg. 335. Anton. Gomeſ. tom. 2. varia. reſolu. cap. 13. de fideiuſſor. num. 14. Anton. Gabriel. Roma. lib. 3. commu. concluſ. tit. de fideiuſſo. concluſ. 1. nu. 1. Andreas Geyl. lib. 2. obſer. obſ. 27. nu. 1. Ioach. Mynſing. centu. obſer. ſing. obſer. 15. Matthias Coler. in proceſſ. execut. part. 1. cap. 10. num. 334. Nicolaus Vigel. in metho. obſer. Cameræ. lib. 3. cap. 25. in regula 1.* Igitur neceſſariò creditori ad excuſsionis remedium decurrendum erit, cum præſertim dubium † ſit, ſoluendo ſit de-
146 bitor principalis, nec ne, vt experiatur, quod debito-
ris humeri valeant, *ſecundum Horat. in arte poët.* quid ferre re-
cuſent, anne ſpes ſuperſit, conſequendi debiti. Ex quo re-

147 linquitur, fideiuſſorem † moram non committere, principali debitore non exacto: cum nec fideiuſſor interpellari potuerit, propter exceptionem ſibi competentem: moram ergo non contrahit, qui exceptione tutus eſt, *text. in l. lecta. ff. de reb. cred. ſi cert. peta. Ioſ. in l. cum filiusfam. nu. 7. de verbor. ob-*
148 *ligat.* Ac extra controuerſiam eſt, vbi petitio † non ſit, moram nec eſſe poſſe. *l. nuda. C. de contrah. & committ. ſtipula.*

PRIMO itaque non ſolum, cum fideiuſſor perſonali actione, ex ſtipulatu, vel mandati conuenitur, beneficium excuſsionis locum habet, *d. Auth. præſente*: Sed etiam, quan-
149 do † hypothecaria in rem agitur contra tertium poſſeſſorem rei obligatæ, *Auth. hoc ſi debitor. C. de pigno. & hypoth.* veluti, Titio dedi mutuo centum, pro quibus hypothecæ loco mihi conſtituit fundum. Fundus à Titio in tertium alienatur. Titio ſolutionem morante, ego contra tertium hunc poſſeſſorem ago, vt poſſeſsionem fundi oppignorati mihi tradat: Tertius iſte, vel extraneus obijcere poteſt mihi exceptionem excuſsionis, vt nempe prius excutiantur bona Titij debitoris, vtrum ſolutioni ſufficiant: & ſi ita ſit, ne moleſtia afferatur tertio poſſeſſori: ſin minus, tunc efficaciter in tertium poſſeſſorem ad fundi reſtitutionem intendi actio poterit. *Angel. & Salicet. Sichar. & DD. in d. Auth. hoc ſi debitor. Benedict. de Plumbin. in tracta. de diſcuſsio. num. 1. Guido Papæ deciſ. 432. num. 1. Pariſ. conſil. 50. col. 5. vol. 1. Chaſſana. in conſuetu. Burgun. rub. 5. §. 2. nu. 17. Anton. Gab. Roman. d. lib. 3. commu. concluſ. tit. de fideiuſſo. concluſ. 1. nu. 2. Geyl. lib. 2. obſeru.*
150 *27. num. 7. VVeſenb. lib. 1. conſ. 10. num. 11.* Iure antiquo † paulò ſecius res ſe habebat: quo in arbitrio creditoris erat, vtrum confeſtim tertium poſſeſſorem actione hypothecaria, vel ipſum debitorem perſonaliter conuenire maluerit, nec exceptione excuſsionis hic ſe liberare poterat. *l. perſecutione. 24. C. de pigno. quod hodie per d. Auth. hoc ſi debitor: correctum eſt.*

151 Primò declaro † atque amplio in eo caſu: Si Titius debitor non ſolum mihi fundum pignori dediſſet, ſed & fideiuſſo-

iuſſorem conſtituiſſet, qui vnà bona ſua mihi obligaſſet: vt
& tunc in tertium poſſeſſorém rei alienatæ ire non poſsim,
niſi prius excuſſo principali; & hoc non exiſtente ſoluendo,
excuſſo fideiuſſore: ſi & hîc ſolutionis ſpes me fallat, tunc à
tertio poſſeſſore fundum recuperare queam: quod ſi ne
fundus ſufficeret: tunc ad bona hypothecaria fideiuſſoris
deueniatur, *gloſſ. fin. in d. Auth. hoc ſi debitor. Sichar. in d. l. perſe-
cutione, vbi ſimul hanc Auth. hoc ſi debitor explicat num. 5. innuit
VVeſenb. d. conſil. 10. num, 11.* Ne verò his atque illis opus ſit,
vtque via expeditior inueniri poſsit, qua creditor, inex-
cuſſo reo principali, protinus ad actionem realem contra
152 tertium poſſeſſorem tranſire queat: Ideoque pro cautela †
obſeruandum eſt, vt nempe creditor in eo ſit circumſpe-
ctus, quo debitor in ipſa bonorum ſuorum obligatione pro-
fiteatur, ſe obligaſſe ſua bona creditori, nec ſe ea deinceps
poſsidere pro ſuis, ſed nomine creditoris. Quo caſu, licet
alienarit bona debitor, illa tamen alienatio tanti facienda
non eſt, quin creditor bona alienata reuocare poſsit, cum
videatur poſſeſsione ſpoliatus, ideoque ante omnia reſtitu-
endus. *l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad leg. Iul. de vi publ. c. in literis. &
c. conquerente. de reſtitut. ſpolia. c. nullus. 2. q. 2. Salicet. in d. Au-
then. hoc ſi debitor. in 7. q. Sichard. nu. 18. C. de pign.*

153 Secundò declaro † atque amplio, quamuis bona ſint
alienata à poſſeſſore tertio, etiam non habente titulum, ſeu
ius alienandi, ne dum ſi titulum vel ius habuerit: vt tamen
nihilominus excuſsio debitoris neceſſaria ſit, *gl. notab. iuncto
textu in l. rei creditor. & ibi Bald. C. de diſtrab. pignor. & gl. magna
in d. Auth. hoc ſi debitor. circa princip. Corn. conſ. 85. col. 1. vol. 4.
additio ad Bart. in d. l. perſecutione. C. de pigno. Iaſ. in d. §. item ſi
quis. nu. 67. verſ. addo etiam & ad hoc. Inſtit. de actio. Anton. Gabriel.
Rom. dicta concluſ. 1. nu. 23.*

154 Tertiò amplio, † vt huiuſmodi diſcuſsio rei principa-
lis, etiam pendente iudicio contra tertium poſſeſſorem fie-
ri poſsit, *Bald. in l. 1. C. de reuoca. his, quæ in fraud. cred. Caſtrenſ.
in l. decem. 116. de verb. obligat. Ferrar. in for. lib. in cauſa hypothe-
caria.*

caria. in §. exceptionem excuſsionis. nu. 12. Angel. in d. nouell. 4. c. 1. in fin. DD. in Auth. hoc ſi debitor. & ita praxi obſeruari, & in curia Parlamenti iudicatum eſſe, teſtis eſt Guido Papæ ſupra allegata *deciſ. 432. num. 11. Anton. Gab. Roma. d. concluſ. 1. num. 19.*

155 Quartò amplio, † quamuis à reo principali Auth. hoc ſi debitor: renunciatum fuerit: cum hoc pignorum poſſeſſori vel fideiuſſori nullo modo præiudicare, multò minus excuſsionem impedire queat, *Guido Papa ſing. 822. Anton. Gabriel. Roman. d. concluſ. 1. nu. 38.*

156 Quintò amplio, † ſi debitori principali bona ſuperuenerunt, tam vecors tamen & ſupina fuit in omittenda excuſsione creditorum negligentia, vt interim reus ad inopiam iterum redigatur? tunc vtique tertij poſſeſſores (cum vigilantibus aurora illuceſcat, quam illi ſomnolenti creditores neglexerint) meritò ſecuri erunt. *Iaſ. in §. item ſi quis. nu. 120. Inſtit. de action. per l. ſi fideiuſſores in id. in princ. ff. de fideiuſſo. poſt Bald. in l. fin. in princ. ff. de reb. cred. Anton. Gab. Rom. d. concluſ. 1. nu. 45.*

157 Limita primò, ſi agatur † pro oneribus, vectigalibus, cenſibus ſeu reditibus: tunc namq; poſſeſſores omninò conueniri poſſunt ante principalem: nec excuſsio requiritur, cum talia onera rei ſint infixa, & poſſeſſorem ſequantur. *l. cum poſſeſſor. §. fin. ff. de cenſib. l. Imperatores. 7. & ibi DD ff. de publica & vectig.* vbi, in vectigalibus prædia, non perſonas conueniri legitur, *l. prædijs. de iure fiſci. Chaſſana. d. rub. 5. §. 2. num. 30.*

158 Secundò limita in caſu, † ſi debitor, vel eius hæres rem hypothecatam poſsideat, vt tunc perſonalis & hypothecaria actio contra eos inſtitui, atq; vno eodemque libello cumulari poſsint. *d. nouell. 4. verſ. ſed neq. Iohan. Faber. in § item ſeruiana. Inſt. de actio. Guid. Papæ deciſ. 108. & deciſ. 9. Chaſſana. d. rub. 5. §. 2. nu. 34.*

159 Limita tertiò, ſi tertius † poſſeſſor, participata fraude cum debitore, in fraudem creditorũ alienante, bona emerit,

rit, *per text. & gloſſ. fin. in l. bon.i. 39. ff. de iure fiſci. Bened. Plum-*
160 *bin. de diſcuſſio. num. 15. in fin.* Dolus † enim ſuus nemini patrocinari debet, *l. verum. §. tempus. ff. pro ſocio. l. 1. de dolo malo. l. pen. C. de legat.*

161 Limita quartò, † ex cautela paulò antè poſita, ſi debitor inſtrumento hypothecæ confeſſus fuerit, vel conſtituerit, ſe nomine creditoris, & ſic precario bona poſsidere, vt tunc excuſsio locum non habeat: quinimò propria auctoritate creditorem tunc poſſeſsionem apprehendere poſſe tradit *Barto. in l. creditores. C. de pign. Bald. & Angel. in l. fin. C. de acquir. poſſeſſ. Cuma. Angel. Imola. Roma. & Alex. in l. exitus. ff. de acquir. poſſ. Guido Papa d. deciſ. 132. nu. 12. Gab. Roma. d. concluſ. 1. nu. 52.*

162 SECVNDO, quando † creditor agit contra debitorem debitoris: vt eſt caſus *in l. 2. C. quand. fiſc. vel priuat.* tunc ſecundus debitor excuſsionis exceptionem creditori obijcere poteſt: *Benedict. de Plumbin. de excuſſ. num 5.* Quod limi-
163 tandum † videtur, ſi creditori à debitore nomina fuerint obligata: nam eo caſu creditor, etiam non diſcuſſo principali, hypothecaria actione contra debitorem debitoris experiri poterit. *Specul. in tit. de procurat. §. ſequitur. verſ. quid ſi mihi. Guido Papa dict. deciſ. 432. nu. 13.*

164 TERTIO, locum habet † beneficium ordinis, *in caſu l. quoniam. 3. C. de conuenien. fiſc. debito. lib. 10.* quo in loco commiſſa duobus fuit adminiſtratio: quorum alter adminiſtrationem geſsit, alter non: qui geſsit, & eius nominatores conueniuntur, atq; excutiuntur prius, quàm deueniatur ad collegam. *Barto. in d. l. quoniam. Bald. in d. l. 2. C. quando fiſc. vel priua. Benedict. Plumbin. de diſcuſſ. nu. 5. Adde l. fin. ff. de adminiſt. & peric. tuto. Vaſq. dict. c. 3. nu. 10.*

165 QVARTO, locum † habet in caſu *l. 2. C. de conuenien. fiſc. debito. lib. 10.* vbi debitor fiſci ſoluit tabulario ſeu exactori, cautione non accepta: debitor tamen denuò exactus à fiſco excuſsionis exceptionem opponit, vt prius eatur in exactorem ſeu tabularium, qui ſolutum recipit. *Bene. Plumb. dict. nu. 5.*

166 QVINTO, locum † habet excuſsio in caſu *l. 1. C. de decurio. lib. 10.* quo in loco reſcribunt Impp. Valerianus & Galienus, patrem, cuius conſenſu filius ad dignitatem Decurionatus (vt & ad aliud quoduis munus ſeu officium) fuit euectus, & eius hæredem, tanquam fideiuſſores teneri de malè geſtis: Sed non niſi excuſſo prius filio, tanquam principali. *l. 2. ff. ad municip. l. filiusfam. ff. de admin. rer. ad ciuit. pert. Iaſ. in l. cum filiusfam. nu. 12. de verb. oblig. Bart. in d. l. 2. Plumbin. d. nu. 5. Geyl. lib. 2. obſ. 27. nu. 34.*

167 SEXTO locum habet † in caſu, ſi quis promiſit ſoluere creditori, quanto minus à debitore conſequi poſsit: Is enim, quamuis beneficio Authent. præſente renunciauerit, prius conueniri non poteſt, quàm debitor exigatur, atque diſcutiatur: quæ diſcuſsio fit pro complemento conditionis, non ex beneficio fideiuſſoribus conceſſo. *l. decem. 116. & ibi Iaſ. ff. de verb. oblig. l. fin ff. de reb. cred. l. omiſsis. C. de fideiuſſo. l. 5. C. de fideiuſſo tuto. l. fideiuſſor obligari. §. fin de fideiuſſo. l. qui Romæ. §. Augerius. de verbo. obligat. Bart. & DD. in l. quæro. ff. locat. Gomeſ. d. c. 13. nu. 3. & nu. 9. Vaſq. c. 33. illuſt. controu. nu. 3. 7.*

SEPTIMO quod præcedenti connexum eſt, ſi pro-
168 miſſa † fuerit indemnitas, *l. 1. C. de conuen. fiſ. debitoribus. lib.*
169 *10.* Fideiuſſorem † indemnitatis appellamus eum, qui promittit ſeruare indemnem, ein Schadloß bürgen oder rückbürgen / *Vaſq. d. c. 33. nu. 4. Coler. in proceſſ. execut. part. 1. c. 10. num. 315.* Is itaque ante principalem excuſſum conueniri nullo modo poteſt: etiamſi beneficio Auth. præſente ſe abdicauerit, vel iureiurando ſe aſtrinxerit, ſed tum demum poteſt, ſi reus ſoluendo non fuerit: idque ex natura obligationis: cum ante omnia conſtare debeat, an aliquid creditor à debitore conſequi poſsit. ſi nihil, vt tum in ſubſidium & in defectum primæ obligationis, ad quam ſe conditionaliter deuinxit, talis fideiuſſor conueniatur, *d. l. decem. 116. d. l. fin. & ibi Angel. Alex. Dec. Alciat. de reb. cred. Bart. in d. l. 1. num. 3. C. de conuenien. fiſ. debito. lib. 10. Alex. conſ. 29. num. 34. vol. 2. Felin. in c. ex reſcripto. de iureiuran. Ferrar. in forma libelli*

contra

contra plures reos. §. quilibet. num. 6. Chaſſa. in conſuet. Burgun. rub. 5. §. 2. num. 11. Hippol. num. 314. Maranta de ord. iudic. parte 6. octauo membro. de ſatiſdat. num. 19. Vaſq. d. c. 33. nu. 4. & 7. Gomeſ. d. c. 13. num. 3. & num. 9. Corneus conſ. 109. num. 2. vol. 5. Anton. Gabr. Roma. d. concluſ. 1. num. 31. & nu. 97. Geyl. lib. 2. obſ. 27. nu. 13. Duen. reg. 335. in 2. ampliat. VVeſenbec. conſ. 10. lib. 1. num. 31. Coler. par. 1. cap. 10. num. 315. & num. 353. & num.

170 *400.* cum propriè fideiuſſor † non ſit, qui ita promittit, *Paul. de Caſtr. nu. 2. Iaſ. nu. 1. in d. l. fin. ff. de reb. cred. Gomeſ. d. loco. nu. 3. VVeſenb. d. conſ. 10. nu. 31.*

171 OCTAVO, ſi duo † vel plures rei debendi conſtituuntur: is ad quem pecunia peruenit, loco debitoris, reliqui loco ſunt fideiuſſorum, *vt ſup. c. 4. nu. 174. diximus:* quare iſti creditorem agentem exceptione excuſsionis repellere queunt, vt ſcilicet excutiatur is, ad quem pecunia peruenit. *Bart. in l. 3. §. 1 q. 7. ff. de duob. reis. Plumbin. de diſcuſſ. nu. 5. Hipp. num. 65. & num. 370. Anton. Gab. Roma. d. lib. 3. concluſ. 2. nu. 2. Duen. reg. 335. limit. 19. & tetigi ſupra d. c. 4. num. 175.*

172 NONO, etiam in caſu, † quo quis intercedendo ſe obligauit tanquam principalem, excuſsio locum ſibi vendicat. *gl. fin. in d. nouell. 4. ca. 1. verb. fideiuſſorem. Panorm. in c. peruenit. de fideiuſſo. col. 2. Vaſq. d. c. 33. num. 9. Guido Papa ſing. 604. Anton. Gab. Roma. d. concluſ. 1. nu. 35. And. Geyl. lib. 2. obſ. 28. num. 2* quod tamen non vſquequaq; obtinet, de quo inferius erit diſtinctius dicendi locus.

173 DECIMO, in caſu, quo † vxor dotem repetit, locum habet hæc exceptio, vt maritus antè excutiatur, quàm exigantur poſſeſſores rerum pro dote hypothecatarũ. *Bart. & Iaſ. num. 200. & num. 208. in l. ſi conſtante. ff. ſolut. matrimon. Bal. in l. vbi adhuc. col. antepen. C. de iure dot. Neguzan. de pigno.*

174 *in 8. part. princ.* vbi magis communem † appellat. *Bellon. conſ. 34. num. 3. Rolandus à Valle conſ. 9. num. 5. vol. 1. Gyl. lib. 2. obſ. 27. num. 9. Anton. Gab. Roman. d. concluſ. 1. num. 21.* (quamuis contrarium tentauerit *Roman. in d. l. ſi conſtante. & Bald. Nouell. in tracta. dot. in 8. part. priuil. 37.*) Idq; etiam ad no-

175 mina † mariti, licet pro dote hypothecata ſint, porrigitur,
vt neque ea ante excuſsionem mariti exigi poſsint. *Bald. in l.
3. num. 1. C. de hæred. actio. Corn. conſil. 267. 3. volum. Boër. deciſ.
200. Anton. de Fano in tracta. de pignor. in 8. part. princip. col. 8.
Anton. Gabr. Roma. d. concluſ. 1. nu. 22. Geyl. d. obſer. 27. num. 9.*
176 VNDECIMO, quando † creditor à debitore pignus
habet: ad pignoris venditionem prius deueniri debet,
quàm fideiuſſor conueniatur. *Cardinal. in c. peruenit. de fideiuſſ.
per d. Auth. præſente.* Vbi non poteſt exigi fideiuſſor, inexcuſ-
ſis bonis debitoris: in bonis autem eſt pignus: licet in
177 contraria † ſit ſententia *gloſſ. in d. nouell. 4. cap. 1. verſ. ſi ve-
rò: in verbo, ſumat:* quam ſequitur *Din. Bald. in l. inter eos. §.
creditor. ff. de fideiuſſ. Cyn. in d. Auth. præſente. Anchara. d. c. perue-
nit:* ſed altera opinio veritati magis conſona eſt. Ac quam-
uis *Paulus de Caſt. in d. l. inter eos. §. creditor:* ſcribat, eam opi-
nionem amplectendam eſſe, ſi pignus commodè vendi poſ-
ſit, ſin minus, in fideiuſſorem iri poſſe, cum & aliàs (ſecun-
dum eum) ſi facta excuſsione reperiuntur bona immobilia
debitoris ſufficientia, nec tamen commodè vendi poſſunt,
creditor perinde in fideiuſſorem agere poſsit, ac ſi nulla bo-
na immobilia reperta eſſent, cui aſſentitur *Hipp. d. rub. de fi-*
178 *deiuſſ. num. 18.* attamen æquius † eſt, ſi emtor idoneus non
reperiatur, vt pignus à iudice æſtimetur, adiudiceturque
creditori in ſolutum, *per text. in l. fin. C. de iur. domin. impet. &
ibi Iohan. de Imola. Sequitur Barba. in d. c. peruenit. nu. 9. Vital. de
Campanis in tract. clauſu. clauſula fin. nu. 2. Petrus Duen. d. reg. 335.
in quinta ampliatione.*

DVODECIMO, Quibus in caſibus excuſsio debi-
toris principalis locum non inueniat, infra explicabitur.
179 Illis omnibus † in caſibus fideiuſſor conuentus eo ſe contra
creditorem ſuſtentare poteſt, vt is nempe petat, quo ſuis,
hoc eſt, fideiuſſoris ſumtibus atque periculo principalis ex-
cutiatur: id quod omninò creditori faciendum erit, *Bartol.
in l. cum in plures. §. veſtimenta. ff. loca. & in l. vnde quæritur. num.
12. ff. commoda. Caſtrenſ. in l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum. col.
4. ff.*

4 ff. eo. Roma. conſ. 114. col. 1. Hippol. num. 65. Anton. Gab. Rom.
180 *d. concluſ. 1. num. 43.* tametſi in alia † iuerit Cæſar *Contard. in repetit. l. diffamari. 5. in ampliat. num. 129. C. de ingen. manumiſſ.* ſecutus *Bald. in L 1. in fin. C. de conuenien. fiſci debito. lib. 10.* Plures caſus, in quibus excuſsio neceſſaria eſt, paſsim ex ijs, quæ deinceps circa hanc materiam tradituri ſumus, colligere licebit.

III.

Cui exceptio excuſsionis competat.

181 I. Excuſsionis † ſeu ordinis exceptio datur fideiuſſori ſimpliciter pro alio interuenienti. *d. Auth. præſente. C. de fideiuſſo. cum ſimilibus ſupra allegatis.*

182 II. Datur tertio, † ſeu extraneo poſſeſſori rei hypothecatæ, actione hypothecaria inſtituta, *Auth. hoc ſi debitor. C. de pigno. & hypothec.* quo de paulò antè egimus. Vt & datur poſſeſſori rerum pro dote hypothecatarum, quod in decimo caſu tractauimus. *nu. 173.*

183 III. Competit debitori † debitoris, vt in caſu *l. 2. C. quan. fiſc. vel priuat.* de quo in præcedentibus in ſecundo caſu monuimus.

184 IV. Datur patri † conuento de rebus malè geſtis à filio, cuius conſenſu filius decurio creatus eſt, *in caſu l. 1. C. de decurio. lib. 10. de quo ſup. in quinto caſu.*

185 V. Fideiuſſori † indemnitatis: vide quæ in ſexto & ſeptimo caſu annotauimus.

186 VI. Pluribus † reis debendi, ad quos pecunia non peruenit, ſupra in caſu octauo.

187 VII. Conceditur omnibus, qui † alieno nomine intercedunt, *gloſſ. in nouell. 4. cap. 1. in verb. fideiuſſorem. Specula. de renunc. & concluſ. §. 1. num. 16. Cyn. num. 4. Salic. ei. num. 3. 4. Sichard. num. 4. in Auth. præſente. Ferrar. in for. lib. contra plures reos debendi. in §. quilibet. num. 4. 5. 6. VVeſenb. conſ. 10 lib. 1. nu. 2.*

 Hinc

188 Hinc cooritur quæſtio: Vtrum promittens † pro alio ſoluere, ſeu conſtituens ſe principalem, verſchreibet ſich als einen bürgen vnd ſelbſchüldiger / gaudeat beneficio excuſsionis ſeu
189 ordinis? Et mehercle, ſi verba † modumq́; loquendi ſpectemus, non eſt de nihilo iſthæc obligatio, videturq́; data electio creditori, mora iam commiſſa, conueniendi iſtius conſtituentis, non attenta exceptione excuſsionis, licet is remedio Auth. præſente, non renunciauerit, *per l. non rectè. l. iure noſtro. 5. C. de fideiuſſ. l. 1. cum Auth. ſi quando. C. de conſtit. pecu.* In eaque prorſus perſiſtit ſententia *Hippol. ad rub. de fideiuſſo. num. 26.* fretus rationibus non inſulſis, ſeu æquitatem, ſeu iuris rigorem intueamur. Quorſum enim alioquin proficerent iſta verba, conſtituo me principalem, ich mache mich ſelbſchüldig? quo differrent inuicem fideiuſſor ſimplex, & huiuſmodi conſtituens? quid opus eſſet alijs atq; diſtin-
190 ctis nominibus? cum in contractibus & conuentionibus † atque inſtrumentis nihil ocioſum, nihil ſuperfluum eſſe debeat, ſed verba ſingula cum virtute & energia ſint accipienda, *l. ſi ſtipulatus. de vſur. l. ſi quando. de lega. 1. gloſſ. in l. 1. ff. de peric. & commo. rei vend. & not. in l. 1. C. de pact. pigno. Bald. ad rub. C. de contrahen. emtio. num. 9. Iohan. de Anania conſ. 98. Hipp.*
191 *num. 63. 64.* Et cum conuentio † atque voluntas contrahentium legem ferat contractibus, *l. 1. §. ſi conuenit. 6. ff. Depoſ. l. ſemper. 34. de diuerſ. reg. iur. antiq.* ſibi ſanè fideiuſſor impenſum ferat, quod tali obligationis vinculo ſe alligare
192 voluerit. Verum enimuerò, † quicquid hoc ſit, in aliam deſcenſum eſt ſententiam ferè ab vniuerſis, nempe beneficium d. Authent. præſente, nihilominus etiam eiuſcemodi conſtituenti ſubuenire debere, vt prius rei principalis bona, pro quo conſtituit, diſcuſsione examinentur, *gl. in d. nouell. 4. cap. 1. verb. fideiuſſorem. Azo in ſum. de fideiuſſ. Alex. in apoſtill. ad Bart. in rub. ff. iudic. ſol. in verſ. quærit Dinus. idem Alex. in l. Vbi autem non apparet. §. illud. num. 4. de verb. obligat. Angel. in l. ſciendum. in princ. de ædil. edi. Panor. in c. peruenit. col. 2. de fideiuſſo. Iohan. Faber in §. in perſonam. verſ. de conſtituta. num. 6. in fin. Inſtit.*

Inſtit. de actio. Aretin. in §. ſi plures. circa fin. Inſtit. de fideiuſſo. Specula. in tit. de renunc. concluſ. §. 1. num. 18. verſ. ſed ſi fideiuſſor. Boër. deciſ. 314. par. 2. num. 5. Ferrar. in for. lib. contra plures reos debendi. §. beneficio nouarum conſtitutionum. num. 3. Capella Tholoſ. deciſ. 80. Guid. Papæ deciſ. 570. num 6. Vaſq. d. c. 33. num. 9. Anton. Gab. Roman. d. concluſ. 1. num. 29. Andreas Geyl. lib. 2. obſeru. 28. num. 1. Iohan. Schneideu. in §. ſi plures. num. 11. Inſtit. de actio. Modeſtin. Piſtor. conſ. 1. lib. 1. num. 49. Coler. in proceſſ. execut. part. ..c. 10. num 255. VVeſenb. conſ. 14. lib. 1. num. 12. Confirmatur conſtit. Electo. Saxo. *18. part. 2. per l. fin. C. de conſtitu. pecu.* vbi dicitur, remedium Epiſtolæ Diui Hadriani ad fideiuſſores pertinens etiam conſtituentibus ſuccurrere: cum æquitatis ratio diuerſas obligationis ſpecies non debeat ex-
193 cludere: quare obligatio † atque conditio fideiuſſorum atque conſtituentium æquiparatur *à gloſſ. in l. ſi alienam 19. in verb. quocunq.* vt ad vtroſque beneficium *d. Auth. præſente* pertineat: idque propter generalitatem conſtitutionis de fideiuſſoribus, quæ præter hos, etiam mandatores, ſponſores, hoc eſt, conſtituentes complectitur, *Andreas Alciatus lib. 1. παρέργ. c. 2. Anton. Contius in addit. ad d. nouell. 4. c. 1. verb. ſponſores,* ſecuti Martinum gloſſatorem *ibid. Guid. Papæ deciſ. 570. num. 6. & in ſuis ſingula. ſing. 604.*

194 Hanc concluſionem declaramus † primò, maximè tunc locum obtinere, ſi exploratum haberi poſsit, contractum illum ſeu conuentionem potiſsimum principalis debitoris gratia, cuius emolumento ceſsit, non eorum, qui ſe principales conſtituerunt, celebratam eſſe: id quod inde cognoſci poteſt, ſi pecunia mutuata non ad hos, ſed ad illum peruenerit, *Angel. in d. §. ſi plures. Inſtit. de fideiuſſo. Modeſt. Piſto. dict. conſil. 1. num. 49.* quo caſu fideiuſſoria intelligitur contracta obligatio.

195 Secundò declaramus † procedere, quamuis talis fideiuſſor abſque vlla exceptione ſe ſoluturum promiſerit: cum eo ipſo non intelligatur renunciaſſe beneficio de fideiuſſoribus: quin excuſsionis exceptione ſe defendere poſsit: cum

cum ex natura actus iſtud habeat, *l. quæro. §. inter locatorem. ff.*
196 *locat.* ac illa verba, † ſine exceptione, de friuola & incon-
grua exceptione accipienda ſint. *c. ex parte. de offic. deleg. Ro-
man. conſ. 211. Felin. in c. cauſam quæ. col. 14. de reſcript. Iaſ. in l. 1.
primæ lectio. col. 2. poſt princ. C. de SS. Eccleſ. Oldendorp. in libello
iuris & æqui, tomo. 2. fol. 237. Vaſq. d. cap. 33. nu. 11. Anton. Gab.
Roman. d. concluſ. 1. num. 30. Vide Iacob. Thoming. deciſ. 1. nu. 16.*
197 Quod ſic exaudi: modo hoc † actum fuerit, vt primus debi-
tor nihilominus maneat obligatus: ſecus ſi promittens ſeu
conſtituens omnem in ſe nouando transfuderit obligationē.

Tertiò declaramus atq; ampliamus, vt locum habeat,
198 ſiue † vno eodemq;, ſiue diſtinctis atq; diuerſis inſtrumen-
tis atque temporibus principalis obligatio atque conſti-
tutum facta eſſent. Etenim eatenus ſe obligaſſe talis con-
ſtituens intelligitur, quatenus primarius debitor ſoluendo
non fuerit, *arg. l. ſi fideiuſſores. & l. inter creditorem. in fin. ff. de
fideiuſſo. Hoſtienſ. in ſum. tit. de fideiuſſo. in princ. Coler. par. 1. cap. 10.
nu. 260.* vbi hanc ſubiungit rationem, quod iſte conſtitutor
videatur quaſi ſponſor indemnitatis eſſe: adeò, quod ante
omnia explorandum ſit, quantum poſsit ſatisfacere princi-
palis, ita vt de reliquo duntaxat conſtituens teneatur, per
ea, quæ ſcripſit *Bart. in l. 1. nu. 1. C. de conuen. fiſci debitor. lib. 10.
per l. ſi ſtipulatus. §. 1. de fideiuſſo. l. fin. ibi Bald. nu. 2. de reb. cred. l.
tutor. ad SC. Velleian. Alex. conſ. 29. nu. 23. cum ſeqq. vol. 7. Angel.
in d. §. ſi plures. nu. 3. Inſtit. de fideiuſſ. deciſ. Tholoſ. 80. Phil. Por-
cius concluſ. 41. ampliat. 12.20.* Vnde *(teſte Colero nu. 259.)* illud
199 ſequitur, clauſulas illas † circa perſonas fideiuſſorum ſe
principales conſtituentium apponi ſolitas, renunciatione
non facta, nullius momenti eſſe. Atque ita vſu obſeruari,
teſtis eſt *VVeſenb. d. conſ. 14. nu. 12.* Quæ ita ſe habent, quan-
200 do facta † fuerit nouatio prioris debiti, hoc eſt, quando in
euentum commiſſæ moræ, ſeu non factæ ſolutionis fideiuſ-
ſor ſe principalem conſtituit debitorem alieni debiti, primi
debitoris tamen obligatione non extincta. *Cynus nu. 5. & DD.
in d. Auth. præſente. C. de fideiuſſo.*

Limi-

201 Limitamus verò † concluſionem, in mero conſtituente, hoc eſt, quando fideiuſſor ſe principalem conſtituens facit id animo nouandi, vt ſcilicet obligatio primi debitoris prorſus extinguatur, atque tota in perſonam iſtius conſtituentis tranſeat. *l. fin. C. de nouatio.* quo caſu ſanè fruſtra talis implorabit excuſsionis auxilium. *Bald. in l. in perſonam. §. fin. nu. 2. & ibi Caſtrenſ. ff. de pact. & in l. antiqua. §. ſed ſi minus. nu. 2. ad SC. Velleia. Porcius d. concluſ. 41. fall. 28. 29. Alexand. conſ. 31. col. pen. vol. 4. & conſ. 33. vol. eod. Curt. conſ. 6. col. 1. Dec. in l. fin. num 72. de reb. cred. Roman. conſ. 311. colum. 1. Pariſ. conſil. 110. nu. 13. vol. 1. Gratus conſ. 87. col. fin. vol. 1. poſt gl. in d. Auth. præſente. Duen. reg. 335. in 5. limit. Anton. Gab. Roma. d. concluſ. 1. nu. 73. Geyl. d. obſ. 28. nu. 4. Schneiduu. d. § ſi plures. nu. 12. Inſtit. de fideiuſſ. Coler. d. cap. 10. nu. 261. & nu. 266. circa fin.* cum huiuſmodi fideiuſſor amplius fideiuſſor non dicatur propter nouationem factam, & deriuando in ſe alienam obligationem atque debitum, abſque omni conditione, in locum primarij debitoris, qui eo ipſo reſpectu creditoris liberationem conſequitur, ſubſtituatur, *gl. in d. nouell. 4. cap. 1. verb. fideiuſſorem. Iaſ. conſ. 58. vol. 3. col. pen. Gabri. Roma. d. con-*
202 *cluſ. 1. nu. 74.* Sciendum autem eſt, hoc nominatim † agi oportere, atque diſertis verbis exprimendum, aut certiſsimis coniecturis demonſtrandum, nouationem eſſe factam, *d. l. fin. C. de nouatio. §. præterea. Inſtit. quib. mod. tol. oblig.* nec enim hodie, niſi expreſſa fuerit, in dubio præſumitur facta, quare nec priorem obligationem abolet. *d. l. fin. C. de nouatio. l. ſi delegatio. vbi Salicet. nu. 3. C. eod. Alexand. conſ. 173. nu. 4. cum ſeqq. & conſ. 60. nu. 2. vol. 6. Roma. conſ. 211 num. 1. Geyl. d. obſer. 28. nu. 4. VVeſenbec. d. conſ. 10. nu. 8. & obſeruat. 30. num. 3. Maſcard. de probatio. concluſ. 1111. nu. 1. Coler. d. cap. 10. nu. 266.*
203 *in fin.* quæ tamen interdum ex manifeſtiſsimis † coniecturis colligitur, verbi cauſa: Seius tibi centum debet: Ego tibi promitto purè abſque omni conditione, meque nominatim obligo tanquam principalem, atque conſtituo de meo tibi ſoluere, die definito atque certo: Certè hæ verborum

Kk circum-

circumſtantiæ arguunt nouationem factam, atq; obligationem principalem, non fideiuſſoriam, tuque fidem meam ſecutus, citra omnem diſcuſsionem principalis me conuenire poteris. *Natta conſ. 52. in princ. & num. 1. per l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis. VVeſenbec. d conſ. 10. nu. 20. Coler. d. cap. 10. nu. 261. & nu. 267.* vbi ſcriptum reliquit: illa verba, conſtituo ſoluere ex meo pro Seio, accipienda eſſe in eo ſignificatu, quaſi velim principalem debitorem eximere, & in me transfundere totum onus alienæ obligationis: ac ſane magis mens & intentio contrahentium, quàm nuda verborum ſymbola inſpicienda ſunt, *l. 3. C. de libe. præterit. l. repetita. Cod.*
204 *de conſtitut. pecun.* Sic & in ſimili, ſi reus † principalis carceri fuit incluſus, vel capta eius bona pro executione: egoque interueniens promitto ſolutionem me facturum eſſe, ea ratione atque lege, vt pignora relaxentur: ego certè tanquam principalem me obligationi obnoxium facio, & cùm mea promiſsione confiſus creditor pignora remiſerit, me, omni exceptione remota, exigere prohibendus non eſt, *Bartol. in l. hi qui acceſſionis. nu. 16. ff de fideiuſſ. Aufrer. in deciſ. Tholoſ. 23. nu 2. Ioban. Andre. in addit. Specul. tit. de renunciat. & concluſ. §. 1. nu. 16. verb. ſponſoribus. Porcius d. concluſ. 41. ſal. 29. Coler. d. cap. 10. num. 265.* Quod verò ad opinionem Hippol. ſuperius relatam, eiuſque rationes attinet, eæ aliter non, quàm ſi nouata fuerit obligatio, & ſecundum limitationem noſtram intelligendæ ſunt: quo caſu talis conſtituens non vt fideiuſſor, ſed vt merus principalis, qui ſolus in obligatione hæreat, à creditore, reiecta excuſsionis exceptione, conuenitur.

205 IIX. Ordinis beneficio vtuntur † plures tutores vel curatores, (nam quæ de tutoribus hic dicimus, etiam de curatoribus accipienda ſunt) ex contutoris atque concuratoris adminiſtratione atque facto conuenti, *l fin. C. ſi tutor vel curat. non geſſ. l. fin. C. de diuid. tute. l. tutores. 39. §. in eum. 21. ff. de adminiſtra. & peric. tuto. DD. in l. 1. C. de tranſactio. Vaſq. lib. 1. illuſt. controuerſ. d. cap. 33. nu. 10. Ronibegallus in l. eandem. num.*

220. de

220. de duob. reis Dn. Hartmanus Piſtoris quæſtio. iur. lib. 1. quæſt. 6. nu. 1. Schneideŭ. in §. ſi ex teſtamento. Inſtit. de ſatiſdat. tuto. & curato. nu. 14. Zanger. in commenta. ad tit. Inſtit. de excep. in tertio genere exceptio. dilator. cap. 7. rub. exceptio excuſsionis & ordinis. nu. 7. in fin. quod locum habet ijs in caſibus, in quibus plu-
206 res † tutores ita in ſolidum ſunt obligati, vt alter pro altero teneatur, & quem pupillus elegerit, ob factum alterius conueniri poſsit, *l. tres tutores. in princ. l. à tutoribus. §. hæredibus. de admin. & peric. tut. l. 2. C. de diuid. tut. Ronchegallus in d. l. eandem. nu. 218. Hartman. Piſtor. d. quæſt. 6. num. 24. Schneideu d. §. ſi ex teſtamento. nu. 12.* Idque vt rectius intelligatur, inter tute-
207 læ † diuiſionem ab ipſo teſtatore vel iudice, & ab ipſis tutoribus factam diſcernendum erit. Nam (vt hoc moneamus)
208 vbi tutelæ † adminiſtratio diuiſa non fuerit, ſed omnes tutores geſſerunt, tunc ordinis beneficium locum non habet, ſed omnes pariter in ſolidum tenentur, nec alter plus altero debet, *Vlpia. in l. 1. §. & ſiquidem. 11. ff. de tute. & ratio. diſtrahen. Bartol. in l. 1. nu. 4. C. de tranſactio. Hartm. Piſtor. d. quæſt.*
209 *6. nu. 8.* quamuis † beneficium diuiſionis hoc caſu admittatur. *Piſtor. d. num. 8.* quod idem eo caſu, quando nullus tutelæ negocia geſſerit, ſtatuendum eſt, *l. ſi plures. 38. de adminiſt. & peric. tuto. Piſtoris d. quæſt. 6. nu. 9.*

210 PRIMVS eſt caſus, quando † tutelæ adminiſtratio diuiſa eſt ab ipſo teſtatore, qui plures dedit tutores, vel iudice, tunc expeditum eſt, quemlibet tutorum pro ſuo facto & adminiſtratione ſolum teneri, nec ordinis beneficio locum eſſe, *l. 2. C. de diuid. tute. Iaſ. in l. 1. nu. 7. Iohann. Sichar. nu. 5. C. de tranſactio. Ronchegall. in d. l. eandem. nu. 222.* Quis enim non iniquum putet, rationem reddi de eo, quod ſuæ
211 adminiſtrationi commiſſum non ſit? nec hoc caſu tutores † in ſolidum obligati ſunt, nec alter ex facto alterius tenetur, ſiue ſoluendo fuerit, ſiue minus. *d. l. 2. Piſtor. d. quæſt. 6. nu. 7.*

Hoc tamen quatuor modis limitatur.

212 I. Quando tutor † contutorem per dolum aut culpam ſuſpectum non remouerit: vel tarde ſuſpicionis rationem,

 hoc

hoc eſt, actionem mouerit. *d. l. 2. verſ. in diuiſionem. verb. niſi per dolum.*

213 II. Quando alter † contutorum non ſoluendo factus fuerit: quod videns contutor, labi facultatibus alterum conticuit, nec ſatiſdationem exegit, *d. l. 2. verb. cum alter eorum, & ibi gloſ. d. l. tres tutores. § fin. de admin. & peric. tuto.*

214 III. Quando contutor † ſuſpicionis cauſam agendo, ipſe pupilli iura prodidit. *d. l. 2. verb.* vel ſuſpicionis cauſam,

215 IV. Quando contutor † contutorem non inſtruit de his, quæ iſte ad ſuam geſtionem pertinere neſcit: ille verò ſtudio hoc, quod ſcit, prætermittit, *gloſſ. in d. l. 2. per l. Titium. §. tutores. de admin. & peric. tuto. Dn. Hartman. Piſtor. d. quæſt. 6. nu. 20.* Quibus in caſibus iſtiuſmodi tutores, ſiue teſtamentarij, ſiue legitimi, ſiue datiui ſint, ante Magiſtratum tenentur quidem ob factum contutoris, ſaluo tamen ipſis ordinis beneficio. *l. Lucius. §. cum teſtamento. ff. de admin. & peric. tuto. l. 1. §. vſq; adeo. 15. de tutel. & ratio. diſtrah. Hartman. Piſtor. d. quæſt. 6. nu. 20. Mynſing. in §. ſciendum. nu. 6. Inſtit. de ſatiſdat. tut.*

216 SECVNDVS caſus. Quando † ab ipſis tutoribus inter ſe, abſq; iudice, adminiſtrationis diuiſio facta eſt: eo caſu pupillo præiudicari nullo modo poteſt, ſed omnes in ſolidum iure quidem ſtricto tenentur. *d. l. tres tutores. in princ. d. l. 2. in fin. C. de diuid. tutel.* ex æquitate tamen ordinis beneficium inuicem habent, *per tex. in d. l. Lucius. §. cum teſtamento. & ibi Barto. Cuman. Alberic.* qui omnes textum ibi de diuiſione tutelæ ab ipſis tutoribus facta accipiunt, *& Bartol. in d. l. 1. num. 4. C. de tranſactio. Hartmanus Piſtor. d. quæſt. 6. nu. 16.* Ca-

217 ſum hunc declara, ſi † tutores diuerſi generis, hoc eſt, alter datiuus, alter teſtamentarius, vel legitimus fuerint, vt ordinis quidem beneficium locum habeat, ita tamen, vt ſi datiuus pupilli res malè adminiſtrauerit, is primo loco, magiſtratus, qui dedit, ſecundo loco, & tum demum his ſoluendo non exiſtentibus, tertio ad teſtamentarium ſeu legi-

218 timum tutorem perueniatur. Secus eſt, † ſi iſti tutores eiuſdem ordinis, vel generis ſint, hoc eſt, omnes vel teſtamentarij

tarij, vel legitimi, vel datiui. *d. l. Lucius. §. cum teſtamento. Bartol. in d. l. 1. num. 4. C. de tranſactio. Piſtor. d. num. 16.*

219 Secundò declara, ordinis † beneficium eatenus competere, quatenus is, qui vtitur, dolo & culpa careat, alter verò contutorum ſolus vel in dolo vel in culpa ſit. *Caſtrenſ. in d. l. 1. C. de tranſactio. Hartma. Piſtor. d. quæſt. 6. num. 12.* Verum ſi & ipſe vel in dolo, vel in culpa ſaltem fuerit, ordinis beneficio non fruetur. *l. quicquid. ff. arbitr. tute. Bart. in l. quod Nerua. Depoſ. Purpurat. in d. l. 1. C. de tranſactio. num. 30. Piſtor. d. quæſt. 6. nu 11.*

220 Tertivs caſus. Quando † inter plures tutores vnus adminiſtrationem geſsit, alter non geſsit (qui plerunque honorarius tutor appellatur) hic licet, qui non geſſit, non minus, ac ſi geſsiſſet, teneatur, *l. 1. Cod. ſi tutor vel curat. non geſſ.* attamen ordinis beneficium ſibi eſt integrum, vt prius is, qui geſsit, excutiatur, *d. l. 1. Cod. de diuid. tute. l. fin. C. ſi tut. vel curat.* & hic ſi ſoluendo non fuerit, magiſtratus, qui hunc dedit, conueniatur, ac poſt hunc tandem iſte, qui non geſsit, *gloſſ. in d. l. 1. C. de tranſactio. gloſſ. in d. l. 1. §. vſq; adeò. & ibi Barto. Ronchegallus in d. l. eandem. num. 122. 124.*

221 *Hart. Piſto. d. quæſt. 6. num. 27. 28.* Quod verum eſt, † quando ſine mandato non gerentis gerens adminiſtrationem in ſe ſuſceperit, *Ronchegall. in d. l. eandem. num. 222. per gloſſ. in d. l. 1. & ibi Bartol. num. 4. C. de tranſactio. Boërius deciſ. 59. num. 6.*

222 Limitatur primò, quando † non gerens demandauit adminiſtrationem gerenti, quo caſu omnes eodem loco habentur, ac ſi geſsiſſent, & magis beneficium diuiſionis, quàm ordinis conceditur, *l. tres tutores. §. non ſolum. de adminiſt. & peric. tutor. Boër. d. deciſ. 59. num. 9.* Quod de expreſſo † non

223 tacito mandato intelligendum eſt: nec enim ſimplex tolerantia ſufficit. *Salicet. in d. l. 1. Mynſinger. in d. §. ſciendum. num. 6. Inſtit. de ſatiſda. tuto. Hartma. Piſto. d. q. 6. nu. 32. Contra Barbat. conſil. 91. vol. 3. col. 4.* qui tacitum mandatum ſufficere contendit.

224 Limitatur ſecundò, quando † non gerens conueniretur de neglectis, quæ non coniuncta vel connexa ſunt rebus geſtis: In his enim, cum in pari ſint culpa, gerens & non gerens, *l. 2. in fin. C. ſi tut. non geſſ.* ideoque non gerenti ordinis beneficium denegatur, *d. l. tutores. §. in eum. & ibi gloſſ. vide Hartman. Piſtor. d. quæſt. 6. num. 33. 34. poſt Bart. in d. l. 1. num. 4. .. de tranſactio. Ronchegall. d. l. eandem. num. 223.* Si verò coniuncta & connexa ſunt rebus geſtis, remedium ordinis paratum erit, *d. l. tres tutores. §. item in eo. de adminiſt. & peric. tuto. Bartol. in d. l. 1. num. 4. & ibi Purpuratus num. 56. C. de tranſactio. Boër. d. deciſ. 59. Ronchegall. d. num. 223. Piſtor. d. loco. num. 34.*

225 Limitatur tertiò, quando † tutor de negligentia in exigendo cautionem à collega, conuinci poſſit, aut eundem ſuſpectum non reddiderit: quibus & ſimilibus caſibus ordinis quidem beneficio aduerſus ſuum collegam, qui hæc commiſit, is vti poterit, aduerſus magiſtratum non poterit, quo aliàs eum potuiſſe, paulò ante diximus *per l. duo tutores. de magiſtrat. conuenien. d. l. Lucius. §. Sempronius. in fin. de admin. & peric. tuto. Ronchegall. in d. l. eandem. num. 224. Hartm. Piſto. d. quæſt. 6. num. 35. vbi num. 36.* ſubiungit, omnibus in caſibus, in quibus beneficium excuſsionis ceſſat: in iiſdem etiam ordinis beneficium tutoribus denegari. Quæ præterea ad hanc materiam pertinebunt, præſertim explicationem *d. l. Lucius. §. ex teſtamento. ff. de adminiſt. & peric. tuto.* luculenter inuenies apud Dn. Hartmanum Piſtoris ſæpe allegata quæſtione 6. per totum.

226 IX. Excuſsionis exceptio † datur ei, qui fideiuſsit iudicatum ſolui, *l. fin. §. fin. & ibi Bald. C. de Vſur. rei iudica. Iacobin. de S. Georg. in l. fideiuſſor. §. in fideiuſſorem. num. 3. ff. qui ſatiſda. cogan. idem tenet Alexand. in apoſtilla ad Bartol. in rub. ff. iudica. ſolu. Ruinus conſil. 98. volum. 5. col. fin. Anton. Gabr. Roman. d.*

227 *concluſ. 1. num. 34.* Contrarium † ponit *num. 86. Duen. reg. 335. in tertia ampliation.* Si itaque conueniatur fideiuſſor iudicatum ſolui, & petatur executio contra eum ſenten-

tiæ

tiæ contra debitorem principalem principalem latæ, ſaluare ſe poterit opponendo excuſsionis exceptionem, dicendoque, prius principalem excuti oportere: Idem ſta-
228 tuunt in fideiuſſore iudicio † ſiſti, *Bald. in d. l. fideiuſſor. §. ſi quis. & ibi Caſtrenſ. Alexand. Iaſ.* (qui tamen fluctuat) *num. 7. 8. Iacob. de S. Georg. ff. qui ſatiſda. coga. qui communem hanc dicit: Anton. Gabr. Roman. d. concluſ. 1. num. 40.* (licet quidam contradicant, *apoſtilla ad deciſ. Tholoſa. 296. verſ. item non habet locum. Vaſq. d. c. 33. num. 18.*) quod quidem in fideiuſſore iudicio ſiſti concedi poſſet, vt is exceptione perpetua vti queat, vt eſt *apud Vlpianum in l. Græcè. §. & poſt litem. ff. de fideiuſſ.* In fide-
229 iuſſore † iudicatum ſolui, vel ſi in omnem litis euentum ſe obligauerit, non item: hunc enim, condemnato reo, omni exceptionis auxilio deſtitui ex Imperatoris conſtitutione dicendum videtur. *l. fin. in fin. C. de vſur. rei iudic. adde l. 1. l. iudicatum ſolui. 6. & 9. ff. iudica. ſol. Bald. in l. 1. in ſecunda lectura. num. 2. ff. qui ſatiſda. coga. & in l. cum eorum. C. de ſentent. & interloc. Anton. Gab. Roman. d. concluſ. 1. num. 86. Iohan. Vaudus lib. 1. varia. quæſtio. quæſt. 6. Coler. in proceſſ. execut. par. 1. cap. 10. num. 352. Videatur Porcius in comm. concluſ. concluſ. 4. fallen. 25.* Quamuis autem is, qui de iudicato ſoluendo fidem ſuam interpoſuerit, in ea ſit conditione, vt condemnato reo, executionis cauſam effugere nequeat, *§. ſi verò aliquis. Inſtit.*
230 *de ſatiſdat.* Si tamen † condemnatus reus appellauerit, liberari fideiuſſorem dicimus, quemcunque exitum cauſam ſortiri contigerit, *l. cum apud Sempronium. ff. iudica. ſol.*

231 X. Adultera de adulterio † iam accuſata exceptionem ordinis accuſatori poteſt obijcere, atque dicere, ſe non teneri, priuſquam adulter ſit accuſatus. *l. 2. in princ. ff. ad l. Iul. de adulte.* vbi Vlpianus, Ex lege Iulia, inquit, ſeruatur, vt cui neceſſe eſt ab adultero incipere, quia mulier ante denunciationem nupſit, non alias ad mulierem poſsit peruenire, niſi reum peregerit: peregiſſe autem non aliàs quis videtur, niſi & condemnauerit. *Ioha. Suhard. in explica. l. perſecutione. 24. cum Auth. ho. ſi debitor. C. de pigno. & hypoth. num. 7.*

quæ

232 quæ exceptio † opponenda erit, priuſquam nomen adulteræ inter reos ſit relatum, hoc eſt, antequam lis conteſtata fuerit, poſtea non audietur. *l. ſi maritus. §. præſcriptiones. ff. ad l. Iul. de adulter. Sichard. d. loco. num. 8.*

I V.

Aduerſus quem.

Si quæſtio ſit de eo, aduerſus quem ordinis ſeu excuſſionis exceptio competat: certum eſt, eam competere ad-
233 uerſus † creditores agentes, & omnes alios, qui creditorum loco habentur, ijs nimirum in caſibus, in quibus hæc exceptio rectè opponi poſsit. Aliud eſt, ſi quæramus, aduer-
234 ſus quem † ipſa excuſsio fieri, vel exerceri debeat, hoc eſt, quæ perſonæ excuti poſsint: hoc ab ipſo creditore expediundum eſt: illud fideiuſſori, atque ijs de quibus præcedenti membro dictum eſt, incumbit. Iam de ijs ſaltem, aduerſus quos excuſsio locum habeat, nobis hîc tractatio eſt.

235 I. Exercetur itaque excuſsio † aduerſus primum debitorem tum reali, tum perſonali actione obligatum, *Auth. præſente. C. de fideiuſſo. Bart. in l. edita. C. de eden. Benedictus de*
236 *Plumbino. de diſcuſſio. num. 15.* Sed quia debitoris † vocabulum generalius eſt, *l. pecuniæ. 178. in fin. de verb. & rer. ſignific. Alciat. in l. conditionales. 54. nu. 3. eod. tit.* ideo & de nonnullis magis in ſpecie mentionem faciemus.

237 II. Excuſsio locum habet † contra tabularium ſeu exactorem à fiſco conſtitutum, cui debitor fiſci ſoluit, *in caſu l. 2. C. de conuen. fiſci debito. lib. 10. Benedict. Plumbin. d. tract. de diſcuſſio. num. 5.*

238 III. Aduerſus filium † in decurionem cooptatum conſenſu patris, ſi pater de rebus à filio malè geſtis conueniatur, *l. 1. C. de decurio. lib. 10. And. Geyl. lib. 2. obſer. 27. nu. 34. de quo ſupra.*

239 IV. Pluribus reis debendi † conſtitutis, excuſsio aduerſus eum fit, qui pecuniam ad ſe recipit: Vide ſupra in ſecun-

ſecundo excuſsionis membro, caſu octauo.
240 V. Aduerſus maritum † in caſu, quo vxor dotem re-
petit à poſſeſſore rerum pro dote oppignoratarum, *Bart. & Iaſ. num. 200. 208. in l. ſi conſtante. ff. ſolu. matrimon.* de hoc ſu-
pra. [illegible] dicto membro ſecundo, caſu decimo.
241 VI. Aduerſus † contutorem, *l. fi. C. ſi tutor vel curat. non geſſ. l. fin. C. de diuid. tut. latè Hartma. Piſto. d. quæſtione 6.* de quo
præcedenti membro, quantum ad inſtitutum noſtrum ſatis
242 eſt, egimus, & aduerſus tutoris † hæredem, *l. fin. & tot. tit. C. de hared. tuto. vel curato. l. fin. C. de diuid. tutel.*
243 VII. Aduerſus fideiuſſorem tutoris, qui geſsit, *l. 1. §. vſq; adeo. ff. de tut. & ratio. diſtrahen. VVeſenbec. ff. de adminiſtrat.*
244 *& peric. tuto. num. 8.* & fideiuſſoris † hæredem, *l. etiam. l. cum oſtendimus. ff. de fideiuſſo. & nomina. & hæred. tuto. & curato.*
245 VIII. Aduerſus Magiſtratus, † qui tutores idoneos
non dederunt, aut ſatiſdationem non idoneam exegerunt,
ita vt vel dolus vel culpa ipſis imputari poſsit, *l. 1. §. ſi præſes. 2. cum ſeqq. ff. de magiſtrat. conuenien. §. ſciendum. Inſtit. de ſatiſdat. tuto. vel curat.* etſi plures ſunt magiſtratus, *Celſus in l. in magi-ſtratus. 7. de magiſt. conuen.* vbi diſtinguit, vt, ſi dolus interue-
nerit, omnes in ſolidum teneantur: ſin culpa, diuiſioni lo-
246 cus ſit, *l. 5. C. eod. tit.* & aduerſus hæredes † Magiſtratuum,
quatenus dolus aut lata culpa argui poteſt, *l. 4. l. 6. ff. de Ma-*
247 *giſtra. conuen. l. 2. C. eod. tit.* Abeſſe autem † dolum & cul-
pam, non pupillus, ſed magiſtratus probare tenetur, *d. l. 1. §. probatio. 13. de magiſtrat. conuen.* aduerſus autem fideiuſſo-
248 res † magiſtratuum excuſsio non admittitur, ſi quidem iſti
Rempublicam, non rem pupilli ſaluam fore promiſerint,
249 *d. l. 1.* Iſtud autem non de maioribus, † ſed minoribus ma-
giſtratibus intelligendum eſt, hoc eſt, municipalibus, & ijs,
qui hanc ſatiſdationem exigere ſolent, licet non ſemper tu-
tores dent, qui & nominatores & approbatores dicuntur,
vide *Theophilum, & DD. in d. §. ſciendum. Inſtit. de ſatiſdat. tut. Duaren. ad tit. ff. de magiſtrat. conuen. circa princip. de quo & ſupra aliquid tetigimus cap. 4. nu. 195. 196. 197. Hipp. de fideiuſſ. nu. 345.*

250 Quanquam verò iuris eſt definiti atq; certi, inprimis † ipſos tutores, atque eorum hæredes, qui ſi ſoluendo non ſint, fideiuſſores, eorundemque hæredes, & neque horum patrimonio ſufficiente, ipſos Magiſtratus excutiendos eſſe, *l. quoties. ff. qui ſatiſda. cog. tot. tit ff. & C. de Magiſtrat. conuenien.* tamen reperiuntur caſus, pluribus ſcil. tutoribus conſtitutis, quibus Magiſtratus ante contutorem, eiuſq; fideiuſſorem conueniuntur atque excutiuntur. *gloſſ. in d. §. ſciendum. Inſtit. de ſatiſdat. tuto. Dn. Hartma. Piſtoris eleganter in d. quæſt. 6. nu. 22.*

Primus caſus, ſi ab ipſo teſtatore vel iudice tutelæ adminiſtratio diuiſa fuerit, hoc caſu tutores non in ſolidum, nec alter ex facto alterius, ſed quilibet pro ſuo facto & adminiſtratione tenetur, *l. 2. C. de diuiden. tute.* quocirca vno
251 iſtorum † tutorum exiſtente non ſoluendo, non contutor, qui iudicio teſtatoris, vel iudicis ab illius adminiſtratione ſeparatus eſt, ſed magiſtratus excutitur, *l. Lucius. 46. §. cum teſtamento 6. ff de adminiſt. & peric. tuto. l. 1. §. vſq; adeo. 15. de*
252 *tute. & ratio. diſtra.* Quod tamen reſtrictionem † recipit, quando contutor contutorem per dolum aut culpam ſuſpectum non remouerit, vel tardè ſuſpicionis actionem mouerit, vel ſatiſdationem non exegerit, *d. l. Lucius. §. cum teſtamento ibi*: quod ſi excuſſo magiſtratu, ſolidum pupillus conſequi non poſsit, tum demum de officio contutoris quærendum, an ſuſpectum facere debuerit. *d. l. 1. §. vſq; adeo.* ibi: ſi non contutor ob hoc conueniatur, quod ſuſpectum facere, vel exigere noluit, *vide Hartma. Piſtor. d. quæſt. 6. num. 22. 23.* vbi vtrumque textum exquiſitè atque dilucidè explicat. Cui
253 parum obſtaculo eſt † reſponſum Iuliani *in l. 3. ff. de magiſtra. conuenien.* vbi colligunt, ſi tutor in culpa ſit, non faciendo tutorem ſuſpectum, quod ante magiſtratum ſit conueniendus. Nam iſtud procedit in caſu non diuiſæ tutelæ, vbi tutores in ſolidum tenentur. Hic verò verſamur in ſpecie diuiſæ adminiſtrationis. Separata itaque hæc ſunt inuicem, *Hartman. Piſtor. d. q. 6. nu. 24.* vbi rationem diuerſitatis aſſignat,

gnat,

gnat, & ſimul Bartoli & aliorum opiniones refutat, *vſq; ad nu. 27.* Vide quæ paulò ante in præcedenti membro, in concluſione, (Ordinis beneficio vtuntur plures tutores &c.) connotauimus.

Secundus caſus, ſi non à teſtatore vel iudice, ſed ab ipſis tutoribus adminiſtrationis diuiſio inſtituta fuerit, ſiq; ij non eiuſdem, ſed diuerſi generis tutores ſint, hoc eſt, alter datiuus, alter teſtamentarius vel legitimus: Hoc loco
254 quidem, † ſi datiuus tutor malè tutelam geſſerit, is primum, deinde magiſtratus, qui dederat, & tum demum, ſi pupillus ſpe conſequendi integri fruſtretur, vltimo loco teſtamentarius, vel legitimus tutor excuſsioni obnoxius erit, *d. l. Lucius. §. cum teſtamento. Dn. Piſtoris d. q. 6. num. 16. & dixi paulò ante.*

255 Tertius caſus, E pluribus † tutoribus conſtitutis, ſi vnus tutelam adminiſtrauit, alter non adminiſtrauit, ille, ſi ſine mandato huius adminiſtrauit, hic licet, qui non adminiſtrauit, æquè ac ille teneatur. *l. 1. C. ſi tut. vel curat. non geſſ.* quando tamen, qui adminiſtrauit, excuſſus ſoluendo non fuerit repertus, magiſtratus certè, qui eum dedit, ante tutorem, qui non adminiſtrauit, conuenitur atque diſcutitur, *gloſſ. in l. 1. C. de tranſactio. gloſſ. in d. l. 1. §. vſq; adeo. ff. de tutel. & ratio. diſtraben. Roncbegall. in ſupra citata l eandem. nu. 122. 124. Dn. Hartm. Piſtoris. dict. q. 6. nu. 27. 28.* Cuius rei ſuperius etiam meminimus.

256 IX. Intenditur excuſsio † contra fiſcum, ſiue ſit debitor principalis, ſiue debitori principali ſucceſſerit. Non enim hoc reſpectu meliore vtitur priuilegio, quàm priuatus, *per l. Moſchis. 47. ff. de iure fiſc. gl. in l. ſententia. vbi Bald. C. de fideiuſſor. Corn. conſ. 190. colu. pen. volu. 1. Romanus ſing. 653. Iaſ. in §. item ſi quu. nu. 67. Inſtit. de actio. Guido Papa deciſ. 570. Anton. Gab. Roma. d. lib. 3. in rub. de fideiuſſ. concluſ. 1. nu. 3.* vbi refert contrariæ ſententiæ aſſeclas.

257 X. Aduerſus hæredem † mortui debitoris, & aduerſus hæreditatem iacentem, *Auth. hoc ſi debitor. C. de pigno. &*

hypothe. Bald. in l. perſecutione. C. iam dicto tit. Socin. conſ. 24. col. 7. volu. 1. Alexand. conſ. 100. & conſ. 137. Pariſ. conſ. 50. nu. 41. cum ſeqq. Porcius in com. concluſ. concluſio. 41. in 6 ampliat. Anton. Gabriel. Roman. d. concluſ. 1. num. 20. Andreas Geyl. lib. 2. obſer. 27. num. 12.

258 XI. Contra plures † reos debendi, qui niſi omnes diſcuſsi fuerint, aduerſus pignorum poſſeſſorem vel fideiuſſorem efficaciter agi non poteſt, *Angel. in d. Auth. hoc ſi debitor. Anton. Gab. Rom. d. concluſ. 1. nu. 25. 26.*

259 XII. Aduerſus † donatarium, qui à reo principali donatus eſt, vt in eum prius excuſsio intentetur, quàm aduerſus tertium poſſeſſorem, vel fideiuſſorem deueniatur, *Guido Papa ſingul. 822. Anton. Gabriel. Roman. d. concluſ. 1. num. 36.*

260 XIII. Sicut & aduerſus † debitorem ciuitatis, vt parcatur tertio poſſeſſori, *Iaſ. in d. §. item ſi quis. num. 67. Inſtit. de actio.*

261 XIIII. Contra eos, qui † bona à debitore in fraudem creditorum alienante, communicata cum ipſo fraude, atq; doli conſcij emerunt, *per text. & gloſſ. fin. in l. bona. 39. §. 1. ff. de iure fiſci. Bald. in l. in executorem. C. de exceptio. rei iudica. Benedict. de Plumbin. de diſcuſſio. nu. 15. in fin. Videantur & DD. in d. §. ſi quis. Inſtit. de actio. de quo & ſupra.*

V.

Circa quas res verſetur Excuſsio.

262 In excuſsionem veniunt omnes † res ad debitorem pertinentes, tam mobiles, & ſe mouentes, quàm res ſoli, nec non & nomina, *per l. à Diuo Pio. 15. §. in venditione. 2. ff. de re iudica. Iacob. de Arena de excuſsio. nu. 6. 7. Benedict. de Plumbin. eo.*
263 *nu. 6.* res etiam litigioſæ † atq; controuerſæ: cum recipiant æſtimationem ſecundum id, quod in litem deductum eſt, & quo litis euentus æſtimari poſsit, *Benedict. de Plumbi. de*
264 *diſcuſſ. nu. 6.* quod tamen apud me pluſculum † dubitationis habet:

habet: quandoquidem ea ratione aduerſario ſatis proſpectum non ſit, nec abſit, quin is, ſi cauſæ victoriam obtineret, rem litigioſam alienatã ab emente vel poſsidente reuo-
265 care poſſet, *tot. tit. C. de litigioſ.* Quare potius ſequendam † arbitror conſtitutionem Imperatoris, quam proponit *Vlpianus in d. l. à Diuo Pio. 15. §. ſi ſuper. in alijs eſt. §. ſi rerum. 4. ff. de re iudicat*: Vt nimirum, ſi controuerſia moueatur à tertio de re aliqua, quæ excuti debet, iudex cognoſcat de proprietate rei litigioſæ: & ſi cognouerit, rem ad debitorem pertinere, excuſsionem exequatur. (De proprietate quod diximus, idem de poſſeſsione intelligendum erit:) Sin ad debitorem non pertineat, eam rem dimittat: Et de his quidem ſummarie iudex cognoſcat, ne modò hæc ſententia iudicis afferat præiudicium litigatoribus, ſi velint ordinario iure rei proprietatem perſequi. *Vide DD. ad d. l. à Diuo Pio. §. in*
266 *venditione.* Quid ſi confiſcatio facta fuerit, vtrum † in res debitoris confiſcatas excuſsio fieri poterit? Et magis eſt, poſſe, cum ſuccedat fiſcus in ius delinquentis debitoris: *gl. in l. ſententia. vbi Bald. C. de fideiuſſ. Calca. conſ. 66. col. 2. Chaſſa. in conſuet. fol. 292. Anton. Gab. Roma. ſupra allegata concluſ. 1. nu. 6.* ac potior ſit cauſa creditoris excuſsionem petentis, quàm fiſci, ſiquidem ille de damno euitando ſolicitus ſit, hic vt ſolum-
267 modo acquirat. Porro excuſsio inſequitur res † debitoris ad hæredem eius iam ſucceſsione deuolutas, quin & res proprias ipſius hæredis, etiam vltra vires hæreditarias. *Alexand. conſ. 100. col. pen. vol. 5. Anton. Gab. Roman. d. concl. 1. nu.*
268 *44.* Quod quidem iure † ciuili ita ſe habere poteſt, ſi hæres, inuentario non confecto hæreditatem adierit, *l. fin. & ibi*
269 *DD. C. de iure delib.* Iure patrio Saxonico † hæres vltra vires hæreditarias creditoribus non tenetur, quamuis inuentarium non confecerit, Landtrecht *lib. 1. art. 6. Hartman. Piſtor. in 2. part. quæſt. 2. nu. 44. VVeſenbec. ff. de iure delib. in fin. Coler. in tracta. execut. part. 2. cap. 3. nu. 384. Diff. iur. ciuil. & Saxo. lib. 2.*
270 *de ſucceſſ. diff. 38.* Idem iure † Canonico receptum eſt. *gloſſ. in*
271 *c. quanquam. de hæret. lib. 6.* Et quidem moribus Saxonum † hæres

hæres etiam abſque inuentario tutus eſt, nec inuentarium conficere tenetur, *Henning. Göden. conſ. 15. de feud. ſucceßio.*
272 Conſultius † tamen eſt, habere in promtu inuentarium, ne fortaſsis poſtea res in hæreditate repertæ iureiurando ſint conteſtandæ. Ex eo itaque colligimus, conſuetudine Saxonica, excuſsionem in bonis debitoris ad hæredem deuolutis vltra vires hæreditarias non admitti, ſi inuentarium præſtò non fuerit: Iure ciuili verò admitti: qua in re Saxo ſuis ciuibus impenſius conſuluit. Cæterum & iſtud iam in quæ-
273 ſtionem vocatur, an excuſsio intentanda † ſit etiam in bona debitoris, quæ extra territorium ſita ſunt? an verò, ſi aliter creditori ſatisfieri nequeat, in fideiuſſorem procedendum ſit? Aequior eſt opinio exiſtimantium, parcendum eſſe fideiuſſori, & diſcutienda bona in diuerſo territorio inuenta, *per l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ibi,* poteſt audiri, ſi in alia eiuſdem prouinciæ ciuitate ſatiſdationem offerat, *ff. qui ſatiſda. cogan. & ibi Iaſ. nu. 1. & idem Iaſ. in l. ſciendum. §. poſſeſſor. num. 1. d. tit. qui ſatiſda. cog. Iacob. de Arena in d. tracta. de excuſſ. Coler. d. part. 1. cap. 10. nu. 343. per l. fin. C. de princip. agend. in reb. lib. 12. contra Socin. in reg. 134. in 8. limit. & alios, quos refert Anton. Gab. Roman. d. concluſ. 1. nu. 64. cum ſeq.* quorum tamen ſententia
274 præſupponit, ſi bona † illa in alieno territorio facilè diſcuti non poſsint. *Gab. Roma. d. loco.* Namque nos eo quoque interpretamur opinionem noſtram, ſi illud territorium ſit in ditione vicina atq; coniuncta: non remota longè, & ad exigendum difficili, in terminis ita conſuluit *Alexan. conſ. 84. num. 8. lib. 3. per nota. in l. 4. §. ſi tam vicinum. de dam. infect. c. felicis. vbi gloſſ. verbo. vicinarum. de pœn. lib. 6. Innocent. in c. calumniam. eod. tit. Bald. in l. ſi vicinis. C. de nupt. Bened. de Plumbin. de excußio. nu. 7.* ſiquidem eo in loco ius ſuum non minus impetrare poſſet creditor, omninoque bona ibi excuti debeant, *Ferrar. in for. lib. contra plures reos. nu. 13. Socin. d. reg. 134.*
275 *nu. 8. refert VVeſenbec. d. conſil. 10. num. 16.* non verò † vt ad longinqua diſcurrere, & debitorem ibi perſequi cogatur, cui à fideiuſſore domi ſatisfieri poſsit. *Ferrar. d. num. 13. VVeſenbec.*

ſenbec. d. conſ. 10. nu. 37. in fin. Facturus itaque excuſsionem
276 in alieno territorio, ſcriptis † eiuſdem territorij iudicem compellare debet, vt ſibi officium ſuum in exequendo hoc negocio impertiatur, *arg. d. l. à Diuo Pio. 15. §. 1. ff. de re iudica. & l. fin. C. de bon. auctor. iud. poßid. Iaſ. in d. l. ſciendum. §. poſſeſſor. ff. qui ſatiſda. cog. Coler. d. cap. 10. nu. 343.* Sed iſtud ad formam excuſsionis potiſsimum pertinet.

VI.

De forma Excuſsionis, & quomodo ac quo ordine ſit inſtituenda Excuſsio? &c.

Ordinis ſeu excuſsionis exceptionem, (vt ab hoc præ-
277 ſuppoſito exordium capiamus) dilatoriam † eſſe, & ante litis conteſtationem in iudicio à fideiuſſore opponendam, quam ſi omiſerit, poſtea non audiendum, voluerunt *Bartol. in l. 3. ff. de exceptio. Salicet. in d. Auth. præſente. num. 7. in d. Auth. hoc ſi debitor. num. 10. & in l. exceptionem. nu. 22. C. de probatio. Angel. in §. item ſi quis. nu. 10. Iaſ. num. 81. Inſtit. de actio. Bald. & Cyn. num. 9. in d. l. exceptionem. & idem Cyn. in d. Auth. præſente. num. 8. Alexand. conſ. 33. vol. 4. & conſ. 78. vol. 1. & conſil. 29. nu. 23. 26. vol. 7. Bart. Caſtrenſ. in d. l. fin. ff. de reb. cred. Boer. deciſ. 221. nu. 16. Guido Papa deciſ. 94. num. 1. & deciſ. 570. Iacob. de Arena de excuſſ. nu. 18. Gomeſ. tom. 2. cap. 13. de fideiuſſ. nu. 14. Corne. conſ. 85. vol. 3. Par[illegible]. conſ. 50. vol. 1. col. 5. & conſ. 103. vol. 3. Gozadin. conſil. 42. nu. 12. Grauetta conſ. 77. nu. 17. Chaſſan. in conſuetu. fol. 382. Vaſq. lib. 1. Illuſt. controuer. cap. 3. num. 7. Anton. Gab. Roman lib. 3. com. concluſ. in rub. de fideiuſſ. concluſ. 1. num. 12. 13.* vbi communem & magis communem renunciat, *Sichard. in d. Auth. præſente. nu. 8. 9. Iohan. Schneideu. in §. ſi plures. num. 14. Inſtit. de actio. Ferret. Conſ. 228. num. 4. Coler. in*
278 *proceſſ. execut. part. 4. cap. 1. num. 96.* & ne quidem in cauſa † appel-

appellationis poſtea huic exceptioni locum eſſe, *l. ita demum. C. de procur. Cyn. in l. per hanc. C. de tempo. appell. Alexan. conſ. 34. num. 3. vol. 4. Decius in l. fin. nu. 29. ff. de reb. cred. Anton. Gab. Roman. d. concluſ. 1. num. 14. Ronchegall. de duob. reis. ad l. 3. nu. 13. Duen. reg. 335. limit. 21. Geyl. lib. 2. obſ. 27. nu. 4. Zanger. de exceptio. in tert. gen. except. tit. 7. exceptio excuſsionis & ordinis. nu. 2.*
279 nec à iudice † ſuppleri poſſe, *Boërius d. deciſ. 221. Bened. de Plumbin. de excuſſ. nu. 21.* qui hoc ita exaudit, ſi iudici ex actis non conſtiterit de diſcuſsione, tunc ſuppleri non poſſe. *Geyl. d. obſer. 27. nu. 4.*

280 Reſtringitur tamen † iſta aſſertio primò, ſi fortaſsis illa exceptio poſt litem demum conteſtatam emergat: nam quæ de nouo oriuntur, nouo indigent auxilio, *l. non diſtinguemus. §. cum quidam. ff. de arbit. l. de ætate. §. id quidem, de interrog. actio. Sichard. in d. Auth. præſente. nu. 9.* vbi ſpeciem ponit in creditore, qui abſente principali conuenerat fideiuſſorem: fideiuſſor propter abſentiam debitoris exceptionem ordinis vel excuſsionis obijcere nequit: interim tamen litem conteſtatur: quo facto, principalis redit, hîc nouiter orta exceptio poſt litem conteſtatam opponi non prohibe-
281 tur: Atque hoc intellectum habet, ſi facto † aduerſarij noua
282 exceptio competat: Secus, † ſi facto ipſius fideiuſſoris: tunc enim poſt litem conteſtatam non admittetur, *arg. l. 2. §. numerum. ff. de adminiſt. & peric. tuto. Sed Iohann. Schneideuinus in d.*
283 *§. ſi plures. nu. 15.* ſpeciem iſtam † de abſente reo principali non admittit, nec reuerſo reo, poſt litem conteſtatam audiendum fideiuſſorem cum exceptione ſtatuit, *ſecutus Cyn. & Salicet. in d. Auth. præſente*, vt [illegible] nos adducit, *per text. d. Auth. præſente*: cuius ſententia eſt, abſente principali, iure fideiuſſorem conueniri: fideiuſſorem verò dilationem ad præſentandum reum petere poſſe: quam ſi non petijt: vel petijt, & tempus lapſum eſt, compelli fideiuſſorem debere ad ſatisfaciendum creditori: creditorem autem actiones ipſi cedere debere.

284 Secundò reſtringitur † in fideiuſſore indemnitatis, qui abſque

abſq; dubio excuſsionis exceptionem poſt litem conteſtatam proponere poteſt, *Bald. in c. ex reſcripto. de iureiur. Iaſ. in l. fin. num. 1. Alciat. num. 35. ff. de reb. cred. Aretin. in d. l. decem. de verb. oblig. Hippol. de fideiuſſ. num. 314. Vaſq. d. cap. 33, num. 7.*
185 niſi cum iureiurando † promiſiſſet, *Bald. in d. c. ex reſcripto. Hippol. d. num. 314.* quod tamen reprehenditur, vt alibi dicimus. Et hæc quidem ita recepta ſunt: & ſuſtineri quodammodo poſſent, ſiquidem excuſsionis exceptio actionem inſtitutam non perimat, ſed tantum differat iudicium, vt nempe principalis prius excutiatur, qui ſi ſoluendo non ſit, fideiuſſor ſoluere cogatur. *Bart. in d. l. 3. num. 6. de exceptio.*
186 *Zangerus d. loc. nu. 3.* Cæterum complures † in aliam abierunt ſententiam, nimirum hanc exceptionem non minus poſt litem conteſtatam, vſque ad concluſionem cauſæ recipiendam eſſe, *gloſſ. fin. in fin. l. 3. de exceptio. quam approbant Bald. num. 3. Salicet. num. 16. Caſtrenſ. num. 3. in l. 2. C. com. diuid. Bened. de Plumbin. de diſcuſſ. num. 18. Grauetta conſil. 263. nu. 5. Emanuel Suarez in lib. commun. opin. in verb. fideiuſſor ordinis. nu. 137. Guid. Papa deciſ. 432. nu. 10. And. Geyl. d. obſ. 27. nu. 3.*
187 atque etiam poſt ſententiam † iam latam, *Iaſ. in d. §. item ſi quis Calcane. Conſ. 29. num. 9. Chaſſana. in conſuet. fol. 384. col. 3. poſt Bald. in d. l. fin. & ibi Paul. de Caſt. Corn. conſil. 85. col. 1. vol. 4. Anton. Gab. Roman. d. concluſ. 1. num. 10.* Atq; illud præ-
188 terea, ſi ſolutio † facta ſit, excuſsione non oppoſita, ſolutum poſſe repeti, *gloſſ. in l. ſi rem. ff. de condict. indeb. Paul. de Caſt. in l. ſi pœna. § fin. ff. eo. tit. refert. Anton. Gab. Roma. d. concluſ. 1. nu.*
189 *11.* Et hæc quidem † ſententia æquitati magis amica eſt, *Geyl. d obſer. 27. num. 3.* & in iudicio prouinciali Vitembergenſi obſeruatur, *teſte Zangero d. loco. nu. 4. 5.*

Quo ita præmiſſo, atque excuſsionis ſeu ordinis exceptione iuſto tempore oppoſita, tandem ad ipſum excuſsionis actum proceditur. In quo, quia non rarò vel ab ipſis litigatoribus, vel ab executoribus peccari ſolet, ideoq; in eo expediendo (quæ propriè ad formam pertinent) ſequentia ſunt obſeruanda.

PRIMO omnium conſtat, circa excuſsionem facien-
290 dam opus eſſe proceſſu † ſeu iudicio ordinario. Bart. in l. de-
cem. nu. 2. ff. de verb. oblig. Bald. in d. Auth. præſente. num. 1. Iaſ.
in d. §. item ſi quis num. 84. Inſtit. de act. o. & ibi Angel. num 8. Fer-
rar. in for. lib. in actione hypothecaria. num. 16. VVeſenbec. conſ. 10.
num. 15. & num. 43. Coler. d. cap. 10. num. 335. nam in proceſ-
291 ſibus † executiuis, quæ paratam habent executionem, &
ſimilibus in caſibus, in quibus ſummariè & de plano ac ſine
ſtrepitu iudicij proceditur, exceptio excuſsionis, & ſimiles
ſublatæ intelliguntur, Hippol. de fideiuſſor. num. 13. Coler. d. cap.
292 10. nu. 335. de quo poſtea. Proinde & cauſæ † cognitione
opus eſt, Ferrar. iam citato loco. nu. 12. VVeſenb. d. conſ. 10. nu. 15.
293 nec non & citatione † partium, l. de vno quoq. ff. de re iudic. l.
nam Diuus. de adoptio. tùm ipſorum fideiuſſorum, Bart. in d. l.
decem. nu. 2. & 4. de verbor. obligat. per l. 2. C. ſi propter publ. pen-
ſio. l. magis puto. §. ne paſſim. de reb. cor. gloſ. in l. cum miles. §. 1.
verb. facienda ex quib. cauſ. maior. per l. fin. C. de auctor. præſtan.
Alexand. in d. l. de vnoquoq. in fin. & ibi Hippol. nu. 73. ff. de re iudi.
Anton. Gab. Rom. d. concluſ. 1. nu. 41. tum tertiorum rei obli-
gatæ poſſeſſorum, ad videndum fieri excuſsionem, cum de
eorum præiudicio agatur. Zaſ. in d. l. de vnoquoque. nu. 2. Signo-
rol. conſ. 57. per tot. Bartol. in d. l. decem. num. 4. Duen. reg. 335. in
prima ampliat. Ferrar. d. loc. num. 16. Benedict. de Plumbino de ex-
cuſſ. num. 8. Geyl. d. obſer. 27. num. 11. & quidem ſpeciali cita-
294 tione † ſingulorum, non generali opus eſt, Bald. Angel. Ca-
ſtrenſ. in d. l. de vnoquoq. & in d. l. nam ita Diuus. ff. de adoptio.
intereſt enim perſonas ſigillatim citari, quarum præiudi-
cium vertitur, Imola conſ. 86. nu. 3. & conſ. 156. num. 4. vol. 2.
Claudius de Seyſello in d. l. decem. num. 16. de verbor. obligat. quam
veriſsimam eſſe teſtatur ſententiam contra Bart. in d. l. de v-
295 noquoq. quæ tamen † per omnia vſu non obſeruantur, cum
res ſit magni laboris atque impenſarum, teſte Geylio d. obſer.
27. nu. 11. Gaid. Papæ deciſ. 432. nu. 12. Cum ipſa excuſsio-
296 ne conſultum eſt † ſummariè procedi, cum ſit tanquam
præparatorium iudicium, quo deuenitur ad ſecundum,
quæ

297 quæ etiam † cumulari poſſunt nonnunquam, ita, Actio inſtituta eſt contra fideiuſſorem: fideiuſſor de diſcuſsione non facta excipit: replicatur non eſſe neceſſariam, quia non ſit ſoluendo: iſtud actori probandum eſt. Hinc excuſsio in de-
298 bitorem inſtituitur: in qua ita † obſeruatur: Auctoritate & mandato iudicis duo nuncij publici vel executores in ædes debitoris dimittuntur cum ſcriba aliquo, qui res omnes diligenter inquiſitas atque inſpectas, vel in ſchedulam conſignant, eamq; iudicij referunt, vel oretenus ſaltem res inuentas indicant: horum nunciorum relationi fides adhibetur, *l. magis puto. §. non paſſim. ff. de reb. eor. arg. l. præſenti. §. ſi ſubi. C. de his qui ad Eccleſ. confug.* eaq; ad acta referri curabitur, in hunc modum: Die iſto nuncij publici iuſſu magiſtratus miſsi ſunt in ædes Sempronij: qui retulerunt, illud atque illud ſe inueniſſe, &c. atque tunc vel in ſolidum procedetur aduerſus fideiuſſorem, vel ſi pro parte tantum reus non ſit ſoluendo, ad integram ſatisfactionem contra fideiuſſorem proceſſus inſtituitur, *Iacob. de Aren. de excuſſio. nu. 16. 17.* Et hic modus fere vſitatiſsimus eſt, *teſte Colero, d. ca.*
299 *10. nu. 343. & ſequitur Ferrar. d. loco. nu. 15.* Nonnullis † in locis & ita ſeruatur, vt reus ad iudicem certo & definito die vocatus ſub iureiurando cogatur indicare bona ſua: vel habeatur exploratio apud familiam, vicinos, &c. *vide Ferrarien.*
300 *d. loco. nu. 14.* Inter alios & hunc † procedendi modum tradit *Iaſ. in d. §. item ſi quis. nu. 86. Inſtit. de actio. poſt Angel. ibi allegatum.* nempe, actores dicunt tantum non eſſe in bonis debitoris, vt ſibi ſatisfiat: quare tertios poſſeſſores inuadunt, hi excipiunt, plura debitori eſſe bona: Iudex poſſeſſoribus ſtatuit probandi tempus, ſi probant, bene: modo bona inuenta ſolutioni ſufficiant: ſin minus, in poſſeſſores, fixa atque efficax eſt actio. Vide plures modos paſsim, *vt &*
301 *apud Chaſſan. rub. 5. §. 2. num. 34.* vbi ſummarijs † informationibus vtendum eſſe tradit, vtrum debitor ſit ſoluendo. *Guido Papæ d. deciſ. 432. num. 2. apud Aren. & Plumbin. de excuſſio. Maran. parte 6. de ord. iud. de execut. num. 23.*

302 A mobilibus autem bonis † ordienda eſt excuſsio, pòſt ad
immobilia, & demum ad nomina deueniendum. *l. à Diuo
Pio. §. in venditione. ff. de re iudica. Chaſſan. d. rub. 5. §. 2. nu. 19.
Maranta. part. 6. iudic. de execut. num. 8.* In quibus ſemper ea
303 ineunda eſt ratio, vt primum tum in mobilibus, † tum im-
mobilibus ea excutiantur, quæ minus damnoſa ſunt debito-
ri: ex quibus, ſi ſatisfactionis via non appareat, ad cætera
progrediendum ſit, *Bald. in l. ordo. C. de execut. rei iudic. Ma-*
304 *ranta d. loc. nu. 11.* Rerum verò † vilium & inutilium in ex-
cuſsione non habetur ratio, *per l. ſi inutiles. aliàs eſt l. ſi nullæ. ff.
vt in poſſeſſ. lega. ea. Bald. in Auth. ſed hodie. nu. 4. C. de oblig. &
actio. Alex. in d. l. à Diuo Pio. §. in venditione. num. 23. ff. de re iu-
dic. Sichar. in d. l. perſecutione. cum Auth. hoc ſi debitor. C. de pigno.
& hypoth. nu. 12. Coler. in proceſſ. execut. part. 3. cap. 9. num. 26.*
qui ibidem à nu. 16. cum ſeqq. per vnam atq; alteram pagi-
nam multa ad hanc rem vtilia & neceſſaria congeſsit. Iſtud
305 non prætereundum videtur, omnia † bona apud excuſſum
debitorem reperta, ipſius eſſe propria præſumi, *Bald. in l. 1.*
306 *nu. 2. C. de priuil. fiſc.* nam qui † poſsidet, præſumitur domi-
nus. *not. in l. edicto. in gloſſ. mag. C. de edict. Diui Had. toll. d. l. à
Diuo Pio. §. inſuper. facit l. ſi ego. ff. de iure dot.* Quare ſi quis, qui
307 † non poſsidet, opponit, ſua eſſe bona, non rei, iſtud pro-
bare tenebitur. *Bald. in d. 1. nu. 2. Ioſeph. Maſcar. de probat. vol.
2. concl. 708. num. 1. 4.*

At illud iam quæritur, excuſsione facta, vtrum ſenten-
308 tia † declaratoria ſit neceſſaria, quod nimirum excuſsio ri-
tè facta ſit? Et neceſſariam eſſe docuerunt *Bartol. in l. ſtipula-
tio. §. habet. nu. 4. ff. de oper. noui nunciat. & ibi Angel. Roma. &
Iaſ. Bald. & Salice. nu. 9. in d. Auth. hoc ſi debitor. Iaſ. in d. §. item
ſi quis. num. 83. Inſtit. de actio. & hanc communem eſſe teſtatur Fer-
rarien. loco citato. nu. 17. Socin. conſ. 24. num. 19. vol. 1. Guido Pa-
pa deciſ. 432. nu. 8. Pariſ. conſil. 50. col. 5. vol. 1. Ruin. conſ. 85. col.
4. & 6. vol. 4. Hippol. de fideiuſſo. num. 26. Anton. Gab. Roma. d.
concluſ. 1. nu. 27. & nu. 55. Geyl. d. obſer 27. num. 10. VVeſenbec. d.*
309 *conſil. 10. nu. 15.* cum de re litigioſa † non dicatur conſtare,
niſi

niſi per iudicis pronunciationem, *gloſſ. in l. ſi poſſeſſori. §. penult. ad verb. probatum. de iureiura. c. iudex. in fin. de offic. delega. lib. 6.* quæ tamen ſententia, vt in ſcriptis † feratur, neceſſe non eſt, *Bald. in l. probari. C. de epiſ. & cler. Felin. in c. euidentia. in fin. de accuſat. Anton. Gabr. Roma. d. concluſ. 1. num. 68.* ad quam † audiendam extranei poſſeſſores rerum obligatarum citandi ſunt. *Bart. in d. l. decem. de verbo. oblig. Ferrar. d. loco nu. 18. & DD. ſupra allegati*: quod ſi excuſsio plenè atq; legitimè non facta fuerit, iteratò † fieri debet, *Guido Papa ſing. 765. Anton. Gabr. Roma. d. concl. 1. nu. 42. And. Geyl. d. obſ. 27. nu. 10. poſt DD. iam ante adductos.* Hæc verò iudicis pronunciatio inter creditorem & debitorem ob excuſsionem facta, probat † etiam in præiudicium fideiuſſorum, vt voluit *Bald. in l. is apud quem. C. de edend.* Quod quidem † admitti poſſet, ſi fideiuſſores citati fuiſſent: ſin minus, excuſsionem tantum probabit: contra fideiuſſorem non citatum non probabit, *Alex. Caſtrenſ. & Iaſ. nu. 23. in d. l. is apud quem Bart. in l. decem. de verb. oblig. Ioſeph. Maſcar. de probat. vol. 2. concluſ. 707. nu. 2.*

310 311 312 313 314

VII.

Quando beneficium excuſsionis ceſſet.

Etſi non dubium eſt, in hiſce legum atque conſtitutionum auxilijs ſalutem fideiuſſoribus haud raro eſſe poſitam, ne & ipſi auctionis ignominiam cum ſuis bonis ſufferre cogantur: attamen illa legum benignitas etiam intra metas coërcetur, & inſuper multæ ſunt hoc aſtuto atque ingenioſo ſeculo excogitatæ viæ atque rationes, quæ vel interceſſoribus hæc beneficia obliquè interuertunt, vel quibus ipſi volentes atque vltrò abſcedunt. Id quomodo fiat, (quod fieri creditorum maximè intereſt) ex ſequentibus non obſcurum erit cognoſcere.

315 PRIMO ceſſat excuſsionis † beneficium, ſi notorium
eſt, reum principalem non eſſe ſoluendo: quia tunc rectà
tenditur in fideiuſſorem, arg. l. fin. & ibi gloſſ. Barto. Alex. Iaſ.
& DD. ff. de reb. cred. text. in l. emtorem. ff. de actio. emt. Angel. nu.
9. Iaſ. num. 68. in §. item ſi quis. Inſtit. de actio. Hipp. de fideiuſſ. nu.
10. Iacob. de Arena de excuſſio. num. 5. Bart. Caſtr. & DD. in l. de-
cem. de verb. oblig. Gratus conſ. 87. num. 23. vol. 1. Ruin. conſil.
180. col pen. vol. 1. Socin. reg. 134. in 5. limit. Curt. ſenior conſ. 6.
num. 3. Felin. in c. cum olim. nu. 11. de re iudica. Corneus conſil. 46.
num. 13. lib. 2. Vaſq. lib. 1. illuſt. controuer. c. 33. num. 13. & cap.
40. num. 1. vbi hanc opinionem veriorem atq; receptiorem
nominat, num. 2. Anton. Gomeſ. d. cap. 13. de fideiuſſo. num. 14.
Anton. Gabriel. Roman. d. concluſ. 1. num. 53. Iohan. Sichard. in d.
Auth. præſente. num. 7. & in d. l. perſecutione. 24. cum Auth. hoc ſi
debitor. C de pignor. Geyl. d. obſer. 27. lib. 2. num. 14. Mynſing.
centu. 2. obſer. 15. Schneideu. in d. §. ſi plures. num. 4. Inſtit. de fi-
deiuſſo. VVeſenb. conſil. 10. num. 35. & conſ. 14. num. 19. Coler.
par. 1. cap. 10. num. 340. Porcius in com. concluſ. lib. 1. concluſ. 41.
316 limita. 5. Hoc enim caſu inanis † & fruſtratoria eſſet ex-
cuſsio, quam ipſa debitoris inopia excluderet, d. l. decem. &
ibi gloſſ. in verb. excuſſum. & ibi Zaſ. num. 9. de verb. oblig. facit l.
nam is nullam. de dolo. Cyn. num. 2. Bald. nu. 1. in d. Auth. præſente.
317 Hippol. d. num. 10. fruſtratorijs † autem non eſt vtendum, Iaſ.
in d. l. fin. num. 11. in princ. de reb. cred. per l. non cogendum. §. Sa-
binus. de procur. l. hac ſtipulatio. §. diuus. vt legat. nom. cauea. Vaſq.
d. c. 33. num. 13. Geyl. d. obſer. 27. num. 19. nec enim ipſorum
fideiuſſorum intereſt, excuſsionem tum fieri, ſi de inopia
conſtet, VVeſenb. d. conſ. 10. num. 35.
318 Quamuis verò † notorium allegandum ſit, Iaſ. in l. ſi
vero. §. qui pro rei qualitate. num. 12. qui ſatiſda. cog. Hippol. ad
rub. C. de probat. num. 220. Natta conſil. 275. num. 1. Iohan. Cro-
tus in repetit. l. 1. §. hoc autem edictum. num. 57. ff. de noui oper.
nuncia. Maſcard. de probat. vol. 2. concluſ. 1108. tamen non ſuf-
319 ficit, niſi & † in propoſito noſtro probetur à creditore, quod
notorium ſit, debitorem tantum in bonis non habere, vnde
ſoluat,

320 ſoluat. Iſta notorietas † probabitur per famam vicinorum,
quibus rei debitoris inopia nota eſt, quod omnibus bonis
ſit exutus. *Bald. in l. 1. num. 3. C. de reuocan. his, quæ in fraud* vel
ſi exploratio apud vxorem, atque familiam debitoris inſti-
tuta fuerit, vel ipſe debitor iudici ſuam paupertatem, &
quod nihil bonorum ſit, iuratò conteſtatus fuerit, *l ſancimus.*
§. licentiam. C. de iure delib. Coler. d. c. 10. num. 341. & quæ ibi
allegat: item ſi immobilia (quæ celari nequeunt) vel etiam
321 mobilia non poſsideat: ſi in iudicio † iuramentum pauper-
tatis alia in cauſa iurauerit, idque iudici conſtet, vt in Ca-
mera olim obſeruatum fuit, *Geyl. d. obſer. 27. num. 15.* Dein-
322 de ceſsio † bonorum à debitore facta notorietatem inducit,
Raphael. Cuma. & Claud. de Seyſello. num. 10. in d. l. decem. de verb.
oblig. Cyn. in d. Auth. hoc ſi debitor. C. de pignor. per l. nam. 15. ff. de
dolo malo. Duen. reg. 335. in prima limit. Pariſ. conſil. 80. num. 48.
vol. 1. Anton. Gab. Roman. d. concluſ. 1. num. 120. Ferrar. in for. lib.
actionu hypothecariæ. §. exceptionem excußionis. num. 9. Geyl. d. obſ.
323 *27. nu. 16. Coler. d. c. 10. nu. 342.* Tertiò, ſi debitor † antea
excuſſus, non fuerit ſoluendo repertus, *Ferrar. d. loco. nu. 13.*
Coler. d. c. 10. nu. 342. Vnde traditum eſt, excuſsionem ab vno
creditore factam, iudicis interpoſita ſententia, ita prodeſſe
324 † alijs creditoribus, vt inde notorium inducatur, nec ad no-
uam ſeu ſecundam diſcuſsionem ſit decurrendum, ſi primũ
debitoris inopia fuerit comperta, *per d. l. emtorem. in princ. ff.*
de actio. emt. Angel. in d. Authen. hoc ſi debitor. Iaſ. in d. §. item ſi
quis. num. 82. Coler. d. num. 342. Socinus d. reg. 134. in 11. fallent.
Anton. Gabriel. Roman. d. conclu. 1 num. 70. Sichard. in d. l. perſe-
325 *cutione. cum Auth. hoc ſi debitor. C. de pigno. & hypoth.* Licet †
Ferrar. d. loco num. 21. contrarium dictitare, & in eo praxi
deferre videatur, de quo rectè ſubdubitat *Coler. d. loco num.*
326 *342.* Quartò etiam ex difficultate † conueniendi notorie-
tas reſultat; *Iaſ. in d. l. fin. num. 11. de reb. cred. arg. l. 2. in princ.*
qui ſatiſda. coga. Vtpote, ſi palam ſit, debitorem principalem
eſſe potentem, tyrannum, rixoſum, iniurioſum, ad quem
tutus non ſit acceſſus, quod ſit in loco munitiſsimo, præ-
dato-

datorio, & conſueuiſſe etiam indubia & liquida debita nō
ſoluere abſque rixis, *Bartol. in d. l. decem. num. 3. Iaſ. in d. l. fin.*
num. 11. per l. ſi pars. §. fin. de verbor. obligat. l. 1. in prin. qui ſa-
tiſda. coga. Angel. in d. §. item ſi quis. num. 9. 10. Iaſ. num. 69. In-
ſtit. de actio. per l. ſi conuenerit. in fin. pro ſoc. Hippol. num. 10. Socin.
d. reg. 134. num. 10. VVeſenbec. d. conſ. 10. num. 37. & conſil. 14.
num. 20. Ferrar. dict. loco. num. 4. Guido Papæ ſing. 717. Porcius
d. loc. in 8. & 9. fall. Vaſq. d. c. 33. num. 24. Anton. Gab. Roman.
d. concluſ. 1. num. 68. Gomeſ. de fideiuſſ. num. 14. verſ. Quintò li-
mita. Geyl. d. obſeru. 27. num. 25. Mynſing. d. obſer. 15. Idem eſt
327 in Eccleſia, † quæ de facili conueniri nequit. *addit. ad Panor.*
in c. 2. de fideiuſſ. Anton. Gabriel. Roma. dicta concluſ. 1. num. 69.
328 Paria namq; † ſunt, excuſſum eſſe, & excuti non poſſe, vel
difficulter poſſe. *Bald. in l. ſi fideiuſſor. ff. qui ſatiſda. coga. addit.*
ad Iacobum de Arena de excuſſio. num. 26. Vt &, ſi principalis
329 notoria † exceptione ſe defendere poſſet, veluti, ſi ſit cleri-
cus, *Bartol. in l. Marcellus. ff. de fideiuſſor. Panor. in c. peruenit. de fi-*
deiuſſor. Duen. d. reg. 335. limit. 8. Gabriel. Roman. d. concluſ. 1. nu.
330 *122.* Ita etiam, ſi bona † in diuerſo & remoto territorio
ſita ſunt, quæ tam facilè excuti nequeunt, *per. l. ſed & hæ. §.*
non ſolum. de procurator. Socin. d. reg. 134. num. 8. VVeſenbec. d.
conſil. 10. num. 38. quod cum temperamento, & æquiori in-
terpretatione, de qua ſupra in quinto membro diximus,
accipiendum erit. Quò & pertinet, ſi debitor principalis
331 † ſit abſens, ita vt ſine magno negocio & difficultate conue-
niri non poſsit, vt tunc rectè contra fideiuſſorem vel pigno-
rum poſſeſſorem excuſsio intendatur, ne diuturna abſen-
tia creditori ſit incommodo atque fraudi: atque hæç ipſa
abſentia notorium facit, *Authen. præſente. & ibi Cyn. num. 3. 7,*
C. de fideiuſſor. gloſſ. pen. in Authen. hoc ſi debitor. C. de pignor. Hip-
pol. de fideiuſſ. num. 10. Bald. in Auth. hoc ita. num. 3. C. de duob. reis.
Socin. d. reg. 134. num. 30. Ferrar. in for. lib. contra plures reos. §.
quilibet ipſorum num. 4. Guido Papæ deciſ. 570. num. 2. Anton. Gab.
Roma. d. concluſ. 1. num. 49. Geyl. d. obſ. 27. num. 35. Mynſing. d.
obſ. 15. VVeſenb. d. conſil. 10. num. 38. Subard. d. Authent. præſente.
nu. 5.

num. 5. Schneid. d. §. ſi plures. nu. 3. Coler. d. c. 10. nu. 344. quo
332 caſu ſententia † interlocutoria ſuper contumacia opus eſſe
volunt, *Vide Anton. Gabr. Rom. d. concluſ. 1. num. 49.* Idem di-
333 cendum, ſi debitor † ſit præſens, & latitet, *Guido Papæ. d. de-
ciſ. 570. num. 1. Anton. Gab. Roma. d. concluſ. 1. num. 50. vbi num.
334 51.* iſtud ampliat, vt procedat, etiamſi pendente † iudicio
contra fideiuſſorem intentato principalis reuertatur, *apo-
ſtill. ad deciſ. Tholoſ. 81.* In hoc caſu tamen abſentiæ fideiuſſor,
335 ſi exigatur, ſibi dari dilationem † ad acquirendum reum
petere poteſt. *d. Auth. præſente. & ibi DD. & Sichard. num. 10.
Guid. Papæ d. deciſ. 570. num. 1. circa fin. poſt Bart. in l. duobus. in
fin. ff. de duob. reu. Mynſing. d. obſer. 15. Schneideu. d. §. ſi plures.
num. 3. Inſtit. de fideiuſſo.*

336 Quintò ſufficit, ſaltem † ex præſumptionibus & conie-
cturis cónſtare principalem non eſſe ſoluendo, & hoc noto-
rium eſſe, veluti per æſtimum, *Gratus conſ. 62. col. fin. vol 2.
Gabriel Roman., dicta concluſ. 1. num. 53. poſt Angel. in d. §. item
ſi quis. nu. 14. Inſtit. de actio. VVeſenb. d. conſil. 10. num. 37.*

Sextò poſſunt huc applicari, quæ ſupra in forma de ex-
cuſsione per publicos miniſtros facta, eorumque relatione,
337 † atq; ad acta publica connotatione ſcripſimus, vt & illa, &
quæ ibi præterea dicta ſunt, notorietatem probent, *Vide Co-
ler. d. c. 10. nu. 343.*

338 Septimò, quando debitoris † bona omnia publicata
ſunt: nam & hoc ipſum notorietatem probat, atque excuſ-
ſionem impedit, *Bart. in l. ſi ego. in prin. in final. verb. de reb. cred.*
339 Sed hîc æquitas † docet, potiorem debere eſſe conditionem
fideiuſſoris, quàm fiſci, *Cuman. in d. l. fin. de reb. cred. per l. ſi
debitori. ff. de fideiuſſ. Vide Duen. d. reg. 335. in 15. limitat.* id quod
ſupra tractauimus. Verum quod hactenus dictum eſt de no-
torio, non modò intelligendum eſt de notorio, quod in fa-
340 cto, † ſed etiam, quod in iure conſiſtit: ſi nimirum quis pro
naturaliter tantum obligato debitore, veluti, pro pupillo,
furioſo, prodigo, &c. interceſsit: hîc enim excuſsionis re-
medium locum non habet, cum iure notiſsimum ſit, natu-

raliter tantum obligatum excuti non poſſe, *Bald. in Auth. ſed hodie in fin. C. de obligat. & actio. & in l. 1 num. 14. C. de conuen. fiſci debito. lib. 10. Iaſ. in d. l. decem. num. 31. Bart. in l. Marcellus. circa fin. ff. de fideiuſſ. & in l. 3. § ſi quis pro quo. quod quiſq; iuris. Vaſq. d. c. 33. nu. 13. in fin. & num. 14. Anton. Gab. Roma. d. concluſ. 1. num. 76. Geyl. d. obſer. 27. num. 20. Gomeſ. de fideiuſſ. num. 2. verſ. quarto ſingulariter. Coler. d cap. 10. num 356. Duen. d. reg. 335. in 10. limitatione.* Iſtud denique meminerimus, quamuis notorium ſit, principalem ſoluendo non eſſe, ta-
341 men ſuper hoc ipſe interuenire debere † ſententiam declaratoriam iudicis, *Iohan. de Imola. & Claud. de Seyſſello num. 5. in d. l. decem. Panorm. in c. Porro. in 1. notab. de d.nort. per text. in c. cum dilectis. verſ. his agitur. in fin* ibi, cum nimirum, ſi crimen notorium exiſtebat, non erat illi indicenda purgatio, ſed in eum condemnationis ſententia promulganda *de purgato. cano. & ibi gloſſ. Roman. conſil. 211. Dec. in d. l. fin. de reb. cred. Anton. Gabriel. Rom. d. concluſ. 1. num. 54.* Nec tamen ſen-
342 tentiam † in ſcriptis ferri neceſſum eſt, *gloſſ. notab. in Authen.* vt iudices ſine quoquo ſuffragio. *in §. neceſſitatem. verb. ex non ſcripto. Philip. Francus in c. fin. de re iudic. num. 6. lib. 6. Duen. d. reg. 335. limitat. 16. Anton. Gabr. Rom. d. concluſ. 1. nu. 68.* Plures probandæ notorietatis modi colligendi ſunt ex ſupra relatis DD. & ijs, quæ abunde ſcripſit *Maſcard. de probat. d. vol. 2. concluſ. 1106. 1107. 1108. 1109.*

SECVNDO locum non habet Excuſsio, ſi beneficio
343 *Auth. præſente. Cod. de fideiuſſor.* renunciatum † fuerit, *gloſſ. in nouella 4. cap. 1. verbo, accedat. Bald. in d. Authent. præſente. num. 6. in fin. Angel. in §. ſi plures. Inſtit. de fideiuſſor. Specula. in tit. de renuncia. & concluſ. §. finitis. num. 16. Dec. in l. fin. de reb. cred. num. 9. Ferrar. in forma libelli contra plures reos. §. interceſſerunt. num 5. Hippol. de fideiuſſor. num. 7. Corneus conſil. 109. num. 5. vol. 1. Curt. ſenior. conſil. 6. num. 1. Gratus conſil. 136. num. 1. volu. 4. Benedict. de Plumbino de excuſſio. num. 4. Gomeſ. de fideiuſſo. num. 14. verſ. 1. Vaſq. d. c. 33. num. 12. Duen. dicta reg. 335. in 6. limit. Porcius dicta concluſ. 41. 26. limitat. Anton. Gab. Roman. d. concl.*

1. num.

1. num. 87. Modeſt. Piſtor. lib. 1. conſil. conſil. 35. num. 26. Geyl. d. obſ 27. num. 21. Mynſing. d. obſer. 15. Schneideu. in d. §. ſi plures. num. 10. VVeſenb. conſ. 14. num. 12. Coler. d. c. 10. nu. 336. cum
344 cuilibet † liberum ſit fauori pro ſe introducto renunciare, *l. penult. C. de pact. l. pactum inter hæredem. ff. eod. l. ſi quis in conſcribendo. C. de epiſco. & cler. l. quod fauore. C. de legib.* & tunc lex non ſuum, ſed tuum tibi denegat auxilium, *gloſſ. & DD.*
345 *in l. 1. C. ſi aduerſ. vendit. l. ex aſſe. ff. ad Sc. Trebell.* ac prouiſio † hominis prouiſionem legis tollit, *l. fin. vbi gloſſ & DD. C. de pact. conuen. Iaſ in §. item ſeruiana. num. 69. 70. Inſtitut. de actio. Schurff. cent. 1. conſ. 22. VVeſenb. conſil. 14. num. 13.* Atqui in
346 eo iam quæſtio vertitur, Vtrum generalis † fideiuſſorum renunciatio ſufficiat, an verò ſpeciali opus ſit? Qua in re mira eſt interpretum diſſenſio, atque opiniones diuerſæ. Vna fuit Martini gloſſatoris: alia Iohannis: Bulgari alia: diuerſum ſentiebat Azo: Odofredus diuerſum: hoc Nicolaus de Matarellis: illud Guilielmus de Cunis. Iacobus Thomingius eximiæ doctrinæ Iureconſultus *in libro ſuo Deciſionum, deciſ. 1. num. 14.* ſecutus Bartolum & Baldum in locis ibi adductis, & Decium *in conſil. 27. num. 6.* ſcribit, verba
347 renunciationum † trifariam conſideranda eſſe: Aut enim ſunt generalia, aut ſpecialia, aut ſpecialiſsima. Genera-
348 lia, † quæ Baldus appellat generaliſsima: Veluti ſi dicam, Renuncio omni beneficio, ſuſcipio in me periculũ: iſthæc verba parum aut nihil operari dicunt propter obſcuritatem & incertitudinem. *l. qui mutuam. 56. §. ſalarium. iuncta gloſſ. in verb. pollicitationis. ff. mandati. l. ſalarium. 17. C. eo. l. iam fidei. 40. verſ. quamuis enim. de iure fiſci. Iaſ. in l. 1. num. 12. ſi quis in ius vocat. non ierit. per l. Titius. 25. & ibi gloſſ. de lib. & poſthu.* nec talem generalem renunciationem ſufficere, abſque controuerſia eſſe teſtatur *Thoming. dicto num. 14.* Deinde ſpecia-
349 lia, † quæ Bartolus generalia ſubalterna nominat, quod diuerſis reſpectibus nunc ſpecialium, nunc generalium verborum naturam aſſumant, veluti ſuſcipio in me periculum caſus fortuiti, vel promitto me non vſurum exceptione ca-

ſus fortuiti, vel, renuncio beneficio de fideiuſſoribus, vel fideiuſſori competenti: vel, renuncio omni iuris, vel legum auxilio pro me ſc. fideiuſſore facienti, *Thoming. d. deciſ. num. 17. cum ſeqq.* Et huiuſmodi ſpecialem vel generalem ſubalternam renunciationem fideiuſſorum ſufficere, vt ea beneficium excuſsionis, diuiſionis, cedendarum actionum ſublatum intelligatur, tradiderunt plerique, quorum primus mea ſententia, *fuit Martinus gloſſator per text. l. iuriſgentium. 7. §. item ſi quis pactus. ff. de pactis. quem ſecuti ſunt Iohan. de Imola conſil. 46. Aretin. conſil. 33. num. 7. Socin. conſil. 200. Dec. d. conſil. 27. num. 6. 7. Boer. conſil. 30. num. 13. Salicet. in l. age cum Geminiano. C. de tranſactio. Tiraquell. in l. ſi vnquam. in præfat. num. 121. C. de reuocand. donat. vbi num. 117.* iſtam opinionem pro communi exclamat. *Modeſtin. Piſtor. d. conſil. 35. num. 26. Neguzan. de pigno. in 5. par. in 3. memb. Anton. Gab. Roman. d. concluſione. 1. num. 89. & num. 90.* Tantundem enim, aiunt, o-
350 perari diſpoſitionem † generalem, quo ad omnia, quantum operetur ſpecialis, quoad ſpeciatim enumerata, *l. ſi duo. 51. ff. de adminiſt. tuto. l. ſi liberis. 79. in princ. de lega. 3. l. omnes. 4. in princ. C. de præſcriptio. 30. vel 40. annor. Thoming. d. deciſ. 1. num. 1. Coler. d. c. 10. num. 383.* Alioquin enim fruſtra illa verba adiecta eſſent, ſi illa beneficia non includerentur, *arg. l. ſi quando. ff. de lega. 1. Coler. d. loco. num. 384.* vbi & communiorem & veriorem hanc collaudat ſententiam, *per l. fin. vbi gloſſ. in verb. omniq; alij auxilio. C. quando mul. tuto. offic. fung.* Quapropter (teſte Thomingio) Ronchegallus *in l. 3. §. vbi duo. nu. 113. ff. de duob. reis* rectè admonet, quod commentatores, qui *in l. fin. ff. de reb. cred.* generalem renunciationem in obligatione fideiuſſoria ſufficere dictitant, non loquantur de omnimoda generalitate ſeu de renunciatione generaliſsima: ſed cum omni beneficio fideiuſſorio renunciatum ſit, eo etiam ipſo beneficio excuſsionis renunciatum intelligi cenſeant: Aliud dicendum eſſe, vbi prorſus generalis ſeu generaliſsima renunciatio eſſet, de cuiuſmodi renunciatione *Roman. conſil. 269. num. 2. & conſil. 472. num. 2.*

Hippol.

Hippol. in rub. de fideiuſſ. num. 29. expreſſè loquuntur: de eaque reliqui etiam interpretes generalem renunciationem non admittentes, neceſſariò ſunt intelligendi: quemadmodum contrà illi, qui generalem renunciationem ſatis eſſe contendunt, de genere, non illo quidem ſummo vel generaliſſimo, ſed ſubalterno (quod diuerſis reſpectibus nunc generis nunc ſpeciei naturam refert) accipiendi ſunt: vt proinde vtrorumque ſententiæ nihil habeant incommodi, ſi exacto, veroque iudicio ponderentur. Hæc ille. Ex eo vero extruunt, eum, qui hoc, quo diximus, modo, omni iuris atque legum auxilio renunciat, etiam moræ purgationi renunciaſſe intelligi, *Matth. de Afflictis deciſ. 174. nu. 4. Dec. conſ. 452. col pen. Iohan. Crotus in l. ſi inſulam. in fin. de verb. oblig. Gozadin. conſ. 57. num 19. Anton. Gab. Roma. d. concluſ. 1. num. 91.* nec non & diſpoſitioni *l. de his. 6. ff. de tranſactio. vt notat Iaſ. in d. l. de his. Socin. conſil. 103. vol. 3. col. fin. Gozadin. conſil. 69. nu. 19. Anton. Gab. Roma. d. concluſ. 1. num. 92.* item perſonali illi priuilegio, ne quis conueniatur vltra id quàm facere poſſit, *Corneus conſil. 128. col. 3. vol. 3. Gozadin. d. conſil. 69. num. 20. & conſil. 88. nu. 19. Anton. Gabr. Roman. d. concluſ. 1. nu. 93.*

51 Tertiò ſpecialiſsima † renunciationum verba ſunt, quæ ſecundum Iureconſultos ſingulas ſpecies, vel ſecundum Dialecticos, indiuidua continent: veluti, renuncio omni iuris atq; legum auxilio pro fideiuſſoribus introducto, excuſsionis, diuiſionis, cedendarum actionum, cuiuſmodi renunciatio ſingularis appellari poſſet, *Bartol. in l. 1. in fin. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit:* quæ præſertim in actibus prætorijs, ſeu iudicialibus requiritur reſpectu iuris futuri, ſeu competituri, non præſentis *l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. & ibi DD. ff. ſi quis cautio.* in extraiudicialibus, qui partium conuentione fiunt, adeò neceſſaria non eſt, in qua illa generalis ſeu ſubalterna, de quo modo dictum eſt, ſufficit. *Bartol. num. 3. & DD. in d. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. & ibi Fulgoſ. num. 8. Caſtrenſ. nu. 6. Alexand. 13. 14. Iaſon nu. 32. Thoming. d. deciſ. 1. num. 22. 23. 24.* In hac ergo renunciationis materia tutiorem viam

eligunt, qui ſemota illa generali ſubalterna renunciatione,
352 ſpecialiſsimam, † de qua hîc, neceſſariam eſſe arbitrantur: id quod communius placuiſſe aſſeuerat Imola: *in l. 1. §. quæſitum. num. 15. 19. ff. quib. appella. non licet. Dec. conſ. 37. num. 1. Rom. conſ. 211. nu. 2. Tiraquell. in d. l. ſi vnquam. nu. 132. C. de reuoca. donatio. Specula. in tit. de renuncia. & concluſ. §. finitis. nu. 7. & nu. 15. Coler. d. cap. 10. nu. 385. 386 Geyl. d. obſer. 27. nu. 21.*
353 nec enim iuri ſibi quodammodo † ignoto (vt ſæpe eſt) quis probabiliter renunciare intelligitur. *l. mater decedens. de inoffic. teſtamen. l. qui cum tutoribus. l. cum Aquiliana. de tranſactio.* nec illa generalitas renunciationis tanti ponderis eſſe debet, vt illud defenſionis ſubſidium auferat, quod ex ipſa contractus natura, quadam legum clementia atque propenſione conceditur, *Felin. in c. ex parte. de offic. deleg.* cum
354 præſertim renunciationes † ſtricti iuris ſint, in quibus, quæ expreſſa non ſunt, pro omiſsis habentur. *Iaſ. in l. poſtquam. nu. 10. 11. C. de pact. Dec. conſil. 52. num. 21. 22. per l. fin. & ibi Bald. C. de falſ. cauſ. l. non figura ff. de obligat. & actio. facit c. ſanc. c. conueniens. de renunciat. Guido Papæ deciſ. 367. nu. 1. Coler. d. ca. 11. nu. 394.* vt proinde, ſi beneficio † alicui diſertè non re-
355 nunciatum eſt, illud etiamnum durare intelligatur, *ex ratione l. ſancimus. 27. C. de teſtamen. Dec. conſil. 352. nu. 7. & conſ. 379. nu. 3. VVeſenbec. d. conſ. 10. num. 9.* Atq; talem expreſſam atque ſpecificam renunciationem requirit conſtitutio *Electoris Saxon. 17. part. 2.* generalem illam omnino prohibens: hac tamen adiecta moderatione, ſi quando vel vni vel pluribus beneficijs in ſpecie renunciatum fuerit, atque illi renunciationi ſpeciali ſubiungitur generalis, veluti, Jch verzeihe mich der exception excuſsionis, vnd andern bey Rechte mir als einem bürgen zu gut verordenten wolthaten / vt tunc plura etiam alia beneficia ſpecialia in eandem includi, quodque adeò renuncians omnibus, ſimul beneficijs ſe ab-
356 dicare intelligatur, &c. Optabile † ſane eſſet, vt generali Imperatoria conſtitutione certi aliquid hac in controuerſia
357 aliquando definiretur. An verò notario † in inſtrumento con-

confeſto de facta renunciatione excuſsionis atteſtanti credendum ſit, *vide Geyl. d. obſer. 27. nu. 24. Vaſquium d. cap. 33. nu. 25. Coler. d. cap. 10. nu. 391. 392. 393.*

Hanc igitur quam dixi ſententiam, ſi teneatur, quatuor modis limitant.

358 I. Si fideiuſſores † abſque ſpecifica atq; expreſſa renunciatione ſe obligant: Wir verſchreiben vns nicht allein ſemptlich vnd ſonderlich / Sondern verſprechen darneben / das einer für alle / vnd alle für einen zahlen / vnd ſich keiner mit dem andern behelffen ſolle: cui poſtea renunciatio generalis omnium beneficiorum ſubiungitur: Hæc renunciatio pro expreſſa & ſpecifica, ac ſi exceptionis, excuſsionis, diuiſionis nominatim facta fuiſſet mentio, habetur: Ita pronunciatum eſſe à Collegio Iuridico Ienenſi, anno 1571. *ſcribit Colerus d. cap. 10. nu. 395.*

II. Licet in ſpecie vnum atque alterum beneficium in renunciatione non fuerit expreſſum, ſi tamen fiat ſaltem

359 † relatio ad illa beneficia, veluti renuncio priuilegijs & exceptionibus, quæ pro fideiuſſoribus introducta ſunt, & ſi id fiat ab homine ſanæ mentis & rationis, & partes de eo veriſimiliter cogitarunt: tunc illam renunciationem validam eſſe, & habendam pro ſpeciali, teſtatur *idem Coler. d. cap. 10. num. 396. 397. poſt Dec. in d. l. fin. num. 20. ff. de reb. cred. & plures alios, qui ibi adducuntur, VVeſenbec. d. conſil. 10. num. 28.* idq́; ad ſecundum genus renunciationum, de quibus paulo ante, referri poteſt. Electoralis verò conſtitutio *17. dicta parte 2.* iſtud non admitteret in prouincijs Electori Saxoniæ ſubiectis.

360 III. Si vni † exceptionis expreſſæ renunciationi generalis clauſula ſubnecteretur, *VVeſenbec. d. conſ. 10. num. 28. Hippol. de fideiuſſor nu. 30. 35. Coler. d. cap. 10. nu. 399.* quod & conſtitutioni Electorali inſertum eſt, vt modò demonſtrauimus.

361 IV. Limitatur in fideiuſſore indemnitatis, qui ſiue in genere, ſiue in ſpecie beneficio excuſsionis ſe abdicaue-

rit,

rit, ſiue etiam cum iureiurando ſe obligauerit, ſemper ta-
men ſaluum habet excuſsionis beneficium, vt ante reum
principalem conueniri atque exigi nullo modo poſsit, *l. de-
cem 116. de verbor. obligat. d. l. fin. & ibi Angel. Alexand. Dec. Alciat.
de reb. cred. Felin. in c. ex reſcripto de iureiur. Vaſq d. cap. 33. nu. 4. 7.
Chaſſan. in conſuetu. Burgun. rub. 5. §. 2. num. 11. Hippol. num. 314.
Geyl. d. obſerua. 27. nu. 13. Anton. Gabriel. Roman. d. concluſ. 1. nu. 31.
& nu. 97. Coler. d. cap. 10. num 315. nu. 353. & nu. 400. VVeſenbec.
ſæpe allegato conſ. 10. nu. 31.* de quo & ſuperius in ſecundo ex-
cuſsionis membro aliquid annotauimus.

TERTIO, denegatur excuſsionis exceptio fide-
362 iuſſori cum iureiurando † interuenienti, quamuis ei non
renunciauerit, *per c. ex reſcripto. de iureiurand.* vbi mulier ex-
preſſè ſenatuſconſulto Velleiano non quidem renunciaue-
rat, ſed quia cum iuramento interceſſerat, viſa fuit ſenatuſ-
conſulto renunciaſſe: eadem ratione fideiuſſor iuratò fidem
ſuam aſtringens, beneficio excuſsionis ſe abdicaſſe intelli-
getur; *ita ſentit Bald. in d. c. ex reſcripto. num. 2. 5. & ibi Panor.
Socin. d. reg. 134. in prima limitat. Alexand. conſ. 29. nu. 38. lib. 7.
Corſet. in tracta. de iureiura. in 8. quæſt. num. 36. Bauerius in tracta.
de virtute Iuramenti, princ. num. 23. Gozadin. conſil. 32. num. 14.
Hippol. de fideiuſſor. nu 9. Gratus conſil. 28. num. 16. volum. 1. Deci-
ſione Tholoſana 130. Tiraquell. in repetit. l. ſi vnquam: in præfatio.
nu. 137. & nu. 152. Duen. d. reg. 335. in 20. limitat. Curt. Iun.
conſil. 263. nu. 46. volum. 3. Porcius in com. concluſ. concluſ. 41 fallen. 1.
Euerbar. in top. in loco à vi iuramenti. num. 46. Ferdinan. Vaſquius d.
cap. 33. nu. 24. verſ. item ſingulariter. Anton. Gabriel. Roman. d. con-
cluſ. 1. nu. 46. 47. And. Geyl. d. obſerua. 27. nu. 22. VVeſenb. d. conſ.
363 10. num. 41. Coler. d. cap. 10. num. 347.* Nam iuramentum, †
quando in aliquo actu interponitur, vim habet ſpecialis ex-
preſsionis, *per tex. in l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. 2.
Tiraquell. in ll. connubia. in gl. 5. nu. 148.* ſicuti & hic inſtar ex-
preſſæ renunciationis eſſe debet: cum præſertim in propo-
ſito hoc iuramentum abſque diſpendio animæ ſeruari poſ-
ſit, *Cano. in c. ſi verò. de iureiura. c. florentium. dist. 85. Iaſ. in l. ſed
ſi quis.*

ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis caution. iud. ſiſt. Boër. d. deciſ. 221. nu. 13. Geyl. d. obſeruа. 27. nu. 23. Idem ſtatuendum eſt, ſi quis,
364 præſertim † aliqua perſona in dignitate conſtituta, per fidem ſuam, bey trawen / ehren vnd glauben promittat, vt & tunc excuſsionis auxilium excludatur, ita conſuluit *in terminis VVeſenb. conſ. 10. nu. 41. adde conſ. 14. nu. 14. poſt Socin. conſ. 125. nu. 19. vol. 4.* quæ promiſsio ſpecificæ renunciationis inſtar eſt, *Bart. nu. 6. Salicet. nu. 20. Iaſ. nu. 56. in Auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendit. Bald. in l. 1. nu. 4. C. commoda. Hippol.*
365 *nu. 29. VVeſenbec. d. conſ. 14. nu. 15. 16.* nec non & ſi loco † iuramenti promittat ſeruare conuenta, Sager an eydes ſtatt zu. Nam huiuſmodi promiſsio per fidem, vel loco iuriſiurandi interpoſita iuramento æquiparatur, & pro iuramento verè ac corporaliter præſtito, habetur, quoad vinculum contractus, adeo, vt ei contraueniri nullo modo poſsit, *c. ad aures. & ibi Panor. nu. 3. de his quæ vi met. cauſ. c. peruenit. vbi gloſſ. in verb. iuramenti. de fideiuſſo. c. & ſi Chriſtus: de iureiura. Felin. in c. preterea. nu. 15. de ſponſal. Speculat. tit. de arbitro & arbitrato. nu. 49. Iaſ. in §. item ſi quis. nu. 52. Inſtit. de actio. Idem Iaſ. in l. 3.*
366 *§. iurari. nu. 3. ff. de iureiur.* vbi paria eſſe † dicit promittere per fidem, & iurare Deum. *gloſſ. in d. c. ad aures. Curt. Iunior conſ. 286. nu. 15. Hieronymus Schurff. conſ. 37. nu. 11. 21. centu. 2. & conſ. 53. nu. 19. cent. 3. Geyl. lib. 2. obſer. 59. nu. 1. Coler. part. 1.*
367 *cap. 10. nu. 246. cum ſeqq.* idem ſi Deum teſtem † inuoco, vel Deus mihi teſtis erit, vel aſſero per veritatem meam, habetur pro iuramento. *Iaſ. in d. l. 3. §. iurari. nu. 2. Coler. d. part. 1.*
368 *cap. 10. nu. 284.* Idem ſi iuro † per ſalutem meam, *l. qui per*
369 *ſalutem. l. non erit. in prin. ff. de iureiura.* Idem per fidem † Chriſtianam, *Couarru. in repet. cap. 2. §. 2. nu. 2. de pact. lib. 6. VVeſenb. d. conſil. 10. nu. 41.* Quocunque igitur modo iuretur, per ver-
370 bum † æquipollens, id iuramenti vim habet, & iure præſertim Canonico obſeruari debet. *Bartol. in d. Auth. ſacramenta puberum. num. 8. Salicet. nu. 6. C. ſi aduerſ. venditio.* Quare fidei
371 interpoſitio † effectu eadem eſt cum iuramento corporali. *DD. in d. Auth. ſacramenta puberum. & in c. cum contingat. de iureiura.*

iura. & in cap. quamuis. de pactis. lib. 6. Bald. in c. cum literis. nu. 12.
de præſumtio. Schurffius d. conſil. 37. nu. 11. 20. 21. & conſil. 53.
num. 19. centu. 3. Geyl. d. obſeru. 59. nu. 3. Hæcq; tum in infe-
372 rioris † conditionis hominibus locum habent, *Mynſing. cent. 1.*
373 *obſeru. 17.* tum magis in viris † principibus, Die bey jhren
Fürſtlichen trawen vnd glauben zuſagen / *Schurff. d. conſil. 37. per*
tot. Mynſinge. d. obſeru. 17. Geyl. d. obſeru. 59. num. 2. & per tot.
VVeſenbec. d. conſil. 10. num. 24. Coler. d. cap. 10. num. 251. in co-
374 mitibus, † Sagen zu bey Gräfflichen ehren Chriſtlichen trawen
375 vnd glauben / *VVeſenbec. d. conſil. 10. num. 18.* & in nobilibus †
procedunt, Gereden bey jhren Adelichen trawen vnd glauben/
Iaſon in d. l. 3. §. iurari. nu. 3. de iureiura. VVeſenbec. in terminis. in
d. conſil. 14. nu 14. 15. Coler. d. cap. 10. nu. 251. & in promo-
376 tis Doctoribus, † atque alijs honeſtioris loci perſonis, *Coler.*
dict. cap. 10. nu. 251. in quibus bona fides præ alijs exuberare
debet, *per l. 2. ff. de pœnis. l. omne delictum. §. augetur: de re milita.*
Atq; iſta receptiſsima conſuetudine Germaniæ obſeruari,
& ita in Camera deciſum eſſe, teſtatum facit *Mynſing. d. ob-*
ſeru. 17. Geyl. d. obſ. 59. nu. 6. Coler. d. cap. 10. nu. 250. VVeſenbec.
d. conſ. 10. nu. 41. quæ ſententia ad conſcientiam. longè eſt
377 tutiſsima: licet non † deſint, qui fidei interpoſitionem pro
iuramento non habeant, quoad ius ciuile potiſsimum, *Iohan.*
Faber. in d. §. item ſi quis. nu. 15. Inſtit. de actio. Couarru. latè d. c.
2. §. 2. nu. 2. de pact. lib. 6. Anton. Contius in §. 1. 2. Inſtit. de fide-
iuſſor. quod non pertineat ad rem ſacram, neq; hac ipſi Deo
promiſsio fiat, vt iuramento. Sed ne quis inijciatur ſcrupu-
lus conſcientiæ, rei nimirum offenſionibus aliàs quibuſuis
378 expoſitæ: multò † hercle conſultius eſt, hîc in exceſſu ali-
379 quid, quàm in defectu committere, cum & maior † animæ,
quàm bonorum ratio ſit habenda, *l. ſancimus. C. de SS. Eccleſ.*
gloſſ. §. ſi quis prædictis. §. ſi enim. in Auth. Vt cum de appell. cognoſ.
Iaſ. in l. libet. nu. 5. C. de pact. per c. cum infirmitas. de pœnit. Iſtæc
380 verò reſtringunt, ne locum habeant quoad pœnæ † ſimili-
tudinem: ſeuerius enim ajunt puniendum eſſe iuramenti,
quàm ſimplicis fidei violatorem, *Couar. loco iam citato. poſt*
Felin.

Felin. in c. præterea. num. 15. de ſponſal. ſequitur Alciat. in l. ſi quis maior. verb. inuocato. C. de tranſactio. Mynſing. d. obſ. 17. quare
381 nec pœnam † periurij locum habere poſſe in violatore ſimplicis fidei, *Felin. iam loco allegato. Geyl. d. obſ. 59. nu. 6.* Ve-
382 rum in principibus vel illuſtribus viris † hic nullam eſſe differentiam, ſed eorum promiſsionem ſub fide factam omnino promiſsioni iuratæ, quoad omnes effectus æquipollere: cum nec Deus inter ſimplicem ſermonem & iuramentum diſtinguat, aſſerit *Geyl. d. obſ. 57. nu. 7. per text. in c. iuramenti. 22. q. 5.* Ex quibus conſequitur, huiuſmodi promiſsionem per fidem, iuramenti loco &c. factam ad excuſsionis auxi-
383 lium viam præcludere, ſi quidem † hæc promiſsio facit contractum bonæ fidei. *l. hoc iure. 152. §. fin. ff de reg. iur. VVeſenb. conſ.*
384 *10. nu. 30. & nu. 40.* In bonæ fidei autem contractibus † exceptio excuſsionis locum non habet, *Iaſ. in d §. item ſi quis. nu. 78. Inſtit. de actio. Guiliel. Bened. in c. Raynutius verbo, abſq; literis. nu. 52. & ibi Couarr. de teſtam. Chaſſan. in conſuet. rub. 5. §. 2. in prin. nu. 3.*
385 Quemadmodum & clauſula abſq; dolo, trewlich † vnd ſonder geſchiden/contractum bonæ fidei efficit. *d l. hoc iure. Bald conſ. 243. nu. 2. lib. 1. Ergo &c. Vide VVeſenbec. conſ. 14. nu. 17. 18.*

Verum enimuerò, quod ante diximus, fideiuſſorem cum iuramento interuenientem, ab excuſsionis beneficio
386 excludi, falſum † fictumq; eſſe, quidam concludunt, *Bald. in c. cum contingat. num. 20. Alciat. nu. 174. de iureiura. Iaſ. num. 2. Dec. num. 10. & 18. Iacob. de S. Georg. nu. 3. in l. fin. ff. de reb. cred. Dida. Couarr. in repetit. c. quamuis. 2. in prima parte. §. 4. nu. 4. Duen. d. reg. 335. limit. 20. & quos ibi allegat Gomeſ. d. cap. 13. de*
387 *fideiuſſor. nu. 14. verſ. 6. limit.* quandoquidem iuramentum † ſemper induat naturam actus, vel contractus, cui interponitur, *arg. l. fin. C. de non nu. pec. l. fin. ff. qui ſatiſda. cog. c. ex parte tua. de cler. non reſid.* ſed natura contractus ipſa lege munita priuilegium excuſsionis fideiuſſori concedit: ergo iuramentum contrarium effectum parere non poteſt, ita vt tollat hoc beneficium excuſsionis iuranti: cum non iurarit, ſe beneficijs ſibi conceſsis vti nolle, ſed ſe ſeruatu-

rum ipſam conuentionem, ſaluis tamen beneficijs ſibi indultis, quæ ſibi tacitè excepiſſe atq; reſeruaſſe intelligitur: Nec ob hoc fidem fallit, nam eo ipſo, dum excuſsione facta, & reo ſoluendo non reperto, ipſe ſoluere cogitur, ſanè promiſsioni atque iuramento ſatisfacit. Iuramentum enim hîc interpoſitum firmat atque munit ſolùm contractum, non ipſa legum beneficia fideiuſſori competentia tollit. *Barbat. conſ. 43. lib. 2. nu. 10. Alciat. d. loco nu. 174. Couarru. d. loco*
388 *num. 4.* Huic opinioni libentius † ſubſcribo, & in diſputando tutius obtineri poſſet. Nec enim iuramentum ad incogitata extendi debet, de quibus mentio nulla facta eſt: cum præſertim ſit ſtricti iuris, & intelligendum de ijs caſibus, qui
389 in ſpecie expreſsi non ſunt. Præterea illud intelligendum † eſt de rebus præſentibus, non futuris. *c. clericus. 35. de iureiura. gl. in d. Auth. ſacramenta puberum. in verb. extorta. C. ſi aduerſ. vendit. Mynſing. cent 2. obſ. 7. VVeſenbec. ff. de iureiura. nu. 13.* Excuſsionis autem exceptio tempore initi contractus atque præſtiti iuramenti nondum competebat, ſed futura erat tum demum, ſi reus principalis ſoluendo non eſſet. Quod
390 verò † *ad d. c. ex reſcripto: de iureiur.* attinet, vbi iuramentum ſeruandum eſſe ſcribitur, reſpondet *Couarru. d. loco num. 4. in fin.* illud intelligendum eſſe, ſeruato ordine compulſionis, vt prius ſc. fiat excuſsio debitorum principalium, & tum demum, iſtis non idoneis, fideiuſſores ad ſolutionem compellantur.

QVARTO, Excuſsionis exceptioni locus non eſt in
391 proceſsibus † executiuis, qui vel ex ſtatuto loci, vel conuentione paratam habent executionem, & alijs in caſibus, in quibus ſummarie ſine ſtrepitu iudicij proceditur, *Hippol. de fideiuſſo. nu. 13. Socin. conſil. 24. nu. 48. vol. 1. VVeſenb. conſ. 10. nu.*
392 *39. Coler. d. cap. 10. nu. 335.* Vnde obligatus inſtrumento † publico guarentigionato ab hac exceptione arcetur, *Cyn. in l. 1. nu. 5. C. de confeſſ. Bald. in l. 1. nu. 2. ff. qui ſatiſda. coga. Angel. & Caſtrenſ. in l. ſi dubitet. §. 1. vterq; nu. 3. ff. de fideiuſſo. Socin. dict. conſ. 24. Anton. Gabriel. Roman. d. concluſ. 1. nu. 84. Coler. d. c. 10. num.*

num. 335. Porc. in com. reg concluſ. 41. limitat. 12. & 23.

QVINTO, non admittitur excuſsionis exceptio in
393 alijs quoque cauſis ex æquo † & bono dijudicandis, in quibus remotis ſolennitatibus, ſummariè ſecundum veritatem proceditur, *Bart. in l. quintus. ff. manda. Bald. in l. ſi mancipium. §. 1. ff de euictio. Iaſ. in d. §. item ſi quis. nu. 78. Curt. ſenior conſ. 6. Hippol. d. loco nu. 12. Grat. conſ. 87. Neguzan. de pign. in 8. part. memb. 1. nu. 35. Anton. Gabriel. Roman. d. concluſ. 1. nu. 71. Geyl. d. obſeru 27. nu. 26. Hartman. Piſtor. queſt. 6. num. 30. Mynſing. d.*
394 *obſeru. 15.* Quandocunq; enim ad boni † æquique normam cauſa decidenda eſt, ea quæ de apicibus & rigore iuris ſunt, non attenduntur. *l. ſi fideiuſſor. §. quædam. ff. mandat. l. etſi. C. ſi contra ius vel vtil publ. Geyl. d. obſeru. 27. nu. 26.* qualis eſt hæc
395 exceptio † excuſsionis ex imis apicibus nata, *Hippol. ad d. rub. de fideiuſſo. nu. 13. Ferrar. in form. hypoth. act. §. exceptionem excuſſionis. nu. 1. VVeſenbec. d. conſil. 10. nu. 39.* Ex quo illud fluit,
396 quod inter † mercatores hæc exceptio non conceditur: idque propter vtilitatem publicam, atque fidem præcipuam, quæ inter mercatores eſſe debet, *per text. & ibi gloſſ. in nouell. 4. in fin. Bald. in l fruſtra. C. de non num. pecu. nu. 1. Iaſ. in l. ſingularia. num. 30. & 39. de reb. cred. Hippol. d. loco. nu. 8. & nu. 358. Vaſq. d. cap. 33. nu. 23. Gomeſ. de fideiuſſor. d. cap. 13. nu. 14. verſ. 4. limita. Anton. Gab. Roman. d. concluſ. 1. num. 98. Boër. deciſ. 221. nu. 14. Guido Papæ conſil. 103. Geyl. d. obſ. 27. num. 27. Mynſing. d. obſeru. 15. Duen. d. reg. 335. in 3. limitat. Coler. d. cap. 10. nu. 346.*
397 Quapropter in curijs † mercatorum omnia de plano, ex bono & æquo determinantur, reiectis iſtis apicibus, *Bartol.*
398 *in d. l. 5. ff. manda. in fin. Curt. Sen. conſ. 6. num. 1.* quod ijs † ſolum aſſerendum eſt in negocijs, quæ ad mercaturam pertinent, eorumque profeſsionem. Cui tamen non leuiter re-
399 fragatur † nouella. *136. in princ. Vide Emanuelem Suarez in addit. ad Gomeſ. d. cap. 13. nu. 14. verſ. 4. limita. ſub lit. i. Adde Stracham de mercatur. tit. quomodo in cauſis mercatorum procedendum ſit.*
400 *num 8.* Eiuſdem generis eſt, quod iure † Canonico hanc exceptionem excuſsionis opponere non liceat: quod

401 ius † apices atque ſubtilitates illas iuris reſpuit. *gloſſ. in c. cum dilecti. in verb. ſubtiliter. in fin. de iudic. Grat. conſil. 87. num. 25. vol. 1. Iaſ. in d. §. item ſi quis. num. 78. Guiliel. Bene. in repet. c. Raynutius. nu. 52. & ibi Couarru. de teſtam. Chaſſan. d. rub. 5. §. 2. in princ. nu. 3. Duen. d. reg. 335. lim. quart. Anton. Gab. Roman. d. concluſ. 1. nu. 72. & nu. 106. remiſſiuè. Vaſquius. d. cap. 33. nu. 24. verſ. item an exceptio. VVeſenbec. d. conſ. 10. num. 40. Geyl. d. obſ. 27.*
402 *obſ. 27. nu. 28.* licet ſint, † qui contradicant, *Vide Anton. Gab. Roman. d. concl. 1. nu. 73. Duen. d. reg. 335. limit. 4. Grat. d. conſ 87. nu. 25. quibus adminiculatur text. in c. peruenit. & ibi gloſſ. 1. de fideiuſſor.*

403 SEXTO, ceſſat excuſsio, ſi ita † ſtatutum vel conſuetudo loci dictitet, *Chaſſane. in conſuet. fol. 218. Boër. d. deciſ. 221. Anton. Gabr. Rom. d. concl. 1. num. 109. Duen. d. reg. 335. in 18. limit. Geyl. d. obſ. 27. nu. 29.*

404 SEPTIMO, quando † exceptio excuſsionis in iudicio non fuerit oppoſita: valet tum nihilominus proceſſus contra fideiuſſorem inſtitutus, *per l. fin. in prin. de reb. cred. & ibi Bart. in prin. Panor. conſ. 29. num. 2. Guido Papa deciſ. 94. Socin. conſ. 24. nu. 48. vol. 1. Porc. d. concl. 41. limit. 6. Plumbin. de diſcuſſio. nu. 21. Anton. Gabr. Roman. d. concl. 1. nu. 59. 60. 61. Vaſq. d. c. 33. nu. 19. Gomeſ. d. loco. nu. 14. verſ. 3. limita. Geyl. d. obſ. 27. nu. 13. Col. d. c. 10. nu. 355.* de quo ſuperius diximus.

405 OCTAVO, Quandocunque fideiuſſor animo † nouandi intercedit, loco mouetur excuſsionis auxilium, *Bald. in l. in perſonam. §. 1. ff. de pact. num. 2. Caſtrenſ. in l. 2. §. 1. ff. de duob. reu. Curt. conſil. 6. num. 3. Dec. in l. fin. num. 27. de reb. cred. Anton. Gabr. Roman. d. concluſ. 1. nu. 73. Geyl. d. obſer. 27. nu. 31. & obſer. 28. num. 4. Mynſing. d. obſer. 15. Coler. d. cap. 10. nu. 351.* quia tunc fideiuſſor amplius fideiuſſor non eſt, *gloſſ. in d. nouell. 4. in princ. Iaſ. conſil. 58. col. 2. vol. 3. Anton. Gabr. Roman. d. concluſ. 1. num. 74. Duen. d. reg. 335. limitat. 5.* de quo alibi pluribus.

406 NONO, ſi debitor quidem excuſſus fuerit, ſed bona † emtorem non inueniant, hîc creditor fideiuſſorem licitè exigit.

igit. *Caſtrenſ. num. 1. & ioban. de Imola: in l. inter eos. § creditor. de fideiuſſo. Hippol. de fideiuſſ. num. 18. Anton. Gab. Roman d. concluſ. 1. num. 125. Gomeſ. d. c. 13. num. 14. verſ. octauò limita. VVeſenb. d. conſil. 10. num. 58. Coler. d. ca. 10. nu. 345. de quo & alibi.*

407 Decimo, fideiuſſori † interceſsionem atque promiſſionem ſuam, item tertio poſſeſſori poſſeſsionem neganti, ſi de mendacio conuictus fuerit, beneficium excuſsionis denegatur, quæ pœna mendacio digna eſt, *per l. ſi dubitet. §. 1. ff. de fideiuſſ. & ibi Bart. Bald. Alberic. Imola. Caſtrenſ. Hippol. de fideiuſſo. num. 19. 322. Bald. in Auth. contra qui propriam. C. de non nume. pecu. Iaſ. in d. § item ſi quis. num. 79. Inſtit. de actio. Gomeſ. d. cap. 13. num. 14. verſ. ſeptimò limita. Vaſq. d. cap. 33. num. 16. Anton. Gab. Roman. d. concl. 1. nu 79. Hartma. Hartmani lib. 2. obſ. pract. obſeru. 5. de fideiuſſo. Grat. conſil. 63. nu. 44. & conſ. 119. nu. 21. volu. 2. Duen. d. reg. 335. in 14. limitat. Mynſing. d. obſeru. 15.*

408 *Coler. d. c. 10. num. 349.* Aliter res † ſe habet, ſi ſub generalitate in litis conteſtatione fideiuſſor negaret narrata prout narrantur, *Bartol. & Bald. d. §. 1. Schneid. in d. §. ſi plures num. 19. Inſtit. de actio.* De varijs negationum ſpeciebus, earundemque pœnis vide *Hippol. d. num. 322. Anton. Gabr. Roman. lib. 5. concluſ. tit. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. concluſ. 5. Bortholt. de feud. cap. 8. num. 116.* de quo infra in quinto effectu. in 5. declaratione aliquid.

409 Vndecimo, ſi pendente † iudicio res hypothecata atque litigioſa in tertium poſſeſſorem alienata fuerit, contra tertium poſſeſſorem hypothecaria actio inſtitui poteſt, nec is cum exceptione diſcutiendi reum principalem auditur, *gloſſ. in d. Auth. hoc ſi debitor. & ibi Barto. qui communem hanc commendat, Porcius d. concluſ. 41. fallen. 2. Anton. Gabriel. Roman. d. concluſ. 1. nu. 48. Coler. d. c. 10. nu. 354.*

Dvodecimo, Excuſsioni locus non eſt, ſi debitor
410 † conſtituit, ſe precario nomine creditoris bona obligata poſsidere: quo caſu, ſi aliquid ex illis alienatum fuerit, creditor abſque diſcuſsione debitoris rem alienatam, tanquã ſua poſſeſsione ſpoliatus, condicere, atque à poſſeſſore reuoca-

uocare poterit. *l. fin. C. de acquir. poſſeſſ. Bald. in l. 1. num. 4. C. de reuoca. hu. Boër. deciſ. 112. num. 12. & deciſ. 200. Iaſ. in d. §. item ſi quis. num. 77. Inſtit. de actio. Socin. d. reg. 134. in 4. limit. Tiraq. de iure conſtituti, in prima parte, à num. 53. vſq; ad num. 67. Dec. in d. l. fin. num. 28. ff. de reb. cred. Grat. conſ. 69. col. 1. vol. 1. Guido Papa deciſ. 432. num. 12. Ferrarien. in for. lib. actio. hypothe. § exceptionem excuſsionis. num. 8. Coler. d. c. 10. num. 358. Duen. d. reg. 335. in 16 limitat. Anton. Gab. Roma. d concluſ. 1. nu 52. Geyl. d. obſer. 27. num. 31. qui rationem huius aſsignat.*

Decimotertio, Quando creditor, qui fideiuſſo-
411 ris debitor eſt, vti vult † compenſatione: excuſsio neceſſaria non eſt, *Bald in l. exceptiones. circa princ. C. de euictio. DD. in c. peruenit. de fideiuſſo. Hippol. ad rub. de fideiuſſor. num. 11. Anton. Gab. Roman. d. concluſ. 1. num. 77. Duen. d. reg. 335. in 22. limitat. Schneid. in d. §. ſi plures. num. 7. Inſtit. de fideiuſſo.* De compenſatione fideiuſſoris vide *Sebaſtia. Medicem in tracta. de compenſat. partis 2. q. 4. per tot. & Ronchegall. in l. ſi duo. 10. nu. 4. ff. de duob. reis.*

412 Decimoqvarto, Fideiuſſor vel pignorum † poſſeſſor, ſi primo loco excuſsionem contra reum principalem inſtitutam impediuerit ipſe, vti denuo hac excuſſionis exceptione nequit, *Hippol. in d. rub. de fideiuſſ. num. 15. 16. Anton. Gabr. Roman. d. concluſ. 1. num. 78. Coler. d. cap. 10. num. 348.*

413 Decimoqvinto, ſi ſpecies, † hoc eſt, certa res, veluti liber, debeatur, eaque ſpecies in fraudem creditorum alienata eſſet: ſanè reuocatoria poteſt agi ad rem ſeu ſpeciem illam alienatam, remota omni excuſsione, *Bald. ad rub. nu. 2. C. de reuoca. hu, quæ in fraud. cred. Iaſ. in d. §. item ſi quis. nu. 76. Inſtit. de actio. Duen. d. reg. 335. in 2. limit. Anton. Gab. Roma. d. concluſ. 1. num. 81.*

414 Decimosexto, habens † hypothecam legalem, vi & virtute eius rem hypothecatam à tertio poſſeſſore, citra omnem diſcuſsionem, petit, *Bald. in l. 1. col. 2. C. de conuen. fiſci debito. lib. 10. Anton. Gabriel. Roman. d. concluſ. 1. num. 83.*

Deci-

415 DECIMOSEPTIMO, Fideiuſſor cauſæ † criminalis, non attenta excuſsionis exceptione conuenitur, *Bald. in l. 2. §. ſi quis. ff. qui ſatiſda. coga. Anton. Gab. Roma. d. concluſ. 1. num. 105. Iacob. de Arena. in tracta. de diſcuſſio. nu. 27.*

416 DECIMOOCTAVO, quando † bona rei principalis eſſent apud fideiuſſorem, exceptio excuſsionis non admittitur, *l. ſi procuratorem. §. ſed ignorantes. ff. manda. apoſtilla ad deciſ. Tholoſa. 196. Barbat. in cap. peruenit. de fideiuſſo. Duen. d. reg. 335. limitat. 11. Anton. Gabriel. Roman. d. concluſ. 1. num. 108.*

417 DECIMONONO, In facti † promiſsionibus fide-
iuſſor excuſsionis beneficio non iuuatur, *Bald. in l. 1. col. 3.*
C. de conuenien. fiſci debito. lib. 10. Anton. Gab. Roman. d. concluſ.
1. num. 110. Modeſtin. Piſtor. tom. 2. conſil. 1. num. 50. Ex quo
418 illud efficitur, fideiuſſorem ad obſtagia † obligatum, ſi exi-
gatur, ad excuſsionis exceptionem confugere nullo modo
poſſe, quamuis Auth. præſente non renunciauerit, *per text.*
in c. ex reſcripto. de iureiuran. cum hæc obligatio ſit facti, quod
ipſam fideiuſſoris perſonam concernit: ita in terminis con-
ſuluit *Modeſtin. Piſto. d. conſ. 1. nu. 48. 49. 50. 51. & ſequitur Coler.*
d. c. 10. num. 357.

419 VIGESIMO, Pater, qui pro filio † fidem ſuam inter-
poſuit, excuſsionis exceptione aduerſus filium non fruitur,
l. 3. §. ſed vtrum. 4. ff. de mino. l. ſi mandator. C. quod cum eo, qui
in alie. pot. ne ſcilicet hoc ipſo decipiantur creditores, *ita Bar-*
tol. in l. ſi ſeruum. §. an filius. ff. de verbor. obligat. Barbat. in cap.
peruenit. num. 7. de fideiuſſo. Boër. d. deciſ. 221, num. 6. 13, Porcius
d. concluſ. 41. in 40. limitat. Duen. d. reg. 335. limitat. 13. Vaſqu.
d. c. 33. num. 17. Anton. Gab. Roman. d. concluſ. 1. num. 113. Geyl.
d. obſer. 27. num. 33. Mynſing. d. obſ. 15. Aliàs, ſi pater pro fi-
420 lio non † interuenit, vltra vires peculij ex contractu filij non
tenetur, *l. 3. §. idem ſcribit. & tot. tit. ff. de pecul.* Ratione of-
421 ficij † filij quatenus pater obligetur, *vide Geyl. d. obſeru. 27.*
nu. 34. & auctores ibi nominatos, de quo & nonnihil ſupra ſcri-
pſimus.

VIGESIMOPRIMO, ceſſat excuſsionis exceptio inter
422 duos † reos: niſi ſit renunciatum. *Duen. d. reg. 335. limit. 19. per Auth. hoc ita. C. de duob. reis. gloſſ. 1. in d. Auth. præſente.* item
423 niſi † contractus emolumentum vel pecunia ad vnum tantum peruenerit: quo caſu is excutiendus erit, *Bart. in l. 3. §. 1. q. 7. ff. de duob. reis. Plumbin. de diſcuſſio. num. 5 Hippolytus ad rub. de fideiuſſo. num. 65. 370. Anton. Gab. Roman. d. lib. 3. concluſ. 2. num. 2. Duen. d. reg. 335. limitat. 19. qua de re ſupra cap 4 num. 175 & ſuperius in 2. memb. Excuſsionis, verſ. octauo, mentio facta eſt.*

VIGESIMOSECVNDO, ſi debitor principalis
424 † iam in mora conſtitutus, è vita deceſſerit, fideiuſſor fruſtra excuſsionis expetet auxilium contra hæredes debitoris, vel tertios poſſeſſores, *gloſſ. in l. ſi plures. & ibi Bald. nu. 24. & Petrus de Bella Pertica. Cod. de conditio. inſer. apoſtill. ad deciſ. Tholoſ. 196. Duen. d. reg. 335. limit. 12. Anton. Gab. Roman. d. concluſ.*
425 *1. num. 114. Mynſing. d. obſer. 15.* ſecus eſt, ſi in mora † non fuerit: tunc hæredes interpellandi ſunt, *Bald. iam loco citato. Duen. d. limita. 12. Mynſing. d. obſ. 15.*

VIGESIMOTERTIO, Fideiuſſor excuſsionis
426 exceptionem opponens, interim fuga † adornata, eo ipſo ſe indignum hoc reddit auxilio, *Bald. in l. 1. col. 3. C. de conuenien. fiſc. debito. lib. 10. Anton. Gabriel. Roman. d. concluſ. 1. num. 111.*

427 VIGESIMOQVARTO, In cauſa appellationis † exceptio excuſsionis non recipitur, *l. ita demum. C. de procura. Cyn. in l. per hanc. C. de tempo. appell. Alexan. conſil. 83. in prin. lib. 6. quem ſequitur Dec. in l. fin. num. 29. ff. de reb. cred. Duen. d. reg. 335. limita. 21. Geyl. d. obſer. 27. num. 4. Anton. Gab. Roma. d. concluſ. 1. num. 14. Ronchegall. de duob. reis. ad l. 2. num. 13.* id quod dependet ab illa quæſtione, Vtrum excuſsionis exceptio ante, vel poſt litem conteſtatam, vel quamdiu opponi debeat: quam ſupra in 6. membro excuſsionis pertractauimus.

428 VIGESIMOQVINTO, Fideiuſſor reo debitori † ſuccedens,

dens, à creditore exactus, ad excuſsionis auxilium nequaquam ſuum habebit refugium : *l. fideiuſſoris. 24. C. de fideiuſſo. facit l. debitori. Cod. de pact.* conuenitur namque vt fideiuſſor, ſed vt hæres, *l. 3. ff. de ſeparatio. l. ſi reus 13. de duob. reis l. ſi duo. 39. in princ & fin. de ſolutio. ita tenent DD. in d. l. fideiuſſoris. 24. Hippol. ad rub. de fideiuſſor. num. 20. Duen. d. reg. 335. limitat 23.*

429 *Coler. d. cap. 10 num. 350.* cum ipſa ſucceſsione † & confuſione ſoluta ſit interceſsionis obligatio, pro parte nimirum hæreditaria, ſalua interim remanente obligatione principali, *l. generaliter. 5. & ibi Accurſ. & DD. l. cum reus. l. Lucius. ff. de fideiuſſo. d l. fideiuſſores. Ronchegall. in d. l. ſi reus. 13. ff. de duob. reis. num. 2. de quo & infra cap. fin. num. 95. cum ſeqq. agemus.*

DE BENEFICIO DIVISIONIS EX EPISTOLA DIVI HADRIANI.

Beneficium excuſsionis, de quo hactenus dictum eſt, exceptionem ſuppeditat ipſis fideiuſſoribus reſpectu rei principalis, ne ante eum à creditore exigantur : Diuiſionis

430 verò beneficium † inter plures confideiuſſores locum habet, & quidem non ipſo iure, ſed per petitionem, vel exceptionis ope. Circa eius materiam, quæ trita eſt, & iudicijs notiſsima, duo præcipuè conſiderabimus.

I. Quando, quibus, & inter quas perſonas hoc diuiſionis beneficium competat.

II. Quando huic beneficio locus non ſit.

I.

Quando, quibus, & inter quas perſonas Diuiſionis beneficium competat.

431 Non ignoti iuris eſt, plures † fideiuſſores pro aliquo interuenientes, obligari ſingulos in ſolidum, quamuis hoc in obligationis inſtrumento expreſſum non fuerit, cum id

natura obligationi inſit, *l. non rectè. 3. l. reos. 23. C. de fideiuſſ. §. ſi*
plures. Inſt. eo. Quare in arbitrio creditoris eſt conuenire, quẽ
velit, etiam reo debitore non conuento ſiquidem ſinguli
principalem obligationem fide ſua eſſe iuſſerint. *d. l. non rectè.*
432 *3. l. liberũ. 16. l. iure noſtro C. de fideiuſſ.* Quod ſi vnum † elegerit,
eo non ſatisfaciente, ad alium tranſire, eundemq́; in ſolidum
exigere poterit: nec enim electione à creditore facta cæteri
433 liberantur, *d. l. reos. d. l. iure noſtro.* At ſi ab initio † in viriles
partes obligatio concepta fuerit, veluti, ſolidum aut partes
viriles fide tua eſſe iubes? non niſi partes exigi poſſunt. *l. in-*
ter eos 51. ff. de fideiuſſor. Mynſing §. ſi plures. num. 1. Inſtit. de fide-
434 *iuſſor.* quod idem eſt, ſi ipſe † creditor obligationem diuidat,
d. l. reos. d. l. liberum. Non ſolum verò plures fideiuſſores, ſed
435 & plures † mandatores, & conſtituentes in ſolidum tenen-
tur, *l. ſi mandato. §. Paulus ff. manda. l. fin. in fin. ff. quod iuſſ. l. fin.*
C. de conſtit. pecu. licet in expromiſſoribus aliter obſeruetur,
qui ipſo iure non niſi ad viriles portiones obligantur. *l. ſi pa-*
ternam. Cod. ad SC. Velleian. Atque hæc ita ſe habent in fide-
iuſſoribus in ſolidum obligatis. Verum Diuus Hadrianus,
ſingulari æquitate, atque commiſeratione quadam erga fi-
deiuſſores inductus iſtud ipſis beneficij (quod beneficium
436 diuiſionis appellant) conceſsit, vt pluribus † fideiuſſoribus
obligatis, creditor actionem diuidere, atque à ſingulis vi-
riles portiones exigere cogatur. *d. l. non rectè. l. fideiuſſor. Cod.*
de fideiuſſor. l. inter fideiuſſores. l. inter plures. ff. eo. d. §. ſi plures. In-
ſtit. eo. l. 1. §. nunc tractemus. ff. de tut. & ratio. diſtrah. l. fin. Cod.
de conſtit. pecu. Paul. lib. 1. tit. 20. cuius epiſtolæ Diui Hadriani
ſæpius in iure fit mentio. Quò tamen huic beneficio locus
437 ſit, neceſſarium † eſt, plures fideiuſſores non pro pluribus,
ſed pro vno debitore interueniſſe, alias enim diuerſarum
ſtipulationum fideiuſſores erunt, qui confideiuſſores non
ſunt: Nam confideiuſſores ſunt, qui ad eiuſdem pecuniæ
438 promiſsionem accedunt. Confideiuſſorem † res facit, non
439 perſona, *Pomponius in l. ſi a Titio. 43. ff. de fideiuſſo.* Deinde †
neceſſarium eſt, vt pro vna eademq́; ſumma interceſſerint:
ſecus

ſecus ſi pro diuerſis, licet pro eadem perſona. *DD. in d. l. ſi à Titio.* Vt verò ſimul & ſemel plures fideiuſſores ad inducendam diuiſionem accipiantur, non requiritur: Nihilominus
440 enim hoc beneficium competit, quamuis † diuerſis atq; diſtinctis temporibus, pro eadem nempe ſumma pecuniæ ſe aſtrinxerint, *Angel. in d. §. ſi plures. nu. 3. Schneideu. num. 19.*
441 *poſt Bartol. in d. l. ſi à Titio.* Tertio neceſſarium eſt, omnes † fideiuſſores eſſe ſoluendo, *d. §. ſi plures. l. fideiuſſor. C. de fideiuſſ.* alioquin enim inopis aut obligatione exemti portionem reliqui ſupplere atque ſuſtinere coguntur, *l. ſi Titius. 48. l. ſi plures 28. ff. de fideiuſſ. d. l. non recte. C. eod.* Quartò neceſſarium
442 eſt, nominatim atque diſertis † verbis hoc beneficium peti, atque agenti in iudicio obijci, cum ipſo iure obligatio non diuidatur, vt ante dictum eſt, ſed ope exceptionis diuidatur. *Caſtrenſ. in l. ſi dubitet. nu. 1. circa fin. ff. de fideiuſſor. idem in l. 2. nu. 3. Ronchegall. ibid. num. 3. & in l. 3. §. vbi duo. nu. 40. de duob. reu. Geyl. lib. 2. obſ. 27. nu. 5.* Ex quo illud manat, quod
443 † fideiuſſor conuentus, omiſſa exceptione totum ſoluens, à creditore illud, quod vltra ſuam portionem ſoluerit, repetere nequeat: cum in ſolidum fuerit obligatus. Sibi itaque damno erit, quod hoc beneficio non fuerit vſus, *l. vt fideiuſſor. l. ſi teſtamento. 49. §. 1. verſ. quod ſi duo. ff. de fideiuſſor. gloſſ. in d. §. ſi plures. verb. partes. in fin. Inſtit. eo. Gomeſ. d. ca. 13. nu. 15.*
444 *in fin.* Cui non † obſtat *l. quin exceptionem. de condict. indeb.* vbi ICtus ait: eum, qui tutus eſt exceptione perpetua & fauorabili (cuiuſmodi hæc eſt) repetitionem habere. Nam reſponderi poteſt, exceptionem diuiſionis reſpicere modum exigendi, non ipſam obligationem: Ideoque illa exceptio indebiti repetitionem non parit. *Vide Bart. in d. l. ſi teſtamento. §. 1. verſ. quod ſi duo. nu. 2. cum ſeqq.*

Sed quibus & inter quas perſonas hoc diuiſionis beneficium dabitur?

445 Primò dabitur † inter confideiuſſores. *l. fin. C. de conſtit. pecun. cum ſimilibus paulò ante adductis.*

446 Secundò locum habet † inter duos pluresúe pecuniæ

conſtitutæ reos. *d. l. fin. C. de conſtit. pecu. Vide quæ ſup. in 3. excuſsionis membro*, von Selbſchuldigern/ *ſcripſimus.*

447 Tertiò inter duos † pluresúe reos promittendi, vt habetur *in nouell. 99.* Sed quæſtionis eſt: Altero ex duobus reis

448 ſuam † portionem ſoluente, an obligationis diuiſio ita inducatur, vt is pro rata alterius à creditore conueniri omninò non poſsit? Hartmanus Piſtoris *lib. 1. quæſt. iur. ciuilis & Sax. quæſt. 9. nu. 1. poſt Rauchegall. in l. vbi duo. verſ. Vtique. nu 18. de duob.*

449 *reis.* conſtituit regulam: quod videlicet † regulariter alter ex reis debendi ſoluendo ſuam partem non cenſeatur liberatus, neque inde aliqua diuiſio obligationis inducta, vt ideo minus pro rata aliorum ex vi ſolidæ obligationis conueniri poſsit, *l. ſi ex toto. §. 1. ff. de legat. 1. l. inter reos. §. 1. de fideiuſſor. l. reos. C. de fideiuſſo.* qui textus iure antiquo forſan

450 obtinuerunt. Hanc verò regulam † ampliat *Dn. Hartman. d. loco nu. 3.* vt locum habeat non ſolum in ijs reis, quibus beneficium diuiſionis competit, ſed etiam tum, quando eo iure vti non poſſunt.

451 Limitat autem, vt non † procedat, quando alter duorum reorum, quibus beneficium diuiſionis non competit, ſoluiſſet, & inſuper addidiſſet illa verba: Se pro ſua rata, ſeu ſuo nomine ſoluere, per text. *in l. ſi creditores. C. de pactis. Hartman. Piſtor. d. quæſt. 9. num. 4. quod tamen reprobat ibidem num. 6.* Vide ad hanc quæſtionem *D. Iacobum Thomingium deciſione 47. per totum.*

452 Quartò, fideiuſſor † ſi eſt principalis, aduerſus fideiuſſorem confideiuſſoris vti diuiſionis beneficio poteſt: aduerſus fideiuſſorem non poteſt, *Vlpianus in l. ſi plures. 27. §. ſi fideiuſſ. ff. de fideiuſſor.*

Quintò, diuiſionis beneficium etiam fideiuſſorum

453 hæredibus † competit, non ſecus atque ipſis fideiuſſoribus. *d. l. ſi plures. 27. §. ſicut. 3. l. ſi teſtamento. 49. §. 1. verſ. ab initio. ff. de fideiuſſ.*

454 Sextò locum habet inter † plures tutores, *l. 1. §. nunc tractemus. 10. cum ſeq.* ibi, & ſiquidem omnes ſimul geſſerunt tute-

tutelam, & omnes ſoluendo ſunt, æquiſsimum erit, diuidi actionem inter eos, pro portionibus virilibus exemplo fideiuſſorum, *ff. de tutel. & ratio. diſtrah. l. 6. Cod. arbit. tut. l. fin. ff. rem pupil. ſal. fore. Marcus Mantua lib. 9. obſeru. obſeruat. 85. Hartman. Piſtor. lib. 1. quæſtio. 6. nu. 8. 32. Schneideuin. in §. ſi ex*
455 *teſtamento. nu. 14. Inſtitut. de tutor. & curator.* cui videtur † obſtare *l. 2. Cod. de diuiden. tut.* ſed vide, quæ ſupra circa excuſſionis beneficium, memb. 4. de pluribus tutoribus ordinis
456 beneficio vtentibus, annotauimus. Curatoribus tamen, † qui bonis dantur, diuiſionis beneficium non ſuccurrere, docuit *Bart. in l. 2. §. fin. circa fin. ff. de curat. bon. dan. Mantua d. lib. 9. obſeru. 85.*

457 Septimò conceditur hoc beneficium inter plures † depoſitarios, vel commodatarios, qui tutoribus æquiparantur, *l. 1. §. ſi apud. ff. Depoſ. Bart. in l. reos. quæſt. 4. ff. de duob. reis. Mantua d. obſer. 85.* licet hi ex neceſsitate, illi ex voluntate
458 obligentur: nam in commodis † concedendis conſequendiſque rectè argumentamur de obligatis ex voluntate ad obligatos ex neceſsitate: quoniam iſtorum maior eſt excuſatio, & ob id maior ratio ſubleuandi eos. Sed vide hac de re omnino *Roncbegal. in l. 3. §. vbi duo. nu. 90. 9 cum ſeq.* vbi hæc luculentius explicantur.

459 Octauò fiſcus † hoc beneficio diuiſionis fruitur non ſecus atque hæres fideiuſſoris. *d. l. inter eos. 51. §. fin. ff. de fideiuſſor. adde d. l. non rectè. 3. verſ. ſed cum duos. C. eod.* Cæterum quan-
460 do † hæc diuiſionis exceptio opponenda erit? Verius eſt, & ante, & poſt litem conteſtatam vſque ad ſententiam definitiuam, cum ſit peremtoria, non poſtea opponi poſſe. *l. fideiuſſor. 10. §. 1. C. de fideiuſſor.* ibi, ante condemnationem: *ibiq; Accurſ. Cyn. Bart. Alberic. Bald. Angel. Salicet. idem tenet Speculat. de renunciat. & concluſ. §. 1. verſ. ſequitur videre. §. ſi plures. & ibi Faber, Platea. & DD. Inſtit. de fideiuſſor. Gomeſ. cap. 13. de fideiuſſo. tom. 2. num. 15. Guido Papa deciſ. 570. nu. 7.* quanquam & poſt
461 ſententiam † ei locum eſſe quidam ſtatuant, *Guido Papa d. deciſ. 570. nu. 7. in fin. Vide Coler. in proceſſ. execut. part. 4. cap. 1. num.*

nu. 96. 97. Porc. in commun. concluſ. concluſ. 41. in 3. ampliat. quo caſu & executionem ex inſtrumento, quod paratam habet executionem, impediret, *Gomeſ. d. nu. 15. Coler. d. cap. 1. part. 4. num. 97.*

II.
Quando beneficio diuiſionis, ſeu epiſtolæ Diui Hadriani locus non ſit?

PRIMO ceſſat beneficium diuiſionis, ſi vnus fideiuſ-
462 ſorum † in ſolidum condemnatus iſtud non petiuerit: ſuæ namque hoc impenſum referat negligentiæ. *l. fideiuſſor. 10. §. 1. in fin. C. de fideiuſſor.* quod & ante tetigimus.

463 SECVNDO, ſi vnus † totum ſoluerit, *d. l. ſi teſtamento. §. 1. verſ. quod ſi duo. ff. de fideiuſſo. l. cum alter. 11. C. eod. §. ſi plures. Inſtit. eod. Gomeſ. d. c. 13. num. 15. in fin.*

TERTIO, beneficium epiſtolæ Diui Hadriani locum
464 non habet, quando † tempore litis conteſtatæ, conteſtandæúe, vnus tantum fideiuſſorum ſoluendo fuerit, reliqui non fuerint, vel ante diuiſionem ad inopiam redacti fuerint: qui ſoluendo eſt, in ſolidum reliquorum portiones ſuſtinet, *Gaius in l. inter fideiuſſores. 26. ff de fideiuſſor. d. §. ſi plures. Inſtit. eod. l. fideiuſſor. C. eod.* Quod ſi vnus ex pluribus fi-
465 deiuſſoribus poſt factam diuiſionem † non ſoluendo reddatur, non hoc confideiuſſores onerantur, ſed periculo id cedit creditoris, *l. inter eos ſi. §. cum inter 4. de fideiuſſor l. liberum. C. eod.* An verò ſoluendo ſit, tempus litis conteſtatæ, vt iam monuimus, inſpici refert: quo differt beneficium competens pluribus fideiuſſoribus ab eo, quod pluribus tutoribus
466 conceditur: in quo ſoluendo † ſint tutores, nec ne, tempus finitæ tutelæ conſideratur, *l. 1. C. de diuid. tute. l. 3. C. de pro-*
467 *batio.* Verum ſi dubitetur, † an reliqui fideiuſſorum ſoluendo ſint, nec ne: nihilominus tamen audiendus erit is, qui diuiſionem petit, ſi eam ſuo fieri periculo, atque partes à cæteris exigi velit, *l. ſi dubitet. 10. in princ. ff. de fideiuſſo.*

QVARTO,

468 Qvarto, denegatur hoc beneficium pluribus † fideiuſſoribus, qui pro vno tutore, rem pupilli ſaluam fore, intercesserunt. *l. fin. ff. rem pupill. ſal. fore.* Idque fauore pupilli receptum eſt, ne is in plures aduerſarios diſtringatur cum rerum ſuarum diſpendio. *Mynſing. in d. § ſi plures. num. 6. Inſtit. de actio.*

469 Qvinto, inficiatus † ſe fideiuſsiſſe, de mendacio conuictus, ab hoc beneficio remouetur, *d. l. ſi dubitet. 10. §. ita demum. 1. ff. de fideiuſſo. Hippol. de fideiuſſor. nu. 322. cum ſeqq. Anton. Gabr. Roman. lib. 5. commun. concluſ. tit. de acquir. vel amitten. poſſeſſ. concluſ. 5. num. 13. & per tot.* vbi per multas negationis pœnas recenſet: adde *Borcholt. de feud. cap. 8. nu. 116. Coler.*
470 *de proceſſ. execut. par. 1. cap. 10. nu. 349. in fin.* niſi in iudicio † conuentus, litemque conteſtatus negauerit ſolum narrata prout narrantur, *Bart in d. l. ſi dubitet. §. ita demum.*

471 Sexto efficax renunciatio † tollit beneficium diuiſionis, *per l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. Hippol. de fideiuſſo. nu. 27. Gomeſ. d. cap. 13. num. 15. verſ. limita tamen: per l. quod fauore. C. de legibus.* Qualis autem debeat eſſe renunciatio, ſupra in vltimo excuſsionis membro expoſitum eſt.

472 Septimo, inter † fideiuſſorem principalem, & fideiuſſorem huius fideiuſſoris principalis, diuiſionis beneficium non admittitur, caſus eſt *in l. ſi plures. 27. §. fin ff. de fideiuſſor.*

473 Octavo, quando pro † diuerſis debitoribus, pro eadem tamen ſumma plures fideiuſſores fidem dederint, verbi gratia: Duo eandem rem promittunt, vterque fideiuſſorem dedit: hi fideiuſſores ſinguli in ſolidum tenentur, nec diuiſionis beneficio iuuantur, cum reuera confideiuſſores non ſint, *l. ſi à Titio. l. inter eos. §. duo rei. 2. ff. de fideiuſſor.*

Nono, pluribus fideiuſſoribus conſtitutis, quorum
474 alius † efficaciter eſt obligatus, alius non eſt, veluti pupillus, mulier, &c. in eum ſanè, qui efficaciter obligatus eſt, in ſolidum datur actio, nec ipſi diuiſionis exceptio profuerit, licet mulier, pupillus, &c. ſoluendo ſint: cum vi legis

iſtæ perſonæ obligationi ſubducantur, *Papinianus in l. ſi Titius. 48. in princ. & §. 1. ff. de fideiuſſor.*

475 Decimo, plures fideiuſſores, qui ſe ad factum † aliquod obligarunt, diuiſionis beneficio non gaudent: factum enim, veluti foſſam fodere, inſulam ædificare, pro parte præſtari non poteſt, *l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig. l. hæredes §. an ea. ff. famil. herciſ.* cum ſit promiſsio per-
476 ſonæ cohærens. Ex quo fit, vt in obligationibus † obſtagiorum, in verſchreibungen oder verpflichtungen zum einreiten diuiſionis beneficio locus non ſit relictus, ita in terminis, conſuluit *Modeſtin. Piſtor. conſil. 1. nu. 18. cum ſeqq. vol. 2.* quæ & ipſa perſonalis obligatio eſt.

Vndecimo, quod ex præcedentibus dependet, ſi
477 plures fideiuſſores † in obligationis inſtrumento ita ſe obligaſſent, ſi vnum fideiuſſorum è vita diſcedere contingat: reliqui intra menſem alium fideiuſſorem in locum defuncti ſurrogare teneantur: quod niſi fiat, ſuperſtites nihilominus obligati maneant: ſi eueniat, præter vnum atque alterum, reliquos mori, ſuperſtites aduerſus defunctorum hæredes diuiſionis beneficio vti non poſſunt. Etenim tali obligationi hoc ineſt, vt extincta perſona, fideiuſsio quoque extincta intelligatur, nec hæredes conſtringat. *§. at ſi ita. Inſtit. de verb. obliga. adde conſtit. Elector. Saxon. 20. part. 2. & artic. 118.* Weichbild. Ita pronunciarunt Domini Lipſienſes anno 1570. cuius & infra meminerimus.

478 Dvodecimo, his adde: Plures fideiuſſores † obſtagium vi obligationis ingreſſos, hoſpes quidam excepit, ipſisq; habita fide de precio per menſes aliquot alimenta præbuit, prout moris eſt: Vnus ex iſtis exoluturus fidem ſuam ſatisfacit hoſpiti pro rata expenſarum portionis ſuæ, petitque dimiſsionem ab hoſpite, relictis confideiuſſoribus ſocijs: hic quæri poteſt, Vtrum hoſpes eum dimittere cogatur, ſocijs remanentibus, à quibus hoſpiti ſatisfactum non eſt pro alimentis? Et rectè exiſtimat *Coler. d. part. 1. cap. 10. num. 364.* ſi à fideiuſſoribus in principali obligatione bene-

ficio

ficio epiſtolæ Diui Hadriani renunciatum fuerit, iſtum pro ſua parte ſoluentem liberationem reſpectu ſociorum apud hoſpitem non conſequi, atque ita diuiſioni locum non eſſe: quare egredi ex obſtagio non poteſt, niſi & pro confideiuſſoribus ſatisfecerit. Quamuis enim pactum inter creditorem & fideiuſſores initum ad hoſpites porrigi non debeat, *l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact.* quia tamen ab initio ſibi creditor proſpexit, atq; pro omnibus damnis (ſiquidem creditor de indemnitate hoſpiti cauare cogatur) fideiuſſores ſibi obligauit: ideo haud immeritò fideiuſſor hoc caſu diuiſionis exceptione aduerſus hoſpitem ſe tueri non poterit.

DE BENEFICIO CEDENDARVM ACTIONVM.

Paulò ante diximus, fideiuſſorem, neglecta diuiſionis exceptione, quæ ſibi competierat, integrum debitum ſoluentem, à creditore id, quod ſuam portionem exceſſerit, repetere nullo modo poſſe. *l. ſi teſtamento. 49. §. 1. verſ. quod*
479 *ſi duo. ff. de fideiuſſor. cum ſimul.* Sed vtrum † à confideiuſſore poterit, quæſitum eſt? Veluti Gaius & Titius acceſſorio nomine intercedunt, Gaius exactus, omiſſa diuiſionis exceptione, vel renunciatione facta, vel etiam Titio confideiuſſore non ſoluendo exiſtente, ſoluit totum. Poterit ne Gaius à Titio, ſi iam ſoluendo eſt, aut ſi ad meliorem fortunam peruenerit, repetere ratam, quam pro ipſo ſoluit? Et ſanè repetitioni locum non eſſe, obuiam eſt ex reſcripto Imperatoris Alexandri *in l. cum alter. 11. Cod. de fideiuſſor. d. §. plures. Inſtit. eod.* nulla enim inter confideiuſſores inuicem eſt obligatio: ergo nulla actio. Verum enimuerò, vt & hic ſaluti fideiuſſorum conſuleretur: tertium & quidem cœlo quaſi lapſum atque donatum fideiuſſoribus eſt beneficium
480 quod eſt cedendarum actionum, vt nimirum † creditor fideiuſſori ſolidum exoluenti, actionem, quam ipſe habet, atque ius totum tum contra debitorem principalem (qui tamen alioquin actione mandati fideiuſſori tenetur, vt in-

ſra explanabitur) tum contra confideiuſſorem cedere co-
gatur, *l. fideiuſſoribus. 17. l. cum is. 36. l. vt fideiuſſor. 39. ff. de fi-
deiuſſor. d. l. cum alter. 11. Cod. eod. l. Papinianus. 28. ff. mandat.
Bartol. in l. Modeſtinus. ff. de ſolutio. Hippol. ad rub. de fideiuſſ. nu.
28.* quam ſi non cederet, aut cedere culpa ſua non poſſet, ab
agendo vtique repellitur, nec fideiuſſor vt ſoluat, opus ha-
bet, *d. l. cum alter. 11. & ibi gloſſ. Bart. & DD. C. de fideiuſſor. l.
Stichum. §. pen. de ſolutio. Bart. Bald. Salicet. Cyn. & alij in l. iube-
mus. Cod. ad SC. Velleian. Panor. in ca. 2. ext. de fideiuſſor. Ronche-
gall. in l. reos. 11. in princ. num. 55. ff. de duob. reis. Hartman. Piſtor.
lib. 1. quæſt. 48. nu 4.*

481 Hanc aſſertionem declara † primò, vt non ſolum in
actione principali, quæ creditori competit, ſed & in hypo-
thecaria locum habeat, vt vtrobique fideiuſſori ius ſuum
cedere teneatur, *l. 1. d. l. cum alter. 11. C. de fideiuſſor. d. l. fide-
iuſſoribus. 17. ff eo. Socin. conſil. 200 Hart. Piſtor. d. quæſt. 48 nu. 2.*

482 Secundò declara, vt iſthæc † ceſsio actionum petenda
ſit ante ſolutionem, vel in ipſa ſolutione: poſt ſolutionem
namque ex interuallo temporis fruſtra poſtulabitur, ſiqui-
dem vnius ſolutione ſit extincta obligatio reliquorum, ad-
eoque actio amplius non ſuperſit contra fideiuſſores, ideoq;
cedi nequeat *d. l. Modeſtinus. ff. de ſolutio. & ibi Bartol. num. 6.
refert Meno.h. in tracta. de præſumtio. lib. 3. præſumt. 45. num. 26.
Iacobus de Arena in tracta. de ceſsione actionu & iuris. rub. 6. nu. 70.
circa finem. Iohannes a Graſsu. de ceſsion. iuris & action. §. 6. num. 5.*
483 *d. l. Vt fideiuſſor. 39. de fideiuſſorib.* niſi fortaſsis pactum † vel
proteſtatio de cedendis ſibi deinceps actionibus, ſolutioni
adiecta fuerit, *d. l. Modeſtinus. & ibi Bart. num. 2. Angel. num. 3.
notant DD. in d. l. cum alter. num. 11. Coler. in proceſſ. execut.
par. 1. cap 10. num. 368. Schneideuin. in d §. ſi plures. num. 24. In-
ſtit. de fideiuſſor.* Sed ex æquitate ea facienda eſt interpretatio,
484 vt non ſolum † ante ſolutionem, vel in continenti in ipſo
ſolutionis actu, ſed & ex interuallo pòſt, etiam pacto vel
proteſtatione non præeunte, huiuſmodi actionum ceſsio à
fideiuſſore peti, adeoque creditor actione emti ad facien-
dam.

dam ceſsionem compelli poſsit: cum hoc caſu fideiuſſor ſoluens ſit quaſi emtor nominis; cui creditor, quocunque tempore poſtulat, ius ſuum tradere neceſſum habet. Quam
485 ad rem ponderamus reſponſum † Pauli *in d. l. cum is. 36. ff de fideiuſſo.* Cum is, inquit, qui & reum & fideiuſſores habens, ab vno ex fideiuſſoribus accepta pecunia præſtat actiones: poterit quidem dici, (ratio dubitandi) nullas iam eſſe, cum ſuum perceperit, & perceptione omnes liberati ſint. Sed non ita eſt. Non enim (ratio decidendi) in ſolidum accepit, ſed quodammodo nomen debitoris vendidit: & ideo habet actiones: quia tenetur ad idipſum, vt præſtet actiones. Hæc Paulus. Ex quo patet, fideiuſſorem non cenſeri ſimpliciter diſſoluere obligationem, ſed emere: nec cenſeri facta ſolutione, ſimpliciter diſſolutam eſſe obligationem, ſed in fideiuſſorem ſoluentem, quaſi emtorem tranſlatam *Bald. in. d. l. Modeſtinus. 76. de ſolutio.* quare actionem emti ipſi competere quis negauerit contra creditorem, vt, quandocunque lubet, actionem quaſi ſibi venditam cedi petat. *adde gloſſ. in d. l. cum is. Coler. d c. 10 nu 368. 369. vbi nu. 370. poſt Raphael Cumanum in d. l. Modeſtinus. nu. 3. ait* hanc
486 ſententiam eſſe communem. Non verò † impedimento eſt, quòd affertur, ſolutione extinctâ eſſe obligationem ſtatim: ꝙ quidem reſpectu creditoris rectè dicitur: reſpectu confideiuſſoris non item: qui, quamdiu actio ceſſa apud fideiuſſorem fuerit (licet ex interuallo à ſolutione facta eã impetrauerit) bonam fidem agnoſcere, ſeq; ex ἑτι κοινῷ quadam etiamnum teneri intelligat. *gloſſ. in d. l. cum alter. 11. verb. non competit ff.*
487 *de fideiuſſor.* nec donatio in fideiuſſore † ſoluente præſumenda eſt, cum præſertim alia coniectura haberi poſsit, *l. cum de indebito. verſ. qui eum ſoluit. ff. de probat. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pignor. actio. l. ſi cum aurum de ſolutio. l. Campanus. de oper. liberto. latè Menoch. de arbitra. iud quæſt. lib. 2. cent 1. caſu 88. nu. 1. 2. & ſeqq. idem Menoch. de præſumtio. lib. 3. præſumt. 31. per tot. Ioſephus Maſcar. de probatio. vol. 1. concluſ 534 nu. 1. cum ſeqq.* quæ donatio in propoſito tantò minus præſumitur, quan-

 doqui-

doquidem ex neceſsitate fideiuſſori ſolutio incumbat: quæ neceſsitas nullam donationem arguit. Etſi verò quidam
488 ſunt; qui fideiuſſorem † ſoluentem, etiam abſque ceſsione à confideiuſſore, id quod ſoluit, recuperare poſſe exiſtiment, contraria mandati actione: cum mutua quodammodo inter ipſos etiam fideiuſſores videatur eſſe obligatio, ipſa fidei interpoſitione inuicem contracta, *Cyn. in l. 1. num. 2. C. de duob. reis. per l. reos. in princ. & ibi gloſſ. in verb. accipi. ff. de fideiuſſor.* aut negociorum geſtorum actione competente, *l. cum pecuniam. 43. cum l. quæ vtiliter. 45. §. Titius. 2 ff. de negoc. geſt.* meritò tamen hæc opinio reijcitur, tot præſertim iuris reſponſis Iureconſultorum atque reſcriptis Imperatorum in contrarium ſtringentibus, quæ ſupra allegauimus, *Coler. d. cap. 10. nu. 372.* Nec faciunt ad rem textus adducti: quia loquuntur in pluribus reis: in quo peioris ſunt conditionis confideiuſſores, quod ipſis actione non ceſſa, contra confideiuſſores non ſuccurritur: reis contra correos vtili actione, ſi ceſsionem actionum omiſerint, ſuccurritur. *Ronchegallus in l. reos. nu. 55. ff. de duob. reis. Coler. d. c. 10 nu. 374. & nu. 378. vbi reſpondet ad d. l. cum pecuniam*: ibi nempe negociorum geſtorum planè cauſam non tangere: neque eo loci συνάλλαγμα interueniſſe. Sic & eſt in pluribus tutoribus, qui licet, ſi ſoluerint pupillo, beneficium cedendarum actionum habeant aduerſus contutores: ſi tamen id neglexerint, abſq; ceſsione alia ipſis vtilis actio dabitur, *l. 1. §. nunc tractemus. ff. de tutel. & ratio diſtrah.*

Quibus ita conſtitutis, iam in controuerſiam vocatur, ſi fideiuſſor in ſolidum fuerit exactus, ſolutione facta, qualis
489 ipſi à creditore † aduerſus confideiuſſorem ſit cedenda actio, in ſolidum, an pro parte virili? Hanc quæſtionem explicat venuſtè *Dn. Hartman. Piſtorn lib. 1. queſt. 48. & Coler. in proceſſ. execut. par. 2. c. 2. nu. 11. vſq; ad nu. 23.* quorum veſtigia ſecuti, duabus concluſionibus rem expediemus.

490 Prior conclvsio, Fideiuſſori ſoluenti †, ita ceſſio actionum à creditore facienda eſt, non vt eam portionem,

onem, quæ ipſum ſoluentem contingit, ſed eas tantum partes, quas extra ſuam ſoluit, à confideiuſſoribus recuperare queat: *Bart. in l. Modeſtinus 76. ff. de ſolutio. Hartma. Piſto. d. quæſt. 48. nu. 4. 5.* Aequitati enim conſentaneum non eſt, nec natura ceſsionis id patitur, vt quiſpiam pro ea portione ceſſionem impetrare velit, aut debeat, quam ipſe obligatione ſua agnoſcit, & cum in pari cauſa ſit, melioris tamen fortunæ, quàm confideiuſſor eſſe velit, *l. ſi plures ff de admin. & pericul. tuto. DD. in d. l Modeſtinus.* Exemplum pone: Tres interceſſerunt pro 300. aureis: Vnus iſtorum ſoluit totum: Ceſſa actione, à duobus confideiuſſoribus repetit 200. ſuæ portioni centum cedunt.

491 Declara hanc concluſionem, vt procedat, ſiue † beneficio diuiſionis renunciatum fuerit, ſiue non fuerit, vt vtrobique ceſsio pro parte fiat. *Cyn. in l. 1. C. de duob. reis. Bartol. in d. l. Modeſtinus. num. 6. & 9.* contra gloſſ. *in d. l. ſi plures. ff. de admin & peric. tuto.* cenſentem, referre, vtrum fideiuſſoribus diuiſionis beneficium competat, nec ne, vt priore caſu pro parte, poſteriore, in ſolidum cedi actiones oporteat: quam defendit *Iohan. de Imola. in d. l Modeſtinus.* Nam quamuis beneficio diuiſionis renunciatum fuerit: ſi tamen ceſsio fieret in ſolidum: actio ſanè tota, qualis fuit apud creditorem, tranſiret in ceſsionarium. Ceſsionarius qui ſoluit, ſi exigeret ſolidum à confideiuſſore, cogeretur vtiq; & eidem cedere totam actionem: quid inde futurum? hic ſecundus ceſsionarius regreſſum ſuum contra primum ceſsionarium, confideiuſſorem nempe, haud dubiè haberet, atq; ita primus contra ſemetipſum actiones cederet, ſoluturus id poſtea, quod primò ratione ratæ ſuæ detrahere debuiſſet: quo quid abſurdius? quare gloſſæ diſtinctio conſiſtere nullo modo poterit: nec renunciationis vis ea eſſe debet, vt fideiuſſori ſoluenti ſolidam exactionem aduerſus confideiuſſorem tribuat: cum hoc potius efficiat, vt creditor fideiuſ-
492 ſorem in ſolidum exigere poſsit. Inducta † itaq; ad vnum finem, contrarium producere effectum non poſſunt, nec debent.

l. legata inutiliter. ff. de admen. lega. vide Hart. Piſto. d. quæſt. 48. à nu. 5. vſq; ad nu. 11.

493 POSTERIOR CONCLVSIO, ſi fideiuſſori ſoluenti † actio à creditore ceſſa fuerit, illam non ita aduerſus confideiuſſores exercere poteſt, vt extra ſuam portionem, ſolidum ab eo, quem conuenit, conſequatur, ſed vt ratas ſeu viriles portiones exigat, *gl. in l. fideiuſſoribus. in verb. nomina. ff. de fideiuſſor. & in l. cum pupillus. verb. pro parte. ff. de tute. & ratio. diſtrah. facie l. ſi plures. §. vnde quærendum. verſ. Sed cum propria. ff. de admin. & peri. tuto. Iohann. glo. in d. l. Modeſtinus. verb. actionum. de ſolut.* Veluti, vt in exemplo propoſito maneamus, vnus ex tribus confideiuſſoribus ſi ſoluerit 300. ceſſa ſibi actione, à cæteris duobus ſingulis non niſi 100. repetit. Id quod & in

494 pluribus reis † debendi receptum eſt, vt videlicet vnus ſoluens, non niſi viriles portiones à correis exigere poſſit, *Ronchegall. in d. l. reos. nu. 56. de duob. reis. Coler. d. part. 2. c. 2. nu. 13.* quamuis, (quoad correos) beneficio diuiſionis renunciatum ſit, *Bart. in d. l. ſi plures. nu. 2. Ronchegall. loco iam allegato. Euerhar. conſ. 1. VVeſenbec ad ff. de fideiuſſ. nu. 6.*

Concluſionem hanc poſteriorem declaro, vt locum

495 habeat, † quatenus beneficio diuiſionis non renunciatum fuerit à fideiuſſoribus, quo caſu, ſi fideiuſſor, qui ſoluit, in ſolidum vnum ex confideiuſſoribus conuenire velit, iſte exceptione diuiſionis, qua ſe non abdicauit, ſe tueri poterit, ſoluendo ratam ſuam, *Hartma. Piſtor. d. quæſt. 48. nu. 17.* Nec enim creditor cedendo plus iuris in fideiuſſorem ſoluentem transferre potuit, quàm ipſe habuit. *l. nemo plus iuris. ff. de diuerſ. reg. iur. antiq.* Quemadmodum igitur fideiuſſor, qui non renunciauit, exceptionem diuiſionis ipſi creditori objicere potuit, quid ni etiam fideiuſſori, qui ſoluendo in ius creditoris ſucceſsit? ſecus ſe res habet, ſi huic exceptioni renunciatum foret: tunc enim ambigendum non eſt, quin à quouis confideiuſſorum (quoad ipſorum portiones) fideiuſſor, qui ſoluit, ſolidum exigere poſsit: Sicuti namq; in caſu renunciationis aduerſus creditorem fideiuſſori in ſolidum exacto,

acto, exceptio diuiſionis nihil profuerit: ita & aduerſus confideiuſſorem ceſsionarium, cui ius omne, quod ante apud creditorem erat, quæſitum eſt, *l. Stichum. §.pen. ff de ſolutio. Bart. in d. l. Modeſtinus. & ibi Iohann. de Imola nu 6. Raphaël Cumanus nu. 11. gloſſ. Germanica.* Landrecht *lib. 3. art. 85. in princ. verſ.* Geſchehe es aber *& gloſſ. in §.* wer bürge wird/ *verſ.* Das vierde iſt. *art. 9. & art. 39. d. lib. 3. Hartm. Piſto. d. quæſt. 48. nu. 16. Coler. d. ca. 2. nu. 16.* alioquin enim primò ſoluens grauiorem ſubiret conditionem, quàm cæteri, ſibiq; exactio redderetur difficilior, ſi obligationem diuidere, & à ſingulis ratam emungere, non ſine labore & ſumtibus deberet, eoque ceſsio ſibi incommodo eſſet *l. planè ff. famil. herciſ. l. qui pignori. ff. de pigno. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emt.* Nec eſt, quod moueat nos ar-
496 gumentum † à correis ad fideiuſſores: Correus ſoluens, non niſi viriles portiones à cæteris correis exigit, quamuis beneficio diuiſionis renunciatum fuerit: ergo idem erit in confideiuſſoribus: cum par ſit hic vtrorumq; conditio, nec diuerſitatis ratio afferri poſsit, *arg. l. illud ff. ad aquil.* Nam (vt reſpondeamus) præterquam quod adhuc in dubio ſit, vtrum facta renunciatione, correus ſolùm viriles exigere debeat, *Bald. in l. 1. & ibi Salice. nu. 3. C. de duob. reis.* in eo tamen largius prouiſum eſt pluribus reis, quod etiam, facta ſolutione, nec ceſsione impetrata, aduerſus correos vtili actione experiri poſsint, plures fideiuſſores non poſsint, *glo. in d. l. cum alter. C. de fideiuſſo. Bart. in d. l. Modeſtinus. n. 8. 9.* Ergo mirum non eſt, ſi & hic, renunciatione facta, viriles nihilominus portiones tantummodo exigere cogantur. *Coler. d. c. 2. nu. 20.* quod in pluribus fideiuſſoribus aliter eſt. Atque in caſu renunciationis inter plures fideiuſſores, quod videlicet ſoluens, actionibus impetratis, vnum ex confideiuſſoribus in ſolidum (deducta ſua portione) conuenire queat, reſponderunt Domini Lipſienſes anno 1570. menſe Nouembri, & à Dominis conſiliarijs iudicij Appellationis Cæſareæ Pragenſis pronunciatum eſt anno 1592. die 28. menſis Aprilis. Quæ verò hactenus dicta ſunt, ita intelligi

497 debent. quatenus † confideiuſſores ſoluendo fuerint, ſin mi-
nus, deficientis portionem non ſolum cæteri, ſed & is, cui
ſoluenti actio ceſſa eſt, ſuſtinebit, veluti, (vt prius exem-
plum repetamus) ſi vnus ex tribus fideiuſſorib. ſoluit 300.
tota actio ſibi ceſſa eſt: ſecundum fideiuſſorem exigit in ſo-
lidum pro 200. (detracta ſua parte) ſed quia tertius ſoluen-
do non eſt, res eo tandem deueniet, vt primus & ſecundus
fideiuſſor tertij deficientis portionē æquali onere ſuſtentare
cogantur, *arg. l. verum. § ſi cum tres. ff. pro ſocio. d. l. ſi plures. ff. de ad-
mini. & peric. tuto. Hartm. Piſtor. d. quæſt. 48. nu. 11. Colerus d. ca. 2. nu.
20.* quo in loco etiam contraria, quæ huic poſteriori conclu-
ſioni obijciuntur, pulchrè ſoluit. Iſtud hic etiam non præter-
eundum eſt, quemadmodum creditor fideiuſſori ſoluenti
498 actiones cedere neceſſe habet: ita † eaſdem fideiuſſorem
confideiuſſori ſoluenti cedere oportere, hac tamen lege atq;
conditione, vt fideiuſſor cedens ſuam portionem deducat.
Bart. in d. l. Modeſtinus Hartman. Piſtor. d. quæſt. 48. nu. 18. Porro
499 hîc & illa quæſtio adnectenda eſt: Plures fideiuſſerunt † pro
comite S. inſtrumento obligatorio ita cautum erat, vt ſi v-
nus fideiuſſorum diem obiret, alius in locum defuncti intra
menſem ſubſtitueretur. Fideiuſſores, dum adhuc omnes eſ-
ſent ſuperſtites, de ſolutione à creditore interpellantur. Mo-
ritur poſtea comes, moriuntur & duo fideiuſſores, alijs in
locum eorum non ſurrogatis. Superſtes fideiuſſor pro tota
ſumma (ſiquidem beneficijs iuris ſolenniter renunciatum e-
rat) exigitur, qui ceſsis ſibi actionibus ſoluit: quæſitum eſt,
vtrum duorum defunctorum fideiuſſorum hæredes is, qui
ſoluit, conuenire poſsit? Videbatur dicendum, quod non:
cum perſonalis hæc ſit obligatio, quæ cum perſona fideiuſ-
ſorum extincta fuit. *§. at ſi ita. Inſtit. de verbo. oblig. Tiraq. de re-
tra. conuentio. §. 1. gloſſ. 2. nu. 22. 23. & gloſſ. 6. nu. 2. 3. 4. 5.
VVeſenb. conſ. 14. nu. 85.* ſed, hoc non obſtante, quia viuis e-
tiamnum fideiuſſoribus interpellatio à creditore facta eſt,
ipſiq; in mora poſt interpellationem ſoluendo fuerint, *l. qui
Romæ. §. cohæredes. ff. de verbo. obligat. l. ſi pœnam. ff. quando dies le-
ga. ced..*

ga. ced. Socin. reg. 191. poſt. Iaſ. in l. vinum. ff. de reb. cred. ſi cert. peta ſanè hæc mora hæredes defunctorum fideiuſſorum affligit: quapropter Domini Lipſienſes anno 1572. menſe Octobri in caſu propoſito ceſsionario aduerſus hæredes fideiuſſorum dandam eſſe actionem pronunciarunt.

Nouiſsimè circa hanc materiam hoc monere refert, quemadmodum ſuperiora beneficia iuris fideiuſſoribus in-
500 dulta, ita & hoc cedendarum † actionum renunciatione amitti, *Hippol. ad rub. de fideiuſſ. num 29. & num. 30.* vbi tradit, qualis renunciatio requiratur, adde & *Thoming. deciſ. 1. num. 9. cum ſeqq.* de quo & ſupra in excuſſionis materia mentionem fecimus: amittitur etiam inficiatione, ſicuti & excuſſionis & diuiſionis exceptio, *Hippol. d. loco. nu. 322. 324.* & alijs modis, qui ex ijs, quæ circa excuſſionis & diuiſionis beneficium congeſſimus, deſumantur: quibus adiunge ea, quæ de ceſſione iuris & actionum latè ſcripſerunt Iohannes de Graſsis, Iacobus de Arena, & alius quidam incertus auctor: quorum opuſcula ad tractatum Neguzantij de pignoribus ſunt impreſſa.

DE BENEFICIO NOVÆ CONSTITVTIONIS DE DVOBVS REIS, &c.

Huius beneficij ſedes eſt ordinaria (quam vocant) *in Authen. hoc ita. C. de duob. reis.* quæ deſumta eſt ex nouella *99.*
501 *cap. 1.* & magnam † cognationem habet cum beneficio epi-
502 ſtolæ Diui Hadriani. Illa autem † conſtitutio hoc diſponit, vt nempe duo rei in ſolidum ſpecialiter, & expreſsè vel proprio nomine, vel mutua fideiuſsione conſtituantur: ſin minus, vt in dubio, non in ſolidum, ſed pro parte ſolummodo teneantur: *vide DD. in d. Auth. hoc ita. Hippol. de fideiuſſo. nu. 34.*
503 *Iacobum Cuiacium ad d. nouellam. 99.* cui & ipſi † beneficio in inſtrumentis obligationum renunciari ſolet: Sicuti & hæc
504 clauſula ſæpe apponitur, (& omni † alij legum auxilio renunciamus) quam vel ſolam clauſulam tantæ energiæ eſſe

volunt, vt, ſi alia renunciatio in promtu non ſit, per eam ſaltem omnibus exceptionibus renuncianti competentibus renunciatum intelligatur, *per text. in l. fin. Cod. quando mul. tutel. offic. Bald. in l. 1. C. de conuenien. fiſci debitor. lib. 10. Alexand. conſil. 376. Paul. de Caſtro conſil. 72. Hippol. ad rub. de fideiuſſor. nu. 35. Socin conſ. 214. Decius conſil. 27. nu. 6.* cuius & ſupra in ſeptimo membro Excuſsionis meminimus. Hæc ſufficiant de quarto effectu: in quo beneficia fideiuſſoribus conceſſa, explanata ſunt.

505 QVINTVS effectus eſt, quod fideiuſſori † competit actio mandati aduerſus reum principalem, pro quo creditori debitam pecuniam ſoluit, ad repetendum, quod ſoluit, *l. ſi fideiuſſor. Cod. mandat. l. qui fidem. l. ex mandato. §. 1. l. inter cauſas. §. is qui. ff eo. §. ſi quid autem. Inſtit. de fideiuſſor. c. 2. 3. ext. eo. Ludouic. Bolognoninus in repet. rub. nu. 21. ff. de reb. cred. Anton. de Petrucia in repetit. l. 1. num. 187. ff. de iureiur. Bellon. conſil. 75.*
506 *nu. 4. & idem conſil. 77. nu. 4.* etenim mandaſſe intelligitur † debitor, vt fideiuſſor ſolueret, *l. indebitam. de condict. indeb.*
507 Item datur actio † negociorum geſtorum, ſi pro abſente interceſſerit, ſine mandato, *d. l. ex mandato. §. 1. Duare. ff de fideiuſſor. cap. 7. Oldendorp. actio. forenſ. claſ. 4. actio. 24. nu. 4.* Idq; receptum eſt, cum ſæpe contingat nos abeſſe, nulli rerum noſtrarum adminiſtratione demandata: quæ ſanè damno afficerentur propter abſentiam, niſi amicus interdum vel interueniendo, vel gerendo, aliaue ratione ijs ſuccurreret. *l. ſi quis. 5. ff. de obligat. & actio. l. 1. de negoc. geſt. Iul. Paul. lib. 1. recept. ſent. tit. 4.*

508 Hunc effectum declaro I. Vt hac † actione conſequatur fideiuſſor non ſolum id, quod ſoluit, verum etiam damna & intereſſe, id quod clarum eſt ex *cap. 2. ext. de fideiuſſor.* vbi ſcribit Pontifex: Damna etiam, quæ propter hoc pertulit, reſarciri mandamus: *ex l. inter cauſas. §. impendia l. qua mutuum. in fin. ff. manda.* quamuis id ab initio expreſſè dictum
509 non fuerit: hoc namque natura ineſt † huic obligationi, fideiuſſorem ſine damno eſſe, nec aliter præſumi fidem ſuam

obli-

obligare voluiſſe, quàm hac cum ſecuritate, vt ſeruetur indemnis. *Bald. in l. conſtitutionibus. Cod. de vſur. Panor. conſil. 60. Celer. de proceſſ. execut. par. 4. cap. 1. nu. 88.* modo ipſius deſidiæ vel negligentiæ, ob intermiſſas forſitan exceptiones imputari nihil poſsit, *Panor. d. conſ. 60. Hippol. ad rub. de fideiuſſor. nu. 193.* vbi etiam damna caſu fortuito emergentia præſtari tradit *poſt Panor. d. conſil. 60. Innoc. in c. ſicut 27. de iureiur. Iohan. Andre. in cap. acceſſorium. de reg. iur. lib. 6.* Quo lo-
510 co monendum, in probatione † damni & intereſſe ſtari ſimplicis fideiuſſoris iuramento. *Hippol. de Marſ. in repet. rub. C.*
511 *de probat. nu. 142. Nicol. Bellon conſ. 75. num. 4.* qui tamen † ſi modum exceſſerit, iudicis moderationem ſuſtinere cogitur, ſecundum communiorem DD. ſententiam, & in foro receptam, *teſte Alber. de Roſat. & Iaſ. in l. iuſiurandum quod ex conuentione. ff. de iureiur. Alexand. conſil. 307. in vlt. dub. & conſ. 54. conſ. 67. vol. 2. Corne. conſ. pen. vol. 1. Felin. in c. veniens. col. pen. de teſtib.*

512 II. Declaro, vt locum † habeat, ſiue vltrò, ſiue coactè ſolutionem fideiuſſor fecerit. *l. idemq́; 10. §. fideiuſſores. 11. ff.*
513 *manda.* Quippe bonam † fidem agnoſcere conuenit, *l. ſi fideiuſſor. §. quadam manda. Nicol. Bellon. d. conſ. 75. nu. 4. & conſ. 77. num. 4.* nec præſtolandum ſemper præceptum iudicis, *accurſ. in d. §. ſi quid autem. Verb. ſoluerit. Inſtit. fideiuſſor. Vnde rectè IC. in d. l. idemq́; 10. §. fideiuſſores. 11. fideiuſſores,* inquit, & ſi ſine iudicio ſoluerint, habent actionem mandati. Idq́; adeò ve-
514 rum eſt, vt licet † indebitè fideiuſſor ſoluerit, nihilominus tamen etiamnum mandati actione ſolutum à debitore recuperare poſsit, *Bald. in l. venditor. §. ſolet. ff. de hæred. vel actio.*
515 *vend.* vbi per illum text. affirmat, fideiuſſorem † iniuſte condemnatum, ſi alioquin cauſæ non defuit, actione ſibi competente, contra principalem vti poſſe: ſufficit enim, ſe condemnatum eſſe ſine dolo ſuo, vel culpa, etiamſi per iniuriam ſuperioris, *Panor. conſ. 69. vol. 1. per l. exceptiones. de exceptio. & ibi Bart. per l. nam & Seruius. & ibi Accurſ. in verb. iudicium. de nego. geſt. Salicet. in l. ſi pro eo. in fin. C. mandat.* refert &

ſequitur Hippol. in d. rub. de fideiuſſor. nu. 286. cum pluribus ibidem adductis. Pet. Duen. reg. 337. ampliat. 1.

516 III. Declaro locum in tantum obtinere, vt ſi fideiuſſor † de iudicatum ſoluendo fidem ſuam dederit, (quo caſu aduerſus eum ſine nouo proceſſu parata intenditur executio: *latè Hippol. d. loco. nu. 362. 363. Coler. par. 2. ca. 3. nu. 43. cum ſeqq.*) ipſe ſummariè exactus, contra debitorem principalem ius paratæ executionis abſq; ordine iudiciali habeat, *Bart. in l. 1. nu. 5. ff. iudica. ſol. Bald. in l. fin. § 1. nu. 3. C. de Vſur. rei. iud. Angel. in l. cum eorum. nu. 3. C. de ſentent. & interloc. om. iud. & in l. cum vendente. C. vbi cauſa fiſca. Hippol. d. loc. nu. 362. Coler. d. par. 2. ca. 3. nu. 43. & par. 3. ca. 2. nu. 30.* Aliter di-
517 cendum videtur in fideiuſſore, qui contractibus † extraiudicialibus adhibetur. Cum enim in hunc parata non detur executio, vt receptior eſt interpretum opinio. *Bart. & DD. in l. 1. iudica. ſol. Alex. conſ. 131. nu. 7. vol. 2. & in l. cum filiusfam. nu. 9. de verbo. oblig. Iaſ. in l. 1. nu. 49. de reb. cred. Paul. de Caſtro in d. l. 1. nu. 3. iud. ſol. & in l. fin. § fin. C. de vſur. rei. iud. Hippol. d. nu. 362. cum ſeq. Corneus conſ. 211. lib. 3. Mynſing. obſ. cent. 4. obſer. 69. Coler. d. par. 2. ca. 3. nu. 43.* ergo nec ab ipſo in debitorem principalem exercebitur: cum iudicium hic non ſit commune. *Hippol. d. nu. 362.* Quod tamen in hoc con-
518 tractus fideiuſſore ita coarctamus, ſi nempe † ſe vnà cum principali obligaſſet, ad paratam executionem, tunc enim eſt, quod ſibi imputet. *Gratus conſil. 87. nu. 25. Aſinius in prax. iudic. §. 31. in 22.* extenſione ampliationis. *nu. 5. Coler. d. cap. 3. par. 2. num. 43. & ca. 2. ead. par. nu. 8. 9. 10.* ita exaudienda eſt contraria DD. ſententia, qui tradidêre, tam aduerſus fideiuſſorem contractus, quàm iudicij abſque ſolennitate & proceſſu paratam executionem eſſe inſtituendam, vt ſcilicet in fideiuſſore iudicij locum quidem habeat, in fideiuſſore contractus ita, ſi inſtrumentum adſit Guarentigionatum, vel executiuum, vbi ex propria obligatione fideiuſſor arguitur, *Marſil. d. loco. num. 362. cum ſeq. Coler. d. c. 3. nu. 43.*

IV. Decla-

519 IV. Declaro procedere, vt, ſi fortaſsis † debitor fideiuſſorem ſoluiſſe neget, ſufficiens ſit probatio, ſi creditor confiteatur ſolutionem ſibi factam eſſe, quo contra debitorem efficaciter experiri actione mandati poſsit, *Bartol. conſil. 160. incip. Titius promiſit. num. 1. 2. part. 1. Salic. Caſtren. Ludou. Roman num. 1. Alexand. Iaſ. num. 9. in l. in duobus reis. 28. §. 1. ff. de iureiur. Alexand. conſil. 90. num. 3. volum. 3. & conſ. 123. vol. 6. Cepolla. conſ. 12. Dec. in l. 2. §. fin. ff. de reb. cred. & in conſil. 493. num. 6. Matth. de Afflict. deciſ. 94. num. 3. & deciſ. 150. num. 35.* qui vniuerſi communem hanc exclamant, & in iudicando atq; conſulendo tenendam monumentis ſuis prodiderunt: quibus aſtipulatur *Felin. in c. ſi cautio. nu. 89. de fid. Inſtrum. Hipp. de fideiuſſ. nu. 265. 266. Roland. à Valle conſ. 17. num. 9. tom. 1. Alciat in l. ſolutionis in fi. ff. de verb. ſig. & in l. 1. in fin. C. de tranſactio. Tiraquell. de vtroq; retra. in tit. de retra. ligna. glo. 16. nu. 84. & de retra. conuen. glo. 7. nu. 17. Nicol. Bello. conſ. 75. nu. 6. & conſ. 77. nu. 7. Petr. Duen reg. 337. ampliat. 4. Laurent. Kirchouius in com. opin. verb. fideiuſſor. Baptiſta Villalob. ibid. lit. F. nu. 37. Matth. Coler. de proceſſ. execut. par. 1. cap. 10. num. 329.*
520 *cum ſeqq.* Nec moueat † nos, quicquid in contrarium aſtruxerit *Accurſ. & Bart.* ſibimet contrarius, *in d. l. in duobus 28. §. 1. de iureiur.* cum alijs, qui eos fuere ſecuti, quos recenſet *Hippol. d. loc. num 265.* Nec enim probabilem ſuæ opinionis afferunt rationem, vt ait *Hyppolit. num. 266.* & ipſiſsima veritas contrarium ſuadet, *teſte Alexand conſil. 9. num. 3. 4. volum. 3.* ſiquidem debitor de nullo poſsit conqueri incommodo, quaſi vel de nouo fideiuſſore ſibi ſit laborandum. Nam ſoluendi neceſsitas ipſi impoſita eſt: non igitur refert, ipſi creditori ſoluat, ſiue fideiuſſori, qui creditori ſatisfecit. Quinimò, commodum potius debitoris hic vertitur: Cum enim per hanc confeſsionem omnis creditori adimatur actio, non vtiq; habet, quod ab ipſo aliquam pertimeſcat executionem, cum expenſarum refuſione: quæ ſanè grauiores eſſent, & in ipſo recumberent ſolum, ſi primum executio fieret contra fideiuſſorem: & poſtea fideiuſſor ipſi litis bellum indi-

indiceret, quem per omnia damni expertem habere cogi-
521 tur, *l. quæ vtiliter. §. Titius. de nego. geſt.* Cautè verò † ab initio agendum monet Suarez, quem allegat *Coler. d. par. 1. ca. 10. nu. 332.* vt ſcilicet fideiuſſor in veſtibulo conuentionis ſibi à debitore caueri de indemnitate curet, hiſce verbis: Quotieſcunq; fideiuſſor petiuerit ſe extrahi ab obligatione. Tunc enim liberum erit fideiuſſori agere, quocunq; tempore voluerit, etiam antequam ſoluat, *l. ſi pro ea. & ibi Angel. de Peruſ. nu. 1. C. manda. ſequitur Coler. d. loco.*

522 V, Declaro, vt ſi reus debendi † inficiatus fuerit, mandatu ſuo fideiuſſorem, poſteaquam ſoluit, ipſius cauſa fidem ſuam interpoſuiſſe, cumque de mendacio conuicerit, duplum eius, quod ſoluit, ab ipſo exigere poſsit, *Pet. Duen. d. reg. 337. ampliat. 3. ex l. 11. tit. 18. lib. 3. fori Hiſpanici.* Quæ pœna mendacio digna eſt: quemadmodum & aliàs quoq; inficiationem legibus puniri reperimus, vt in actione legis Aquiliæ, quæ quidem in confeſſo ſimplo contenta eſt, in negante ſe damnum dediſſe duplum perſequitur. *l. inde Neratius. §. hæc actio ff. ad l. Aquil.* Sic inficiatus, † tumultus, incen-
523 dij, ruinæ, naufragij cauſa depoſitum, detecto mendacio,
534 dupli pœnam incurrit: Idem obtinet in eo, qui pijs † locis rem relictam eſſe negauerit, *§. fin. Inſt. de obl g. quæ ex qua. deli. naſc. Molinæ. in conſuet. Pariſien. tit. 1 §. 30. nu. 5. Anton. Gabriel. Roman. lib. 5. concluſ. tit. de acquir. vel amitt. poſſ. concluſ. 5. Iohan. Borcholt. de feud. ca. 8. nu. 116.* De alijs negationum ſpeciebus, eorumq; pœnis vide *Hippol. nu. 322. cum ſeqq.*

VI. Declaro, fideiuſſorem adeò ſine damno eſſe debe-
525 re, vt, ſi ad ſolutionem vrgeatur, etiam de bonis ipſius † debitoris ſoluere non ſit prohibendus, vt probè colligitur ex reſponſo *Vlpiani in l. ſi procuratorem. 8. §. ſi ignorantes. 7. in verb. ex ſubſtantia debitoris ſoluerunt*: *& ibi Bartol. Alberic. Bald. Salicet. & DD. ff. manda. ex Auth. qua in prouincia in fin. C. vbi de crim. agi oport. ex Authen. ſi captiui. C. de epiſ. & cle.* Quod tamen
526 † ita interpretamur, ſi facultates fideiuſſori tantæ non ſint, vnde exoluere poſsit, vt tandem in bona principalis manum immit-

immittat: *per d. Authen. ſi captiui. Cod. de Epiſ. & cler.* vbi dicitur: quod ille, qui alium redimit, ſi habeat de ſuo, ponat de ſuo: aliàs poteſt vendere bona redimendi cauſa iſtius captiui. & ita intellige *d. l. ſi procuratorem. 8. §. ſi ignorantes 7.* Secus iudicandum, ſi tantum habeat in bonis, vnde ſine grauiſsimo damno creditori ſatisfacere queat: in quam ſententiam peronatis, quod aiunt, pedibus itum eſſe teſtatur poſt multos, quos refert *Hippol. de Marſ. de fideiuſſo. nu. 364. Barto. in Auth. ſi captiui. C. de epiſc. & cler. & in d. Auth qua in prouincia. Fabian de emtio. & vendit. 3. part. princ. nu. 31. Gomeſ. d. ca. 13. tom. 2. var. reſol. in fin. & ibi Emanuel. Suarez. ſub lit. m. Roderic. Suarez. in l. 2. tit. de los emplazamientos. lib. 2. fori. in §. ſed pone quæſtionem. nu. 25. Pet. Duen. d. reg. 337. in ſexta ampliatione.*

527 VII. Declaro, vt fideiuſſor actionem † mandati intentare poſsit, quamuis reuera nondum creditori ſoluerit, ſed pecuniam obtulerit, conſignauerit, & in iudicio depoſuerit, vt extat *apud Hermogenianum in l. fideiuſſor. 64. ff. de fideiuſſor. & Papinianum in l. qui mutuam. 56. §. 1. ff. mandat.* Idem quoque

528 dicendum, ſi debitorem delegauerit. Nam & qui delegat, † ſoluit: Vnde delegatio ſolutionis inſtar eſt, *l. inter. 26. §. 2. ff. mando. l. 2. C. de nouat. Gothoſ. ad l. 8. §. 2. ff. ad SC Vell.* quapropter hic confeſtim mandati fideiuſſor agere poteſt. *l. qui debitorem. 18. ff. de fideiuſſo.*

VIII. Declaro, vt procedat non modo, ſi propter ob-

529 ligationem fideiuſſoriam ſoluerit, vt experiatur contra debitorem, ſed & † propter aliam quamuis, *l. tutor. 69. ff. de fideiuſſo.* vbi ſpecies plana eſt: Nam eo loci tutor datus eius filio, cui ex fideiuſſoria cauſa obligatus erat, à ſemetipſo exigere debet. Et quamuis tempore liberatus erit, (quia ſc. ad tempus fideiuſsit) tamen tutelæ iudicio eo nomine tenebitur: item hæres eius, quia cum eo ob tutelam, non ex fideiuſsione agitur. Et quamuis non quaſi fideiuſſor, ſed quaſi tutor ſoluerit, etiamſi tempore liberatus eſt, mandati actionem eum habere aduerſus reum promittendi reſpondit Triphoninus: Hæret enim in vtraq; cauſa adhuc illius debiti per-

ſecutio. Nam eius ſolutione liberabit reum promittendi obligatione, in quam pro eo fideiuſſerat: & non titulus actionis, ſed debiti cauſa reſpicienda eſt. Licet enim is tutor, qui fideiuſſor apud pupillum pro eo eſt obligatus, ſoluit, ſe auctore, pupillo, quia reo promittendi liberato, & ipſe tutor, idemq; fideiuſſor liberabitur, quod ſua auctoritate efficere non poteſt: tamen ſi non pro ſe ſoluendi animo, ſed pro Titio fecit, vt maximè eum liberet, habebit cum eo mandati actionem.

530 IX. Declaro, vt, ſi creditor † remunerandi animo fideiuſſori debitum remiſerit, fideiuſſor debitorem principalem nihilominus exigere poſsit, *l. idemq;. 10. §. fin. ff. manda.* Hæc enim remuneratio intuitu fideiuſſoris, non debitoris facta eſt, de quo & paulò poſt in XII. exceptione. Videatur & diſtinctio *Hippol. de fideiuſſor. num. 312.*

531 Excipe I. ſi fideiuſſor † pro inuito & vetante interceſſerit: nec enim tunc mandati actionem, nec negociorum geſtorum, nec quoq; vtilem dari reſponſum eſt à Paulo *in l. ſi pro te. 40. & ab Vlpiano in l. ſi remunerandi. 6. §. ſi paſſus. 2. ff. mandat.*

532 II. Excipe, ſi donandi † animo interceſſerit, *d. l. ſi re-*
533 *munerandi. 6. §. ſi paſſus 2* Quippe donare † eſt perdere. *l. filiusfam 7. in princ. ff. de donatio. l. contra. 29. §. fin. de pact. Bald. & DD. in l. 1. C. ſi aduerſ. donat.* Quod adeo procedit, vt nec hoc in caſu fideiuſſor exceptionibus reo competentibus aduerſus creditorem vti poſsit, cum mandati actio aduerſus reum nulla ſit, *Paulus in l. quod dictum. 32. de pact. Ludou. Bolognin. in repetit. rub. ff. de reb. cred. num. 21. Iacob. Cuiac. lib. 19. obſerua. cap. 29.*

534 III. Excipe, ſi conuentum fuerit, vt periculo † ſuo fideiuberet: ſanè nulla tunc dabitur actio. *d. l. ſi remunerandi. 6. §. Marius. 6. in fin. ff. manda. Accurſ. in §. ſi quid autem. Inſtit. de fideiuſſo. & in d. § ſi paſſus. 2.* nam lex conuentionis ſeruanda eſt. *l. 1. §. ſi conuenit. 6. Depoſ. l. contractus. 23. de diuerſ. reg. iur. antiq. c. contractus. ext. eod. in 6.*

IV. Ex-

535 IV. Excipe, ſi fideiuſſor † in rem ſuam interuenerit. *d. l. ſi remunerandi. 6. §. ſi paſſus. 2. ibi,* aut ſuum negocium gerens. Nam ſua tunc potius, quàm alterius intereſſe videtur, *arg. l. venditantem. C. de euictio. Petr. Duen. reg. 337. limitat. 3.*

536 V. Excipe, ſi pro turpi † cauſa fideiuſſum fuerit. Rei enim turpis mandatum nullum eſt, nec obligatorium. *d. l. remunerandi. 6. §. rei turpis. 3. l. ſi mandauero 22. §. qui aedem. 6. ff. mandat. §. illud. 7. Inſtit. eod. l. 25. §. 2. de contrah. emtio.* adeò, vt & ſolutum ex hac cauſa repeti non poſsit. *d. §. illud. 7. Inſtit. mandat.* Nam pro regula traditum eſt, Vbicunque dan-
537 tis † & accipientis turpitudo verſatur, datum non poſſe repeti. *l. 3 de condict. ob turp. cauſ.*

VI. Excipe, ſi exceptionem reo competentem oppo-
538 nere † ſciens prætermiſerit, *l. idemq́; 10. §. generaliter. 12. l. ſi fideiuſſor. 29. ff. manda.* Diſſoluta enim negligentia prope dolum eſt, *d. l. ſi fideiuſſor. 29. l. 1. §. 2. ff. ſi is qui teſta. lib.* vel dolo comparatur. *l. 1. §. 1. ſi mens. falſ. mod. dix.* quæ non faciendo etiam contrahitur. *d. l. 1. §. 1. ſi menſ. falſ. mod. dix. l. ſi*
539 *ſeruum. 91. de verb. oblig.* Si verò exceptionem † reo competentem, veluti pacti conuenti, vel aliam ignorauerit: nihil ei imputabitur, ſed actio mandati nihilominus competet, *d. l. ſi fideiuſſor. 29. verſ. vbi verò ignorauit, & verſ. pari ratione. l. ſi procuratorem 8. §. ſi ignorantes. 7. cum ſeq. ff manda.* quia ignorantia hæc ſupina non eſt, *Bart. in d. l. ſi fideiuſſor.* & certè potuit atq; debuit reus promittendi de exceptione certiorem reddere fideiuſſorem ſuum, ne forte ignarus ſolueret indebi-
540 tum: nemo † enim diuinare cogitur, *d. l. ſi fideiuſſor. 29 in princ. & §. 2. l. 31. in fin. ad l. Aquil.* idem iudicandum, ſi fide-
541 iuſſor † ex ſua perſona exceptionem omiſerit, qua reus vti non poterat: indignum quippe foret, eum propterea actione excludi, cum debitor abſque hac exceptione ad ſolutionem adigi potuiſſet, *d. l. idemq́; 10. §. generaliter. 12. mandat.* Hac de re vide Accurſ. & Salicet. *in l. pro ea. Cod manda. Angel. in d. §. ſi quid autem. Inſtit. de fideiuſſ. aliquid apud Petr. Coſtal in*

aduerſ. pandect. ad d. l. idem ꝗ. 10. §. generaliter. 12. & in d. l. ſi fideiuſſor. 29 §. quadam. manda.

542 VII. Excipe, ſi fideiuſſor † iniuria condemnatus ab iniqui iudicis ſententia non prouocauerit, ſed vltrò ſoluerit: Nam de ſuo liberalis fuiſſe iudicabitur, nihilque ei iure mandati præſtabitur. *l. exceptione. 67. de fideiuſſo. l. ſi pro ea. 10. in fin C. manda.*

543 IIX. Excipe caſum † *in l. ſi ex duobus. 14. §. quoties. ff. iudic. ſol.* quo in loco ob rem non defenſam contra fideiuſſores agitur. Nam ſi fideiuſſores propter ſtipulationem commiſſam ſoluere ſunt parati: prouidè hic agant, exigendo cautionem ab actore de non proſequenda lite contra debitorem principalem. Quod ſi intermiſerint, & ſoluerint actori, cautione non recepta: mandati actionem contra debitorem non habent, cum ex ſua ſolutione reum eſſe liberatum, oſtendere nequeant. *Accurſ. & Bart. d. §. quoties. Iaſ. in addit. ad Porc. d. §. ſi quid autem. Inſtit. de fideiuſſor.*

544 IX. Excipe, ſi fideiuſſor † purè fideiuſſerit & ſoluerit pro reo, qui in diem obligatus erat: vel ſi in diem fideiuſſerit, & ante diem ſoluerit. Interim enim mandati actio non eſt, ſed tum demum, cum dies venerit, *Paulus in l. ſi mandauero. 22. in princ. & §. 1. & ibi Bart. Iauolen. in l. fideiuſſor. 51. mandat.*

545 X. Excipe, ſi fideiuſſor † mandato teſtatoris, cui hæres extitit, pro alio fidem ſuam interpoſuit: Teſtator enim intelligitur grauare voluiſſe hæredem, vt pro illo fideiuberet, & ſi ſolueret, minimè repeteret, *p. l. tribus. 8. ff. de vſufruct. ear. rer. quæ vſu conſum. Bald. in l. ſi pro ea C. manda. Bolognin. in repet. rubr. de reb. cred. num. 21. Iaſ. in l. quod dictum. num. 10. de pact. & in l. indebitam. num. 1. in 1. notab. de condict. indeb. & in l. ſi res obligata. num. 21. l. ſi fideiuſſor. num. 6. de lega. 1.* vbi reſtringit,

546 † ſi fideiuſsio ingens damnum afferret, *Petrus Coſtal. in l. ſi quis mandatu. 28. de nego. geſt.* vbi ait, hanc opinionem veriorem eſſe, licet nonnulli improbent. *Vide Petr. Duen. d. reg. 337. in vltima limita.*

XI. Ex-

547 XI. Excipe, ſi fideiuſſor, † creditori hæres extiterit. Nam quæri poterat, an, quaſi ipſe à ſe exegerit, habeat aduerſus reum mandati actionem? Sed reſpondit Africanus, cum reus obligatus maneat, non poſſe intelligi ipſum fideiuſſorem à ſe pecuniam exegiſſe. Itaq; fideiuſſor ex ſtipulatu potius, tanquam ſtipulatoris hæres, quàm mandati agere debebit. *l. hæres. 21. §. fin. de fideiuſſo.* Verum oppugnamur
548 † reſponſo Pomponij *in l. ſi ei. 11. ff. mandat.* vbi ſcribit: Si ei, cui damnatus ex cauſa fideiuſſoria fueram, hæres poſtea
549 extitero, habebo mandati actionem. Sed iſtud contrarium † ita diluendum eſt, vt dicamus *in d. l. ſi ei. 11.* fideiuſſorem primo in iudicio exactum, & creditori condemnatum fuiſſe, propter quam condemnationem reus fuit liberatus actione ex ſtipulatu, qua tenebatur ipſi creditori: non verò liberatus fuit ob id, quod fideiuſſor creditori ſucceſſerit. Cum igitur actio ex ſtipulatu non ſuperſit, æquum eſt, mandati actionem competere, *Ludou. Charon. ad d. §. fin. Cuiac. tracta. 7. ad Africa. in explic. d. §. fin. pag. inibi 373.*

550 XII. Excipe, ſi fideiuſſori à creditore † donandi animo, accepto factum eſt, hoc eſt, actio remiſſa eſt, fideiuſſor aduerſus debitorem principalem mandati iudicium non ex-
551 ercebit, *l. ſi verò. 12. in prin. ff. manda.* Cui parum † reluctatur *l. inter cauſas. 26. §. ſi is qui. 3. eod.* quia ibi non à creditore fideiuſſori accepto latum eſt: ſed alius animo donandi fideiuſſori, numerauit debitum creditori. Non item obſtabit
552 † *l. idemq́;. 10. §. fin. manda.* quia ibi creditor remunerari voluit fideiuſſorem, nec de pura donatione eo in loco apparet. Quod cum ſolum fideiuſſoris perſonam concernat, ideo ad debitorem principalem applicari non debet. Rectè igitur mandati dabitur actio. Vide & diſtinctionem *Hippol. nu. 312.* quæ ſecundum ea, quæ iam diximus, intelligenda eſt.

553 XIII. Excipe, ſi pro eo, qui † naturaliter tantum obligatus erat, fideiuſſor fidem dederit, vt pro pupillo, ſic & furioſo, prodigo: Nam & hic mandati actionem denegari ex Marcello refert *Vlpia. in l. Marcellus. 25. ff. de fideiuſſor.* de quo

ſupra *ca tertio circa princ.* pluribus à nobis dictum eſt.

554 XIV. Excipe, ſi nondum † ſoluerit pro debitore *l. ſi pro ea. 10. C. manda.* Quod vt latius explicetur, talem conſti-
555 tuamus concluſionem: Fideiuſſor ante ſolutionem † actione mandati contra reum principalem pro liberatione experiri nequit. *d. l. ſi pro ea. 10. C. manda. l. Lucius. 38. ff. eo. c. fin. ext. de fideiuſſo.* Concluſionis ratio eſt, quia mandatum
556 † intelligitur contractum eſſe non modò de fideiubendo, ſed etiam de ſoluendo, quod ſemper illi ineſſe ſolet. *l. indebitam de condict. indeb.* item damno exponeretur reus debendi, ſi fideiuſſor ſe liberari peteret, antequam à creditore interpellaretur, quandoquidem difficultate noui fideiuſſoris inueniendi excluderetur: nec longè abeſſet, quin fideiuſſor perfidiæ, præcipitando debitorem, argueretur, *per l. in commodato. 17. §. ſicut 3. ff. commoda. Accurſ. in l. ſi pro ea. 10. per*
557 *eund. text. C. manda.* Sic receptum eſt in vno † ex pluribus ſocijs, qui in ſolidum pro debito ſe obligauit. Is enim, antequam exolutionem fecerit, aut iudicis ſententia damnatus fuerit, ad agendum non admittitur, *l. certum. 13. & ibi Bald.*
558 *C. fam. herc.* Indemnitatis † tamen cautionem exigere poterit, *l. frater a fratre. & ibi Angel. Alex. Iaſ. Coſtal. de condict. indeb.* Sed ab hac concluſione eximuntur aliquot caſus, de quibus poſt textus ordinarios ibidemq; interpretes ediſſerunt e recentioribus *Bart. Socinus in reg. 148. Matth. de Afflictis in conſtit. Neapol. lib. 3. rub. 12. nu. 11. Hippol. de Marſil. in rub. de fideiuſſo. nu. 216. vſq; ad nu. 227. & nu. 295. Anton. Gomez. tomo 2. ca. 13. de fideiuſſorib. nu. 10. remiſſiuè Petr. Duen. reg. 336. Guido Papa deciſ. 117. Addit. ad Chaſſan. conſuetud. Burgun. rub. 5. §. 2. nu. 25. fol 823. Iohann. Coraſ. in repet. l. frater à fratre. §. quæſitum. nu. 37. cum ſeqq. ff. de condict. indeb. Nic. Bellon. in §. ſi quid autem. nu. 3. & ibi DD. Inſtit. de actio. Cyrill. Fulgeo. in ſum. crim. rub. de fideiuſſo. §. 4. nu. 4. ad fin. Andreas Geyl. lib. 2. obſer. 29. VVeſenbec. ff. de fideiuſſ. nu. 6. Matthias Colerus in tracta. de proceſſu execut. par. 1. ca. 10. nu. 318. cum ſeqq. Nicola. Vigel. in metho. iuris ciuil. quæſt. 1. excep. 1. & in meth. obſer. Cameræ Imp. lib. 3. cap.*

25. de

25. de fideiuſſor. reg. 4. quos & ordine nos recenſebimus.

559 PRIMVS caſus eſt, ſi fideiuſſor, † debitore ſolutionem de die in diem procraſtinante, in obligationis nexu diu hæſerit, textus expreſſus *d. ca. fin. de fideiuſſo. l. ſi pro ea. 10.*
560 *C. manda. l. Lucius. 38. §. 1. ff. eod.* Nec enim † fideiuſsio perpetua eſſe debet, ne ſemper ſolutionis ſit pertimeſcendum periculum. *l. ſi mora. vbi Zaſ. in vlt. notab. per illum tex. ſol. matrim. Coler. par. 1. cap. 10. nu. 310.* & omni momento in ancipiti quis fluctuare cogatur. *l. ſi is à quo. in fin. vt in poſſ. ff. legat.* ac intereſt noſtra, maturius interdum obligationis vinculo liberari, vt eſt Salomonis conſilium *prouerb. 6.* Fili, inquit, ſi ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneum animam tuam: illaqueatus es verbis oris tui, & captus proprijs ſermonibus. Fac ergo, quod dico, fili mi, & temet ipſum libera, diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum, &c. Quamuis verò ambigi queat, quàm diu fideiuſſorem in obligatione perſeueraſſe oporteat, vt liberationem condicere poſsit, *propter gloſſ. in l. ſi cum fideicommiſſa. 16. §. Ariſto. 3. ff. qui & à quib. in verb. decennio. per illum text. & in l. pen. & l. fin. C. de præſcript. long. temp. & in l. 1. §. quod autem. verb. actio ff. de ſuperfic.* quæ huius rei decennium præfinit: cum tamen ibi textus in
561 caſibus diuerſis loquantur: rectius † id arbitrio iudicis decernitur, *gloſſ. in d. cap. fin. in fin. de fideiuſſor. per l. 1. §. fin. de iure delib. Accurſ. in d. l. Lucius. 38. in l. ſi pro ea. 10. & ibi Bald. num. 12. gloſſ. in cap. 2. verb. non modicum. de reb. Eccleſ. non aliena. gloſſ. in clem. 1. in verb. fin. eod. Panor. d. cap. fin. in fin. de fideiuſſor. Angel. de Peruſ. Alberic. de Roſa. Odofredus & DD. in d. l. Lucius. 38. Roſred. in forma libell: ſuper actio. mandat. contrar. in fin. Iaſ. in l. ſi pœnam. nu. 7. de verbor. obligat. Ruin. conſ. 187. in fin. lib. 1. Socin. reg. 148. num. 3. Gomeſ. d. ca. 13. num. 10. Coraſ. d. l. frater à fratre. ... ſitum. nu. 38. Bellon. d. §. ſi quid autem. nu. 4. & ibi Schneid. nu. 4. Mynſing. num. 5. Inſtit. de fideiuſſo. Afflict. deciſ. 241. num. 3. Cyrill. Fulgeo. in ſum. crim. rubr. 13. de fideiuſſor. §. 4. num. 4. in fin. Guid. Papæ quæſt. 117. nu. 1. Geyl. d. obſer. 29. nu. 6. Menoch. de arbitr. iud. quæſtio. lib. 2. cent. 1. caſu. 41. nu. 3. VVeſenbec.*

hec. de fideiuſſo. num. 6. Coler. d. cap. 10. par. 1. num. 319. niſi
562 forſitan ſtatuto † certum tempus ſit comprehenſum, vt Papiæ annus, Ferrariæ biennium. *Menoch. d. caſu 41. num. 4. 5.*
563 Illud tenendum, ſi hoc caſu agatur, fideiuſſorem † ad liberationem ſolum, non ad numerationem pecuniæ, ſeu exolutionem in libello concludere debere, *l. ſi quis mandato. ff. de neg. geſt. Geyl. d. obſ. 29. nu. 5. Schneiden. d. §. ſi quid autem. nu. 4.*
564 *Inſt. de fideiuſſ.* Hunc caſum limita in fideiuſſore † euictionis alicuius rei, quæ euicta nondum eſt. Nam promiſsio euictionis à fideiuſſore facta, conditionalis eſt, nec prius fideiuſſorem obligat, quàm res euicta fuerit: quapropter & huiuſmodi fideiuſſor non niſi re euicta, conueniri poteſt: ita pronunciatum eſt à ſcabinis Lipſenſibus anno 1572. menſe Octobri. Euictione igitur nondum ſecuta, fideiuſſor haudquaquam allegare poteſt, ſe diu in obligatione ſtetiſſe, & per conſequens nec agere poteſt. Neceſſe enim eſt, vt prius obligetur quam liberetur: ſed nondum eſt obligatus: quippe cum incertum ſit, vtrum res euincatur: ideoq; nec moram adhuc contraxiſſe fideiuſſor intelligitur. *Bald. in d. l. ſi pro ea. 10. nu. 5. C. manda. Bart. Bald. Imola. in l. facere poſſe. ff. ſol. matrim. Hippol. d. loco. nu. 225. Gomeſ. d. ca. 13. nu. 10. verſ. ſecundo infero. Geyl. d. obſeru. 29. nu. 6. Petr. Coſtal. in l. ſi quis*
565 *mandatu. 28. de nego. geſt.* ſicuti & emtor † conuentus euictionis nomine, licet ſit condemnatus, vel diu ſteterit in obligatione, non agit aduerſus venditorem, niſi res verè ſit ablata. *l. habere licere ff. de euict. l. 3. C. eod. tit.* Idem in alijs obligationibus in diem, vel conditionalibus dicendum. *d. l. facere poſſe. ſol. matr. Gomeſ. d. nu. 10. verſ. et quo primo infero. Socin. reg. 147. nu. 1.* Vnde Gomeſius & iſtud extruit, fide-
566 iuſſorem tutoris † vel curatoris non poſſe ad liberationem agere ante finitam tutelam vel curam. Quod tamen mihi intellectum habere videtur, ſi nullum ſubſit periculum. Si quid enim grauius timeatur, conſultius eſt, in tempore prouidere, quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere, cum præſertim tutores haud rarò liberius in bonis pupillo-

rum

rum verſari ſoleant. Plures huius caſus limitationes tradit
Socin. reg. 147. quæ tamen omnes ad rem rectà collimare
nôn videntur. Et hic eſt primus caſus: in quo, cum in Ca-
mera Imperij quæſtio de eo oborta eſſet, citationem & pro-
ceſſus fuiſſe decretos, *teſtis eſt Geyl. d. obſeru. 29. nu. 1. 2.*
567 Secundus caſus eſt, ſi reus debendi ſuo † largius vti, ac
bona profundere & abligurire, ſeu labi facultatibus cœpe-
rit, *d. ca. fin. de fideiuſſo. d. l. Lucius 38. §. 1. ff. manda. d. l. ſi pro
ea. 10. C. eod. Chaſſane. in conſuet. Burgun. rub. 5. §. 2. nu. 26.
fol. 823.* Nam & hîc tempeſtiuè fideiuſſor ſibi vigilare, &
antequam creditori ſatisfecerit, debitorem conuenire po-
teſt, ne mora in ſuam ipſius perniciem redundet, *per l. pupil-
lus. 24. ff. quæ in fraud. cred.* Quod declaro, vt locum habeat in
568 dilapidatione † magna, ex qua fideiuſſor præſentiſsimum
veretur damni periculum, *per l. planè ſi. ff. vt in poſſeſſ. lega.
Geyl. d. obſeru. 29. nu. 7.* Deinde declaro, vt procedat in dila-
569 pidatione † fideiuſsionem ſequente. *d. l. planè ſi. Geyl. d. obſer.
29. nu. 9.* Et his caſibus rectè iudex aditur ad cogendum
debitorem, vt fideiuſſorem obligatione exuat: ſi minus, vt
bonis eius executio denuncietur, *gloſſ. in d. l. ſi pro ea. verb. fe-
ceris. d. l. Lucius. d. c. fin. & ibi Panor. Coler. d. ca. 10. nu. 320.*
Sed caſum hunc coarctamus tribus modis.
570 I. Vt locum non habeat † in prodigalitate modica, *Geyl.
d. obſer. 29. nu. 8.* Nam in modicis † iacturam vel damnum
571 floccipendimus. *l. ſi merces §. vis maior. ff. locat.* ſicut & modi-
572 ca † diſtantia & mora pro nulla exiſtimantur. *l. 3. ff. de repud.*
573 II. Reſtringimus, ſi prodigalitas † fideiuſsionem præ-
ceſſerit, nôueritq́; fideiuſſor, tempore fideiuſsionis ſuſceptæ,
reum diſsipando atq; exorbendo in bona ſua graſſari: certè
non eſt, quod conqueratur fideiuſſor. *l. ſi ab arbitro. ff. qui ſa-
tiſda. coga.* ſed facilitati ſuæ acceptum referat, *l. ſi is à quo. in
fin. ff. vt in poſſeſſ. lega. l. ſi creditores. ff. de priuil. credit. l. qui bona.
§. de illo. de dam. infe. Coraſ. in d. l. frater à fratre. §. quæſitum. nu.
38. Geyl. d. obſeru. 29. nu. 9.* qui tamen ibidem *num. 11. verſ.
quid autem.* ſibi ipſi quodammodo contradicere mihi videtur,

III. Reſtringimus, ne locum ſibi vendicet, quando de-
574 bitorem † profuſionis pœnituerit, iſque ad bonam frugem redierit. *Bald. in d. l. ſi pro ea. 10. quaeſtion. 8. Cod. manda.* quemadmodum in ſimili videmus, licet filius ob ingratitudinem exhæredari poſsit, ſi tamen pœnitentia ductus ante obitum patris, vel ante elogij ſupremi ordinationem ad bonos mores reuerſus fuerit, exhæredationem vires non habere, *Bart. in l. 3. §. fin. de adim. lega. Alexand. in l. 1. ſol. matr. Iaſ. in l. ius autem ciuile. de iuſtit. & iur. Hippol. d. rub. de fideiuſſo. num. 220.* Nam ceſſante cauſa, ceſſat effectus, *ca. cum ceſſante. de appella. l. generaliter. C. de SS. Eccleſ. l. 1. in fin. de donatio. l. adigere. §. quamuis. de iure patron.*

575 Tertius caſus eſt, ſi fideiuſſor ad ſoluendum † condemnatus fuerit in iudicio: nam & tunc antequam ſoluat, aduerſus reum agere poteſt. *d. ca. fin. de fideiuſſor. d. l. Lucius. 38. §. 1. ff. manda. l. fideiuſſor. 45. ff. de fideiuſſo. vide Corneum conſil.*
576 *111. in lit. D. in 4. parte*: modo ſua culpa † non condemnatus fuerit: alioquin mandati actione parum conſequetur, ſibique ſolum ſententia nocebit, cui ſua culpa cauſam præbuit. *l. exceptione. 67. ff. de fideiuſſo. Coraſ. d. l. frater à fratre. §. quaeſitum. nu. 42. Duare. ff. de fideiuſſo. ca. vlt.*

577 Quartus caſus eſt, ſi certo † conſtiterit, fideiuſſorem de proximo iudicis ſententia condemnatum iri, veluti ſi iam in cauſa concluſum foret: *Bald. in l. ſi pro ea. 10. Cod. manda. in 6. q. Iaſ. in l. diuortio. §. interdum ſol. matrimon. Hippolyt. d. loc. num. 216. in fin. Socin. reg. 148. num. 2.* quemadmodum & aliàs in multis proximè agendum habetur pro acto, *l. penul.*
578 *de teſtam. mil.* Sic proximè ſententia † condemnandus habetur pro condemnato, *per l. qui plenè. §. Diuus Pius. de manumiſſ.*
579 ſic pœna † conſtituta offendenti ſcholarem matriculatum comprehendit etiam hunc, qui offendit eum, qui mandato Rectoris fuit immatriculandus, *Angel. in l. ex eo tempore. de*
580 *teſta. mil. Alex. l. ſi id quod. in prin. de iuriſdict.* Sic de proximo † banno proſcribendus habetur, pro iam proſcripto, vt impunè offendi poſsit, *Paul. de Caſt. in l. 3. §. ſi ſeruus. de acquir. poſſ.*

quod

581 quod tamen † vix admittendum eſt, *Alex. in eadem l. 3. §. ſi ſeruus. Hippol. d. loco nu 218.* Nam in odioſis ſtrictiore ſolemus
582 vti interpretatione *c. odia. de reg. iur. lib. 6.* Sic baſilica † breui conſecranda, pro conſecrata reputatur, & Eccleſiæ priuilegijs fruitur, *Panor. in c. Eccleſia. in 3. nota. per illum text. ex. de immun. Eccleſ.*

583 Quintus caſus eſt, ſi fideiuſſor † inſtrumento guarentigionato, vel quod ex ſtatuto paratam habet executionem, obligatus fuerit. Nam ſi timenda eſt executio, ante ſolutionem fideiuſſor debitorem meritò conuenit, *Bart. in l. fideiuſſor. 45. nu. 2. ff. de fideiuſſor. Cyn. in l. certum. nu. 2. C. famil. herc. Bald. & DD. in l. ſi pro ea. 10. C. manda. nu. 7. 8. 9. & ibi Salice. nu. 8. Iaſ. in l. ſi qua mulier. nu. 23. C. de SS. Eccleſ. Hippol. in d. rub. de fideiuſſ. nu. 216. & nu. 293. Socin. reg. 147. nu. 9. & reg. 148. nu. 2. Guido Papæ quæſt. 117. nu. 2. Chaſſana. in conſue. Burg. rub. 5. §. 2. nu. 26. 27. And. Geyl. d. obſ. 29. nu. 12. VVeſenb. de*
584 *fideiuſſ. nu. 6. Coler. d. ca 10. nu. 322.* Guarentigia † (vt obiter hoc moneamus) dicitur præceptum factum à tabellione publico, partibus confitentibus, & conſentientibus, vt obſeruent inſtrumento contenta. *Vide Tiraq. in commentarijs conſuetud. Picta. tit. de Notaries. §. 1. gloſſ. 2. in verb. Cariſſ. ſontiuges quantace: idem in tracta. conſtituti poſſeſſorij, par. 3. limit. 30. nu. 48.* Hinc inſtrumenta Guarentigionata, hoc eſt, confeſsionata,
585 *vt eſt in addit. ad d. deciſ. 117. Guid. Pap. ſub. lit. A.* Ratio † igitur: cur fideiuſſores hoc caſu ad liberationem experiri poſſint, ea eſt, quod huiuſmodi inſtrumento obligati pro condemnatis habentur: & ipſa inſtrumenta vim ſententiæ præ ſe ferunt, *Bart. in l. 1. C. de Confeſſ. Guid. Papæ d. quæſt. 117. nu. 2. quo facere videtur l. ſi mandato meo. 45. §. ſi iudicio. 3. ff. manda.* vbi fideiuſſor, qui promiſit iudicio ſiſti, & iudicatum ſolui, poſt ſtipulationem commiſſam, ſtatim aduerſus reum debendi ire poteſt, quandoquidem parata executio ipſi ſit præ
586 foribus. Reperiuntur tamen, qui contrarium † mordicus propugnent, cum aliàs fideiuſsio debitori damno potius eſſet, quàm emolumento, *arg. l. in commodato. §. ſicut. ff. commoda.*

moda. Imola in d. l. fideiuſſor. 45. de fideiuſſo. Suarez in l. poſt rem iudicatam. in declarat. leg. reg. in verb. viſum eſt ſupra num. 11. 13. Gomeſ. d. c. 13. num. 10. in fin. Anton. Maſſa in forma Cameral. obligat. par. 3. tit. de perſona petente executionem: num. 5. qui refert, idem tenere Alexand. & Caſtrenſ. in d. l. fideiuſſor. 45. quorum
587 ſententia vera † eſſe poteſt, quando fideiuſſor è veſtigio, ſine congrua temporis intercapedine, ſe ab obligatione liberari efflagitaret: aut ageret, antequam dies ſolutionis veniſſet: tum enim debitori omnis auferretur commoditas, idque de mente eſt interpretum modò relatorum: ſecus eſt, ſi fide-
588 iuſſor † diu in obligatione fuerit, & inſtrumentum ipſi iam executionem minetur: tunc enim, vt tempeſtiuè ſibi proſpiciat, nemo ipſi vitio vertere poterit, vide eleganter *Coler. d. ca. 10. num. 324. cum ſeqq.* vbi pluribus hanc defendit opinionem.

589 Sextus caſus eſt, ſi fideiuſſor † ob moram rei principalis in carcerem detruſus fuerit: Quanquam enim nondum ſoluerit, ſe tamen & obligatione & carcere liberari, damnumq; inde acceptum reſarciri, petere non prohibetur, *Bald. in cap. ex reſcripto. in fin. de iureiur. & in l. 2. nu. 6. Cod. manda. per l. ſi quis mandato. ff. de negoc. geſt. Hippol. d. rub. num. 216. Coler. d. cap. 10. part. 1. num. 323.*

590 Septimus caſus, ſi ab initio † contractus inter debitorem & fideiuſſorem ita conuenerit, vt ante ſolutionem agere liceret. *d. l. ſi pro ea. 10. C. manda.* conuentio namque contractibus legem præſcribit, *l. contractus. 24. de reg. iur. cum ſimil.*

591 Octauus caſus, ſi ad certum † vſque tempus fideiuſſoria obligatio coarctata atque concepta eſt, illudque iam ſit finitum. Quid enim fidei humanæ tam congruum eſt, quàm ea, quæ placuerunt, ſeruare? *l. 1. ff. de pact. Geyl. d. obſeru. 29. num. 14.*

592 Nonus caſus eſt, ſi fideiuſſor † pecuniam in obligationem deductam in iudicio obtulerit, conſignauerit, & penes iudicem depoſuerit: & hîc confeſtim mandati agere poteſt, *Papinian. in l. qui mutuam. 56. §. 1. ff. manda. Hermogenianus in l. fideiuſſor.*

fideiuſſor. 64. ff. de fideiuſſor. Talis enim depoſitio ſolutioni æquiparatur, ac fideiuſſorem obligatione liberat, *l. obſignatione. C. de ſolution. l. acceptam. C. de Vſur. Hippol. d. num. 216. Coraſ. in d. l. frater à fratre. § quæſitum. nu. 39.* qua de re infra pluribus.

593 Decimus caſus, ſi fideiuſſor † creditori debitorem alium quamuis minus idoneum, delegauerit, *Paulus in l. inter. 26. §. abeſſe. 2. ff. manda.* Nam & qui delegat, ſoluere intelligitur: vnde mandati actionem habet. *l. qui debitorem. 18. de fideiuſſor. l. 2. C. de nouatio. l. quamuis. 8. §. interdum. 3 ff. ad SC. Vell.*

594 Vndecimus caſus, ſi fideiuſſor † cum creditore debitum compenſauerit, id quod ipſi licitum eſt. *l. ſi quid. 5. de compenſat.* cum ſatius ſit non ſoluere, quàm ſolutum repetere. *l. 3. de compenſat.* Nam cum compenſatio inſtar ſolutionis ſit, *l. ſi debitor. 4. ff. qui potio. in pig.* ideò rectè contra debitorem mandati actionem exercebit, *per l. amplius. 15. ff. rem rat. habe.*

595 Duodecimus caſus, ſi fideiuſſor † à creditore per acceptilationem, remunerandi cauſa liberatus fuerit, hoc eſt, ſi creditor ait, ſe acceptum habere id, pro quo fideiuſſor interceſſerat, licet nihil ſolutum ſit. *l. 1. ff. de acceptilat.* Nam & hic actio fideiuſſori competit, perinde ac ſi ſoluiſſet, cum acceptilatio vice ſolutionis habeatur. *l. idemq́;. 10. §. fin. ff. manda. Coraſ. d. §. quæſitum. num. 41. vide Hippol. num. 312.* qui diſtinctione rem temperat, de quo & paulò ante.

596 Decimus tertius caſus, ſi fideiuſſor † nouandi animo interceſſerit, (quem caſum ſeparamus ab eo, vbi de delegato debitore agimus) Nam & nouatio pro ſolutione eſt, & proinde actionem ſuppeditat. *l. ſi mandato meo. § in iudicio. ff. manda. per plura Geyl. d. obſer. 29. nu. 16. 17. Socin. reg. 147. nu. 6.*

597 Decimus quartus caſus eſt, ſi ſtudioſus † vel ſcholaris pro alio fidem ſuam interpoſuerit, iſq́; ſtudiorum gratia ad peregrinas ire terras, vel ad alias ſe recipere velit Academias: vel alius quiſpiam ex vtili & neceſſaria cauſa abſuturus ſit: quo caſu, vt fideiuſsione eximatur, iuſtam habet petendi cauſam, *Specula. tit. de iudic. §. 3. & in tit. de fideiuſſo. §.*

 ſpecialia

ſpecialia verſ. ſi verò fideiuſſor. Panor. d. cap. fin. num. 4. de fideiuſſo. Roman. ſing. 101. Socin. d. reg. 147. num. 5. Hippolyt. d. loco num. 216. Chaſſana. in conſuet. Burgun. rubr. 5. §. 2. num. 28. fol. 823. Geyl. d. obſeru. 29. num. 15. Schneideuin. d. §. ſi quid autem. num. 4. & ibi Angel. num. 4. per l. filiuſfam. 8. §. fin. in fin. ff. de procurat. l. licet. 15. de recept. qui arbit. recip. l. ſi longius. 18. de iudic.

598 Decimus quintus caſus, ſi fideiuſſor coram iudicis † tribunali promiſit aliquem iudicio ſiſti, & iudicatum ſolui. Nam commiſſa iam ſtipulatione, cum ipſi excutio iam immineat, contra reum debendi protinus agere poteſt, vt & ſuperius meminimus, *per l. ſi mandato meo. 45. §. ſi iudicio. 3. ff. manda. Hippol. d. num. 216. Coler. d. cap. 10. num. 322.*

599 Decimus ſextus caſus, ſi exortæ ſint inimicitiæ † atque odia inter fideiuſſorem & debitorem culpa debitoris: nam & hic ante ſolutionem fideiuſsioni renunciare atque agere ad liberationem permiſſum eſt. *Ludo. Roma in l. facere poſſe. 28. ff. ſolut. matrim. Hippol. d. num. 216.* vbi adducit auctoritatem Iohan. Andreæ in addit. *ad Specul. tit. de iudic. §. 1. col. pen. in addit. incip. hic not.* quod cum lex illa, &c.

600 Decimus ſeptimus caſus eſt, ſi quis alterius negocia † geſſerit, ſeque eo nomine obligauerit, antequam ſoluat, agere poteſt. *l. ſi quis mandatu. 28. & ibi Caſtal. in princ. de nego.*
601 *geſt.* Vt & procurator † rem emens domino, antequam precium dederit, conuenire dominum, vt ipſe precium expendat, poterit. *Lud. Roma. d. l. facere poſſe. 28. ſol. matrim. Hippol. d. rubr. num. 226.* Et ſatis de hac concluſione.

602 SEXTVS effectus: fideiuſſor † pro debitore principali in ea cauſa, in qua interuenit, teſtimonium ferre non poteſt. *Bald. Imola & Alex. Iaſ. in l. ſi cui legitur. §. fin. ff. de lega. 1. Stepha. Aufrer. de reproba. teſt. nu. 45.* qui hanc communem renunciat: *Hippol. ad rub. de fideiuſſor. num. 381. Lancellot. Conradus in pratorio & curiali breuiario, lib. 1. cap. 9. §. 2. de officio prætor. in cauſ. ciuili rub. perſonas teſtium aggrediendo. nu. 56. Albericus de Maletu in tracta. de teſtib. cap. 4. num. 51. Lanfran. de Oriano eod. num. 88. Iohan. Crotus eod. tracta. par. 4. num. 97. Iohann. Campegius*

gius ibid. reg. 73. Chilianus in proceſſ. iudicia. cap. 75. nu. 13. Ioſeph. Maſcard. in tracta. de probat. volum. 2. concluſ. 784. nu. 1. Intereſt enim fideiuſſoris, debitorem in ea cauſa victorem euadere: ne ſi ſuccumbat, ſibi poſtea vel ſoluendum ſit, vel iudicium ſubeundum, cum temporis & ſumtuum diſpendio. *l minoribus. 6. ff. de minor. cap. 2. de arbit. Stephan. Aufrer. d. loco nu. 45. Iuſtus Reuberus de teſtib. par. 3. nu. 45. Chilian. d. nu. 13.*

Quod declaro primò tanto magis procedere, ſi tem-
603 pore † litis conſtiterit, debitorem non eſſe ſoluendo: quo ipſo fideiuſſoris magis ſuſpectum redderetur teſtimonium, quin imò pro nullius fidei teſte habendus, cum in propria cauſa teſtimonium perhibere videretur, *Speculat. de teſt. §. 1. verſ. quid de fideiuſſore. Alexand. conſil. 176. nu. 3. vol. 7. Lancellot. Conrad. dict num. 56. Iuſtus Reuber. dict. nu. 45.*

Secundò declaro, eò quoque magis obtinere, ſi fide-
604 iuſſor † beneficio Authen. præſente. *Cod. de fideiuſſor.* renunciauerit: quò tunc maius ſibi extimeſcendum eſt periculum. *Iohann. Andr. ad Specula. tit. de teſte. d. §. 1. verſ. quid de fideiuſſore. Bartol. in d. l. ſi cui legetur. §. fin. de lega. 1. Alexand. d. conſil. 176. num. 3. volum. 7. Hippolyt. de fideiuſſor. num. 381. Alberic. de Malet. d. loco. num 51.* quod tamen Ronchegallo *in l. reos. 11. in princ. nu. 53 verſ. mihi vero. ff. de duob. reis.* non vſquequaque placet.

605 Limita primò, ſi ſoluendo debitor † fuerit: tunc enim, cum ſuſpicio futuri damni in fideiuſſore ceſſet, ad teſtimonium admittetur, *Specula. d. §. 1. verſ. quid de fideiuſſore. Hippol. d. num. 381. Nellus à S. Geminiano de teſtib. num. 33. Iohann. Campeg. eo. reg. 73. Iuſtus Reuber. d. part. 3. num. 45. Maſcard. de probat. d. concluſ. 784. num. 2.* Multi tamen generaliter & hoc
606 etiam † caſu fideiuſſorem ab huiuſmodi teſtimonio repellendum eſſe ſtatuunt, *Alberic. de Malet. d. nu. 51. poſt Iohan. And. d. loco. Iohan. Crot. part. 4. num. 97. poſt Bald. Imol. & Alexand. in d. l. ſi cui legitur. §. fin. per illum text. de lega. 1. refert, & ſequi vide-*
607 *tur Lancell. Conrad. d. nu. 56.* Sed hîc prudentis † iudicis erit, caſu ita eueniente, ex rei circumſtantijs æſtimare, ſi damnum

num aliquod fideiuſſoris ex litis iactura vextatur, vtrum admitti debeat, necne, *per l. 3. §. 1. ibi*, tu magis ſcire potes, quanta fides habenda ſit teſtibus. *ff de teſtib.* ita ſcriptum reliquit *Ronchegallus in d. l. reos. 11. in princ. de duob. reis num. 53. ver. per præmiſſa concludo.*

608 Secundo limita, ſi beneficio † d. Auth. præſente: non renunciatum fuerit: nam tunc iure nouo reus principalis primò excutiendus erit: nec á fideiuſſore periculi ſit initium. *Hippol. d. nu. 381. Lancell. Conrad. d. nu. 56. Reuber. d. par. 3. num. 45.*

609 Tertiò limita, ſi non ſit cauſa † propria, ſed concernens ipſum fideiuſſorem: qui alioquin actione mandati, ſi quid ex interceſsione damni ferat, experiri poteſt, *l. ſi fideiuſſor. C. mandat. Iacob. Aegyd. de teſtib. nu. 13.*

610 Quartò limita, vt fideiuſſor † pro confideiuſſore rectè teſtimonium dicat pro conſequendo beneficio excuſsionis, licet vno eodemq; inſtrumento vterq; ſit obligatus, niſi fu-
611 cus † aliquis ſubſit, vt ſub hoc prætextu vterq; vel alteruter ſolutionis periculum euitet, *Cyn. Bald. Angel. Iaſ. in l. dictantibus. C. de teſtib. Stepha. Aufre. de teſt. nu. 45. Hippol. de fideiuſſ. nu.*
612 *382. Campeg. d. reg. 73. Maſcard. d. concluſ. 784. nu. 4.* Vtrum verò correus † pro correo in ea re, pro qua ſunt inuicem in ſolidum obligati, teſtis eſſe poſsit, reperies apud *Campeg. de teſtib. reg. 75. Iohann. Crotum eo. par. 4. nu. 98. fuſiùs Ronchegall. d. l. reos. 11. num. 50. ff. de duob. reis.*

SEXTVM ET VLTIMVM CAPVT.

Quibus modis Fideiuſsio diſſoluatur.

1. *Solutione debiti fideiuſſio tollitur, Declaratur num. 5. 7. 9. 10. 11. Limit. num 12.*

2. Solu-

2. *Solutionis vocabulum, quoties ad ſubſtantiam obligationis & effectum eius ſoluendæ refertur, omnem liberationem complectitur.*

3. *Soluere intelligitur, qui facit, quod promiſit. Paria ſunt promittere & ſoluere.*

4. *Solutionis vocabulum ſtrictè ſumtum naturalem pecuniæ numerationem ſignificat.*

6. *Fideiuſſio abſq; obligatione, cui accedit, non conſiſtit. deiuſſor, ſi ſuo nomine ſoluit, ope exceptionis liberatur: ſi ſoluit nomine rei principalis: ipſo iure liberatur.*

9. *Pro inuito ſoluens repetitionem non habet.*

13. *Nouatione tollitur fideiuſſio. Declaratur num. 16. Limitatur nu 23.*

14. *Nouationis vocabulum generaliter ſumtum & delegationem & nouationem ſpecificam continet.*

15. *In delegatione noua ſemper perſona ſubintrat: in nouatione non ſemper.*

17. *Nouatio hodie non præſumitur, niſi expreſſa fuerit: quod aliter eſt in delegatione nu. 20. vbi iura antiqua mutata non ſunt, nu. 19.*

21. *Fideiuſſores in prima obligatione interpoſiti datione nouorum fideiuſſorum, etiam poſt tempus ſolutioni deſtinatum facta non liberantur, idq; in praxi obſeruandum num. 22.*

24. *Acceptilatione ſoluitur fideiuſſio: ſiue ipſi fideiuſſori, ſiue reo. num. 26.*

25. *Acceptum ferre, eſt confiteri ſe accepiſſe, quod non accepit.*

26. *Acceptilatio ſolutioni ſimilima eſt. ideo & ſolutionis verbo venit.*

27. *Oblatione, conſignatione & depoſitione fideiuſſor liberatur, ſiue à ſe, ſiue à debitore facta fuerit. nu. 28.*

29. *Oblatio, conſignatio & depoſitio pro vera ſolutione habetur, ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium facta fuerit: modò poſteriore caſu teſtes adhibeantur, num. 30.*

31. *Extra iudicium ſingula tria, oblatio, conſignatio & depoſitio concurrere debent: ſecus in iudicio, vbi ſola oblatio ſufficit, & fideiuſſorem liberat, num. 32. non debitorem, num. 35. ſedneq; fideiuſſorem, num. 36.*

33. *Oblatio iudicialis parit liberationem pignoris & hypothecæ.*

34. *Pignorum & fideiuſſorum cauſa æquiparatur.*

37. *Quæ requirantur, vt oblatio, conſignatio & depoſitio liberet.*

38. *Particularis ſolutio liberationem non parit.*

39. *Depoſitio congruo loco & tempore fieri debet.*

40. *Congruus locus, & congruum tempus quæ. num. 41.*

42. *Ea facta dicuntur, quæ facta durant, ac permanent.*

43. *Quæſtio: ſi debitor depoſitam atq; conſignatam pecuniam rurſus ad ſe recipiat, vtrum fideiuſſor adhuc teneatur? Negatiua: contraria num. 45. conciliantur num. 47.*

44. *Res ſemel extincta nequit reuiuiſcere.*

46. *Non dicitur veniſſe, qui non ſtetit.*

48. *Quoties numerationis nullus effectus remanet penes creditorem, liberatio locum non habet.*

49. *Prorogatione termini inſcio fideiuſſore, debitori facta, fideiuſſor ad certum tempus datus liberatur: Secus ſi ſimpliciter fideiuſſor, nulla certi temporis mentione facta, datus fuerit. nu. 51.*

50. *Quando de damno vel præiudicio tertij agitur, tempus prorogatum non dicitur idem tempus.*

52. *Prorogatione termini per creditorem facta debitori, fideiuſſores dati non liberantur, Declaratur num. 57. 61. Limitatur nu. 70. & ſeqq.*

53. *Prorogatio intelligitur facta cum omnibus ſuis qualitatibus & acceſſorijs.*

54. *Actus non debet operari vltra mentem contrahentium.*

55. *Inducta ad vnum effectum non debent operari contrarium.*

56. *Per ſimplicem prorogationem ſolutionis, vel per adiectionem nouæ dilationis acceſſoria non tolluntur.*

58. Tem-

58. *Temporis adiectio non eſt modus finiendæ obligationis, ſicut nec inducendæ.*

59. *Prorogatio non tollit, ſed differt exactionem.*

60. *Prorogationis vtilitas quæ.*

62. *Fideiuſſores prorogatione facta tenentur tantum de præteritis, non futuris: quod reſtringe, ſi in omnem caſum fideiuſſor interuenerit. num. 63. quid in fideiuſſore ſimpliciter abſq; temporis expreſſione accepto. nu. 64. reſtringe item, ſi fideiuſſor poſt lapſum termini ſit interpellatus. 65. quæ reſtrictio tamen vix ſubſiſtit. num. 66.*

67. *Pro officiali fideiubens ad annum pro reddendis rationibus, finito anno, prorogatione facta, tantum ad elapſi anni non futuri rationes tenetur.*

68. *Fideiubens pro conducente vectigalia ad quinquennium, expleto quinquennio prorogatis vectigalibus, tantum de penſione quinquennali, non futuris tenetur.*

72. *Solutione finita obligatione, & noua deinde contracta, fideiuſſores liberantur. Sic & ſi ſit dilata ſolutio, non autem prorogata obligatio: quod dubio non caret. 73.*

74. *Fideiuſſor ſub proteſtatione ſe ad certum tempus obligans, prorogato tempore liberatur: ſequitur conſtitutio Electoris Saxon. In contrariam nititur Decius. nu. 75.*

76. *Si fideiuſſor vrget apud creditorem nominis exactionem, cum proteſtatione, ſe in futurum, ſi debitor inopia non fiat ſoluendo, teneri nolle: Creditor ob moram in exigendo factam exceptione doli à fideiuſſore remoueri poteſt.*

77. *Reſpondetur ad l fin. ff. de pact.*

78. *Reſpondetur ad id, quod dilationes in damnum alterius prorogari non poſſint.*

79. *Reſpondetur ad l. ſi cum Hermes C. de locat.*

80. *Reſpondetur ad l. vbicunq;. ff. de fideiuſſo.*

81. *Reſpondetur ad id: quod debitor poſt prorogationem non ſoluendo factus fuerit: cum debitor ante potuerit ſuum conſequi.*

82. *Quoties de prorogatione termini tractatur, conſultum eſt, fideiuſſoris conſenſum impetrari.*

83. *Obligationis diuturnitate fideiuſſio ſoluitur.*

84. *Præſcriptione extinguitur fideiuſſio. Declaratur nu. 86. 87. 89. quanto tempore iure Saxo. nu. 88. Limitatur ſi fideiuſſor non eodem tempore, ſed aliquantò poſt fidem ſuam interpoſuerit, nu. 90.*

85. *Præſcriptio eſt litis finitæ: & impedit litis ingreſſum.*

91. *Pacto de non petendo inter reum & creditorem inito, fideiuſſio ſoluitur.*

92. *Rei intereſt fideiuſſoris obligationem ſolui.*

93. *Explicatur l. ſi vnus. 27. §. pactus ne peteret. 2. verſ. eadem. ff. de pactis. & diſtinguitur: aut vtrumq; pactum ſit à debitore: aut prius à debitore, poſterius à fideiuſſore: aut vtrumq; à fideiuſſore. nu. 94.*

95. *Succeſſione & confuſione tollitur fideiuſſio. Ratio redditur nu. 98. quod locum habet, ſi vtraq; obligatio firma ſit, vel ſaltem principalis. nu. 99.*

96. *Fideiuſſor reo ſuccedens tenetur vt hæres.*

97. *Creditore debitori ſuccedente fideiuſſio intercidit.*

98. *Quando duæ concurrunt qualitates incomparabiles in aliquo actu. tunc potentior infirmiori præualet.*

100. *Principali obligatione inualida exiſtente, nulla confuſio admittitur.*

101. *Si fideiuſſor naturali obligationi adhibitus fuerit, fideiuſſore debitori hærede exiſtente, obligatio acceſſoria non extinguitur.*

102. *Si creditor ex bonis debitoris, cui ſucceſſit, ſuum non poſſit conſequi, confuſio non admittitur.*

103. *Si fideiuſſor confecto inuentario ſucceſſit debitori: confunditur obligatio, ſi tantum in bonis ſit, vnde creditori ſatisfiat. Si non ſit, vltra vires hæreditarias non tenetur: tenentur tamen vi ſuæ obligationis.*

104. *Lite ſuper obligatione fideiuſſoria conteſtata, confuſio ceſſat.*

105. *Species l. 3. ff. de ſeparat.*

106. De-

106. *Debitore propter negligentiam creditoris in exigendo non ſoluendo exiſtente fideiuſſor liberatur. Declaratur in fideiuſſore in ſubſidium vel indemnitatem promittente. nu. 107. item ſi creditor à fideiuſſore ſit admonitus, nu. 108. item ſi Auth. præſente non renunciatum ſit. nu. 109. Limitatur, ſi Auth. præſente ſit renunciatum. num. 110. Si creditor à fideiuſſore admonitus non fuerit, nu. 111. Si quis purè & ſimpliciter interceſſerit. nu. 112.*

113. *Si vnus confideiuſſorum ad inopiam vergat, cæteri creditorem requirere poſſunt, vt pro portionibus conueniat.*

114. *Debitore vltra dimidium iuſti precij decepto, fideiuſſores liberantur.*

115. *Iureiurando à debitore præſtito, & fideiuſſores liberantur.*

116. *Fideiuſſor, qui ſpopondit reum ſiſtere, vel præſentare, ſemet præſentando liberatur. Declaratur nu. 119. 120. 121. 122. 123. Limitatur, nu. 124. 126. 127. 128.*

117. *Conceſſa alicui licentia ingrediendi in monaſterium, intelligendum eſt de primo ingreſſu.*

118. *Si ſoror ſemel à fratribus ex conuentione dotata eſt, eaq́; à marito primi matrimonij abſumta: mortuo marito, ſi ad ſecunda vota tranſeat, de nouo à fratribus non eſt dotanda.*

Verba ſimpliciter prolata reſtringuntur ad primum actum.

125. *Infinitas vitanda eſt.*

126. *Præſentatio de perfecta præſentatione accipienda.*

129. *Fideiuſſor ſine ſcriptura pro alio iudicio ſiſti promittens, die vel tempore certo non adiecto, poſt duos menſes non tenetur. Limitatur, ſi ſcriptura ſe fideiuſſor obligauerit. nu. 130. Item ſi in cauſa publica interuenerit. nu. 131. item ſi certo tempore circumſcripta ſit fideiuſſio. nu. 132.*

133. *Lata ſententia fideiuſſores iudicio ſiſtendi cauſa dati liberantur. Declaratur, vt ne talis fideiuſſio in executione ſententiæ duret. nu. 134. nec in cauſa appellationis, nu. 135. Item locum habet, etiam peremta Inſtantia, licet proceſſus de nouo inchoaretur. num. 137. item in cau-*

ſis tam criminalibus quàm ciuilibus. num. 138. item quamuis fideiuſſor promiſerit iudici reum ſiſtere, & parere mandatis. num. 140. item, quamuis fideiuſſor reum ſiſtere promiſerit in iudicio, & omnia facere, quæ ſunt facienda. num. 142. Limitatur, quando fideiuſſor ſiſtendo reum fuit in mora, num. 143. item quando fideiuſſor promiſerit quandocunq; reum ſiſtere, vel toties, quoties opus fuerit, num. 144.

135. *Fideiuſſor in prima inſtantia datus, intelligitur repetitus in ſecunda.*

136. *Vtrum fideiuſſor in cauſa appellationis teneatur de cauſa principali, & è contrario, Vtrum fideiuſſor datus in cauſa principali, teneatur in cauſa appellationis, remiſſiuè.*

139. *Officialis quidam punitus fuit, quod ſolùm cautionem de iudicio ſiſti, non etiam cautionem de iudicato ſoluendo exegerit.*

145. *Fideiubentes de iudicato ſoluendo, quatenus certus iudex iudicauerit, liberantur, ſi alius iudicauerit. Ampliatur, licet nomen iudicis expreſſum non fuerit: ſed iudex appellationis iudicauerit, num. 146. item vt neq; is iudex alium delegare poſſit, num. 147. item quamuis fideiuſſor iuratò interueniſſet, num. 148. item vt abſoluto principali abſolutus ſit & fideiuſſor. num. 149. Idem in cauſa confideiuſſionis, num. 150. Limitatur, ſi ſolum fideiuſſor appellaſſet. num. 152. item ſi fideiuſſum ſit, vt laudo pareatur, num. 153. Item ſi cautio interpoſita ſit primò in iudicio inquiſitorio, & iudex procedat in accuſatorio. num. 154.*

151. *Quoties eadem res petitur in iudicio, tunc exceptio alteri competens ſibi quoq; vtilis eſt.*

155. *Reo principali profeſſionem mutante, fideiuſſores iudicio ſiſtendi cauſa dati obligatione eximuntur: quod idem eſt, ſi debitor capite minutus, & bona eius publicata fuerint, num. 156. quod verum eſt in fideiuſſore iudicio ſiſti: ſecus in fideiuſſore contractus, nu. 157.*

158. Fi-

158. *Fideiuſſores apud fiſcum pro aliquo interuenientes, bonis debitoris in fiſcum publicatis, liberantur.*

159. *Morte naturali extinguitur fideiuſſio: & quidem rei, qui fideiuſſores iudicio ſiſti dederat, num. 160. Vnde nec heredes fideiuſſorum tenentur, num. 162. idq́; locum habet non ſolum in ciuilibus, ſed & criminalibus cauſis, num. 168. quid Iure Saxonico, nu. 170. Limitatur, ſi fideiuſſor coniunctim & de iudicio ſiſti, & de iudicato ſoluendo interuenerit, nu. 173. ſecus ſi diſiunctiuè, vel ſiſtere, vel iudicatum ſoluere, num. 175.*

161. *Debitor ſpeciei, peremta ſpecie ante moram, liberatur.*

163. *Obligatio ſub pœna carceris facta ad heredes non tranſit.*

164. *Fideiuſſor promittens ſe facturum vel curaturum, vt Titius aliquid præſtet, morte Titij liberatur: & eius heres.*

165. *Difficultas ſeu impoſſibilitas à pœna excuſat.*

166. *Difficultas ſola liberat ab obligatione, vt & à pœna.*

167. *Fideiubens in id, quo alterum ſubducto calculo dare oportere apparuerit, moriente illo ante calculum, liberatur.*

169. *Mors accuſati ſicut crimen atq; pœnam, ita & obligationem fideiuſſoriam tollit.*

171 *Impoſſibilitas excuſat appellantem à proſecutione appellationis: emphyteutam, ne cadat iure ſuo ob non ſolutum canonem. num. 172.*

174. *Sententia contra mortuum eſt nulla.*

176. *Fideiuſſio morte fideiuſſoris perſonaliter tantum obligati diſſoluitur. Declaratur in fideiuſſore contractus, num. 177. item in fideiuſſore maleficij, nu. 179. nempe ſimpliciter intercedente, nu. 180. Limitatur, ſi certa & nominata pœna adiecta fuerit. nu. 181.*

178. *Obligationi perſonali hoc ineſt, vt cum perſona pereat.*

182. *Fideiuſſio in criminalibus ſub certa pœna facta, & heredibus fideiuſſoris certis & hereditati iacenti inhæret: quod intellige in fideiuſſoria obligatione purè vel in diem concepta: ſecus in conditionali: num. 183.*

POSTEA-

POSTEAQVAM hactenus de ſingulis contrahendæ fideiuſsionis membris, de effectibus, de remedijs iuris circa eam verſantibus, ordine, quod arbitror, ſatis perſpicuo, expoſitum eſt, reſtat vtique, vt ex antitheſi, quibus modis eadem tollatur vel diſſoluatur, poſtremo loco ſubijciamus.

PRIMO itaque extra controuerſiam eſt, fideiuſsionem
1 nem tolli ſolutione † eius, quod debetur, *l. in omnibus. 43. ff.*
2 *de ſolutio.* Etſi verò vocabulum † ſolutionis, quoties ad ſubſtantiam obligationis & effectum eius ſoluendæ refertur, omnem liberationem complectitur, *l. ſolutionis. 54. de ſolutio.*
3 cum ſoluere † intelligatur is, qui facit, quod promiſit, *l. ſolutionis. 176. de verb. & rer. ſignif.* & paria ſint promittere & ſoluere, *l. fin. C. ad l. Falcid. & ibi Accurſ. in verb. ſoluerit. Bald. ibid. nu. 1. Geyl. lib. 2. pract. obſer. obſeru. 29. nu. 4.* generaliter accepto vocabulo: attamen quando opponitur reliquis ſo-
4 lutionum modis, ſtrictè † magis ſumtum, vt in propoſito, naturalem pecuniæ debitæ numerationem ſignificat, *l. verborum. 107. de ſolutio.*

5 Declaro primò, ſiue † ipſe reus ſoluerit, vt tunc non ipſe ſolum, ſed & ij, qui pro eo interuenerunt, liberentur. *§. 1. verſ. item ſi reus. Inſtitut. quib. mod. toll. obligat. d. l. in omnibus. 43. de ſolutio.* Ceſſante enim principali, ceſſat acceſſorium,
6 *l. cum principalis. de reg. iur.* qualis eſt fideiuſsio, quæ † abſque obligatione, cui accedit, conſiſtere nullo modo poteſt. *§. 1. 2. Inſtit. de fideiuſſ.* hac igitur ſolutione ſublata, & illa tollitur, atq; ita rei principalis ſolutio vno eodemq; momento geminam liberationem parit. Intelligimus autem integram ſolutionem. Quare licet creditor à principali primò debitam pecuniam exegerit, ſed tamen partem duntaxat acceperit: fideiuſſores nihilominus pro reſiduo etiamnum tenentur. Nam totúm, quod debetur, ſoluendum eſt, quò plena contingat liberatio, *l. etiam. 27. l. qui ſibi. 33. §. 1. ff. de ſolutio. l. obſignatione. C. eo.* Ita pronunciarunt Domini Lipſienſes anno 1572. menſe Maio.

Secun-

7 Secundò declaro, vt locum habeat, ſiue † ipſe fideiuſſor ſoluerit, *d. §. 1. verſ. idem ex contrario. Inſtit. quib. mod. oblig. toll l.*
8 *cum is. 36. de fideiuſſor.* quo caſu ita † diſtinguas: Aut fideiuſſor ſuo nomine ſoluit: & tunc quidem reſpectu creditoris, non ipſo iure, ſed ope exceptionis liberatur reus: quare & fideiuſſori contra debitorem actiones cedi poſſunt, ad repetendum id, quod ſoluit, *l. Stichum. 95. §. ſi mandatu meo. 10. de ſolutio. d. l. cum is. 36. de fideiuſſ.* aut ſoluit nomine rei principalis, & tunc is ipſo iure liberabitur, *d. §. 1. verſ. idem ex contrario.*

9 Tertiò declaro, ſiue † alius quicunq; rei debitoris nomine, vel ipſo ſciente, vel ignorante, vel etiam inuito ſoluerit. *l. ſolutione. 23. l. ſi pro. 40. l. ſoluere. 53. de ſolutio.* ſi pro inuito ſoluerit, ſoluens repetitionem non habet. *l. fin. C. de nego. geſt.* Videmus hic, inuito obtrudi beneficium, contra *l. inuito. 70. de reg. iur.*

10 Quartò declaro, vt † quocunque modo fideiuſſor ſolutionem factam alleget, eam probare teneatur: nec ſufficere quidam volunt, eam probari per inſtrumentum confeſsionis: cum confeſsio ſolutionem non probet, *gloſſ. & Bartol. in l. in duobus. 28. §. a fideiuſſore. ff. de iureiur. Alexand. conſil. 132. num. 6. volum. 4. conſ. 37. vol. 3. conſil. 97. num. 3. volum. 7. Tiraq. de vtroque retra. conuent. §. 4. gloſſ. 6. num. 12.* Sed contrarium, nempe per inſtrumentum confeſsionis ſolutionem probari: cum ſolutio, & confeſsio de ſoluto æquiparentur, ſuſtinet idem *Alexand. conſ. 90. nu. 3. volum. 3. per l. in contractibus. §. ſed quoniam. in fin. Cod. de non num pecu. Bart. conſ. 160. Caſtrenſ. conſ. 64. vol. 1. Salicet. Caſtrenſ. Roma. Alexand. Iaſ. in d. l. in duobus. §. à fideiuſſore. de iureiur. Capoll. conſ. cau. l. 12. Felin. in ca. ſi cautio. in fin. de fid. inſtrument. Hippol. de fideiuſſo. num. 265. Afflict. deciſ. 94. & deciſ. 160. & Maſcar. de probat. volum. 2. concluſ. 783. num. 2. 3.*

11 Quintò declaro, vt & † procedat in criminalibus, vbi fideiuſſores ſolutione pœnæ promiſſæ obligatione eximuntur, qua de re ſupra dictum eſt.

12 Limita eo caſu, quando † fundus, vel res aliqua à debitore creditori in ſolutum fuerit data, & poſtea euicta: Si tandem debitor non ſoluendo fuerit, fideiuſſor nihilominus adhuc tenebitur creditori. Siue enim ex intentione contrahentium, ſiue ex legis diſpoſitione rem æſtimemus, licet à debitore ſolutum ſit creditori, non tamen cum effectu ſolutum eſt ob euictionem ſecutam: quare nec actio ſublata eſt: vel ſi ſublata ſit, reſtitutio vtilis actionis contra fideiuſſorem locum habebit, *arg. l. Titius ff. de iur. fiſc. l. ſi creditor. de ſolutio. Gomeſ. tom 2. var. reſo. cap. 13. de fideiuſſo. nu. 20. poſt Speculat. de fideiuſſ. in fin. nu. 24. Hippol. de fideiuſſ. nu. 372. in fin.*

13 SECVNDO, tollitur fideiuſsio † nouatione, *l. nouatione. 4. Cod. de fideiuſſor.* generaliter ſumto nouationis vocabulo,
14 quo & † delegationem, cum quis vice ſua alium debitorem creditori delegat. *l. delegare. 11. de nouat.* & nouationem ſpecificam, cum prius debitum in aliam obligationem ſeu contractum, ſtipulatione facta, transfunditur, continemus, *Mynſinge. in §. præterea. num. 2. Inſtitut. quibus mod. obligat. toll.* In
15 delegatione † noua ſemper perſona ſubintrat: in nouatione non ſemper, quæ etiam inter perſonas eaſdem poteſt celebrari. Vtrobique acceſsiones liberantur, vt fideiuſſores, *d. l. nouatione. 4. Ecloga Βασιλ. lib. 7. tit. 6. ex lib. 26. tit. 1. cap. 72. item tit. 14. ex lib. 26. tit. 1. cap. 72. Bartol. in l. aliam. 29. de nouat. Angel. in l. 1. colum. 2. Cod. de iudic. Dec. prolixè conſil. 107. num. 1. Gomeſ. de fideiuſſ. nu. 20. Vigel. in meth. iur. ciuil. lib. 21. cap. 1. quæſt. 2. except. 58. & in meth. obſeru. Cameræ, lib. 3. cap. 25. reg. 1. except. 1.* ſicut & hypothecæ, *l. nouatione. de nouatio. & pignora. l. Vnica. C. etiam ob chiro. pecun.* ſtipulationes vſurarum, *d. l. nouatione, Iohann. Vaudus lib. 1. varia. quæſt. quæſt. 6.* nec non & pœnæ. *l. ſi creditor. de nouatio.* periculum moræ commiſſæ tolluntur, *l. ſi Stichum. de nouat.*

16 Declaro, modò diſertè † hoc agatur, vel certiſsimis coniecturis haberi poſsit, nouationem eſſe factam, *l. fin. Cod. de*
17 *nouatio. d. §. præterea. Inſtitut. quib. mod. toll. obligat.* Hodie † enim, niſi expreſſa fuerit, ſubeſſe non præſumitur, ideò nec prior obli-

obligatio tollitur, *d. l. fin. Cod. de nouatio. l. ſi delegatio. vbi Salice. num. 3. Cod. eo. Alexand. conſ. 173. viſis. nu. 4.5.6.7. vol. 7. & conſil. 60. viſo. num. 2. volum. 6. Roman. conſil. 211. num. 1. VVeſenbec. conſil. 10. num. 8. vol. 1.* ne ope quidem exceptionis, quam communem dicit Alexander. *conſil. 72. viſis. num. 1. vol. 2. Dec. conſ. 97. num. 5. Albanus conſil. 68. num. 5. Menoch. conſil. 95. num. 35. Geyl. lib. 2. obſeru. 30. nu. 3. Maſcard. de probat. concluſ. 1111.*
18 *nu. 1.* Aliter ſe res † habet in delegatione, per quam & ſit nouatio, quamuis expreſſe hoc actum non ſit: nam qui delegat, ſoluit, & nomen debitoris in ſolutum cenſetur dari, *d. l. delegare. 11. de nouat. l. quamuis. §. interdum, ad SC. Velleia.*
19 Qua in re iura † antiqua mutata non ſunt per *d. l. fin. Bartol. in l. ſingularia. nu. 19. & ibid. Iaſ. nu. 38.39. de reb. cred. Dec. conſ. 421. plenè nu. 16.17. ex doctrina Bartol. in d. l. delegare. 11. de nouat. Alexand. d. conſ. 173. viſis. nu. 2. vol. 7. & conſ. 10. viſis. nu. 1. vol. 2 conſil. 60. viſo. nu. 1. vol. 6. Geyl. d. obſeru. 3. nu. 9.* Vnde di-
20 cendum, fideiuſſores † delegatione liberari, licet id expreſſum non fuerit: nouatione non aliter liberari, quàm ſi ex-
21 preſſum fuerit. Ex quo iſtud extruimus, fideiuſſores † in prima obligatione interpoſitos, datione nouorum fideiuſſorum, etiam poſt tempus ſolutioni deſtinatum facta, nequaquam liberari, *Bartol. in l. Valerianus. ff de prætor. ſtipula. Imola in in l. 2. de nouatio. Socin. conſ. 21. nu. 11. Geyl. d. obſeru. 30. nu. 6. Coler. proceſſ. execut. par. 1. cap. 10. nu. 307. per d. l fin. C. de nouat. & d. §. præterea. verſ. ideo noſtra. Inſtit. quib. mod. toll. oblig.* Quia interuentus ſeu adiectio hîc nouorum vel poſteriorum fideiuſſorum delegationem non efficit, *Salicet. in l. ſi delegatio. nu. 3. & in d. l. fin C. de nouatio.* Non enim principales ſunt perſonæ debitores iſti fideiuſſores, ſed acceſſoriæ, in id adhibitæ, vt principalis obligatio ſecurior ſit. *in princ. Inſtit. de fideiuſſor. l. 1. § ſed aut. 8. ff. de obligat & actio.* Quare hîc non poteſt videri actum, vt principalis obligatio tollatur, imò verò magis, vt hac ratione confirmetur, *Salicet. in d. l. ſi delega-*
22 *tio, num. 3. C. de nouatio.* Idque in vſu practico † diligenter obſeruandum eſt, cum hodie, *vt monet Geylius*, multi fi-

deiuſſores opinione factæ nouationis grauiter impingere
ſoleant.

23 Limito, vt non procedat, ſi conſentiat nouationi † fi-
deiuſſor, ſeque vltrò de nouo obliget, *d. l. nouatione*, ibi, ſi
modo in ſequenti ſe non obligauerunt. *C de nouat. per l. ſolu-
tum. 11. §. 1. ff. de pign. actio. Gomeſ. de fideiuſſ. nu. 20.* Nouus e-
nim conſenſus de integro ipſum obligationi ſupponit.

24 Tertiò diſſoluitur † fideiuſſoria obligatio acceptilatio-
ne, hoc eſt, confeſsione quaſi rei acceptæ, vel imaginaria
25 ſolutione, durch ſcheinzahlung. Acceptum † ferre, eſt confi-
teri ſe accepiſſe, quod non accepit. *l. ſi ex pluribus. 89. de ſo-
lutio. l. ſeruus. 6. de manumiſſ. l. tali. 48. §. 1. de iure dot. l. cum &
ſortis. 35. de pigno. actio. Cuiac. lib. 5. obſeruat. ca. 35. Vide & Bu-
dæ. in l. ſi prior. qui potio. in pignor. habe. Ferrarius in §. item per ac-
26 ceptilationem. Inſtit. quib. mod. obligat. toll.* Eſt acceptilatio † ſo-
lutioni ſimilima, tantumque effectu præſtat, quantum ipſa
ſolutio, & obligationem ipſo iure tollit, eoque ſolutionis
verbo venit. *l. ſolutionis. 54. l. pen. ff. de ſolutio. l. ſi fideiuſſori. 72.
de fideiuſſor. Connan. lib 6. comment. Iur. ciuil. ca. 7. num. 13. in fin.*

26 Declaro, fideiuſsionem acceptilatione ſolui, ſiue † ipſi
fideiuſſori à creditore accepto latum ſit, *per l. & per iuſiuran-
dum. 13. §. ſi fideiuſſori. 7. de acceptila.* ſiue reo principali. Nam
exceptio reo competens, ad fideiuſſorem quoq; porrigitur,
*l. exceptiones. 7. §. 1. de exceptio. l. defenſiones. 11. Cod. eo. l. ex per-
ſona. 32. de fideiuſſ. l. 2. quæ res pignor. oblig. non poſſ.* quam quæ-
ſtionem ſupra vberrimè tractauimus.

27 QVARTO, liberatur † fideiuſſor oblatione, conſi-
gnatione & depoſitione pecuniæ creditæ à ſe facta. *l. fide-
iuſſor. 64. de fideiuſſo. l. qui mutuam 56. §. 1. manda. Connan. lib. 6.
comment. Iuris ciuilis. cap. 7. num. 12.* idem dicendum, ſi à debi-
28 tore † facta fuerit: nam huiuſmodi oblatio, conſignatio †
29 atque depoſitio pro naturali atque vera ſolutione habetur,
ac proinde plenam liberationem parit, *l. obſignatione. 9. Cod.
de ſolutio l. acceptam. & ibi Bartol. Cod. de vſurar. l. 1. Cod. qui
potio. in pignor. hab. Neguzant. de pignor. 3. par. 3. membr. quinta
part.*

part. principal. num. 8. VVeſenbec. §. 1. num. 2. Inſtitut. quib. mod.
30 *toll. obligat.* ſiue in iudicio † facta fuerit, ſiue extra iudicium,
modò poſteriore caſu teſtes adhibeantur, *gloſſ. prim. in d. l.*
obſignatione. 9. & ibi Iohan. Sichardus num. 4. Illud item mone-
31 re neceſſum eſt, hæc tria † copulatiuè requiri, nempe obla-
tionem, depoſitionem & conſignationem, ſi extra iudicium
fieri contingat, *d. l. acceptam. Cod. de vſur. d. l. 1. C. qui potio. in*
pignor. l. 2. l. ſi creditrici. 6. C. de vſur. l. ſi à te. C. de pact. inter em-
to. & vendit. Sichard. in d. l. obſignatione. nu. 4. vide Neguza. d.
loco nu. 8. per tot. vbi ſcribit, oblationem & depoſitionem
ſine conſignatione non ſufficere, & idem *Neguzan. in 2. par.*
32 *3. memb. 5. part. princ. nu. 12.* Secus verò res ſe habet forſan †
in iudicio: Tunc enim oblatio iudicialis ſatis eſſe ad libe-
rationem fideiuſſoris propter auctoritatem iudicij videtur:
33 cum & talis † oblatio iudicialis pariat liberationem pigno-
ris & hypothecæ, & pignoraticiam actionem producat,
Bart. in l. ſi debitor. 30. ff. de ſolutio. Neguzan. d. par. 3. memb. 3.
quintæ part. prin. nu. 5. verſ. ſecundo modo reſtringitur: ergo & fi-
34 deiuſſores liberabit, cum pignorum † & fideiuſſoris cauſa
æquiparetur. *l. fin.* ibi, ſi aliam perſonam adhibuerit, vel pi-
gnus acceperit. *C. de nouat. l. 1 ff. qui ſatiſda. coga. Coler. par. 1.*
35 *cap. 10. num. 306.* licet † ipſum debitorem ita omnino non
liberet nuda oblitio iudicialis, quin is à creditore conueniri
poſsit, *per d. l. acceptam. d. l. obſignatione. Bart. in d. l. ſi debitor.*
Neguz. loco iam nominato. Verum ego cenſuerim, neque fide-
36 iuſſorem ſola oblatione † iudiciali ab obligatione eximi,
cum & ipſe propriè debitor ſit, *l. 4. de ſolut.* niſi depoſitio ad
oblationem acceſſerit. Offerre enim non eſt cum effectu
37 ſoluere. Qua de re cogitari poteſt. Vt autem † oblatio, con-
ſignatio & depoſitio debitæ pecuniæ vim ſolutionis habeat,
& liberationem gignat, hæc neceſſaria ſunt.
38 I. Vt totum debitum deponatur. Nam particularis †
ſolutio liberationem non inducit, *l. tutor. §. Lucius. ff. de vſur.*
d. l. acceptam. C. de Vſur. l. qui Romæ. in princ. & ibi DD. de verbo.
obligat. l. quam diu. C. de diſtract. pignor. Sichard. d. l. obſignatione.

nu. 9. Neguzant. d. par. 2. memb. 3. quintæ part. prin. nu. 17. cum
ſeqq. vbi ampliationes & limitationes reperies.
39 II. Vt depoſitio congruo † loco & tempore fiat, *l. ſi ſo-*
luturus. & ibi Bart. de ſolutio. l. mora. de Vſur. Locus congruus eſt,
40 qui † deſignatus eſt ſolutioni. Tempus congruum, † quod
41 deſtinatum eſt ſolutioni: vel quod alioquin conueniens eſt:
quod fortaſsis ex boni viri arbitratu dependet, *Vide Sichard.*
in d. l. obſignatione. nu. 10. Neguzant. iam citato loco nu. 9.
III. Vt pecunia depoſita maneat apud depoſitarium,
nec eam debitor ad ſe recipiat, *d. l. acceptam. d. l. 1. C. qui po-*
43 *tio. in pign.* Ea namq; † facta dicuntur, quæ facta durant ac
permanent. *l. quæ à fratre. § verſum. ff. de in rem verſ. Neguzan.*
iam allegato loco nu. 27. Sichard. d. l. obſignatione. nu. 11. Hinc
43 quæſtionis eſt, ſi debitor † depoſitam atq; conſignatam il-
lam pecuniam rurſum ad ſe recipiat, Vtrum fideiuſſor da-
tus nihilominus adhuc teneatur? Non teneri exiſtimauit
Speculat. in tit. de fideiuſſo. nu. 20. ver. quid ſi tibi obtuli. Cum res
44 ſemel † extincta reuiuiſcere nequeat, *l. qui res. 98. §. aream. 8.*
ibi, in perpetuum ſublata obligatio reſtitui non poteſt. *ff. de*
ſolutio. & ipſe debitor principalis in caſu propoſito ex prima
obligatione & actione debitor amplius non ſit, *per d. l. ac-*
45 *ceptam. C. de vſur.* Contrarium verò, nempe † teneri adhuc
fideiuſſorem, innuit *Hippol de fideiuſſo. num. 372. cum ſeqq.* per
46 ſimile, quod non dicatur † veniſſe, qui non ſtetit, &c. quo-
47 rum plura refert *nu. 373. 374. cum ſeqq.* Putauerim ita † con-
ciliari poſſe: Aut reus principalis, volente & conſentiente
creditore prius depoſitam ad ſe recipit pecuniam: & tunc
æquitatis ratio ſuadet, liberari fideiuſſorem, ſi is denuò ſe
non obligauerit. Depoſitio enim, de quali hic agimus, vt
diximus, ſolutionis inſtar eſt, & qui ſemel ſoluit, cum effectu
ſoluiſſe intelligitur, ita vt illa ſolutio non ſolum debitor',
ſed & fideiuſſori liberationem pariat. Item receptione pe-
cuniæ à debitore, volente creditore, facta, à priore obliga-
tione deceſſum, & noua videtur conſtituta obligatio. Aut
verò principalis, vel inuito, vel inſcio creditore depoſitam
pecu-

pecuniam recipit: & neque fideiuſſorem tunc liberari æ-
48 quius eſt. Nam quoties † numerationis nullus effectus remanet penes creditorem, liberatio locum habere non poteſt, *per l. qui ſic ſoluit. 55. ff. de ſolutio. quid?* quod inuito & ignoranti creditori obligationis ius in perſona fideiuſſoris ſemel defixum atq; quæſitum auferri non poſsit.

49 QVINTO. Fideiuſſor ad certum tempus datus, prorogatione † termini à creditore, inſcio fideiuſſore, debitori facta, obligationis nexu liberatur, *l. ſi cum Hermes. 7. C. de locat. & condu. l. item quæritur. 13. §. qui impleto. 11. ff. loca. per l. Labeo. 25. §. fin. ff. de recept. qui arbit. recip. l. vbicunq; 60. ff. de fideiuſſo. l. nouatione. 4. C. eo.* quia tempus limitandæ atque
50 finiendæ obligationis cauſa adiectum videtur, ac quando † de damno vel præiudicio tertij agitur, tempus prorogatum non dici idem tempus, voluit *Felin. in c. de cauſis. nu. 3. de offic. & poteſta. iud. deleg. Geyl. lib. 2. pract. obſer. obſer. 30. nu. 11. Tiraquell. de retraconuent. §. 1. glo. 7. nu. 136.* vbi generalius tamen aſſerit, prorogationem non niſi proroganti damno eſſe
51 debere. Aliud eſſe tradunt, ſi fideiuſſor † ſimpliciter, nulla certi temporis mentione facta, quamdiu ſcilicet in obligatione manere velit, datus fuerit, quamuis ſolutio ad certum tempus deſtinata fuerit: quo caſu prorogato à creditore, reo principali termino, fideiuſſorem haudquaquam obligationis vinculo exolui cenſent: cum hic ſolutioni, non obligationi tempus adiectum ſit, *Hipp. de fideiuſſ. nu. 89. Geyl. d. obſ. 30. nu. 11. poſt Alex. in l. qui vſumfructum. de verb. oblig. & conſ. 72. Dec. conſ. 400. viſo. nu. 1. 2. DD. in c. conſtitutus. ext. de fideiuſſ.* nec reſpectu fideiuſſoris tunc vlla nouatio facta videatur: atque ipſe æquè ac principalis debitor fuerit in mora, dieſque pro homine interpellet: quare non tempus ſolutioni præfinitum, ſed ipſa ſolutio eum liberabit, *per text. in l. ſi vnus. §. 1. ff. de pact. l. quid tamen. 21. §. Papinianus. 5.* In alijs exemplaribus eſt *l. ſi cum dies. in prin. ff. de recept. qui arbit. recip. l. ſed ſi manente. 5. ff. de preċar.* Hanc diſtinctionem amplectuntur ferè omnes, *Bartol. in d. l. Labeo. 25. §. fin. de recept.*

Vide Schrader miſcell. ca 20.

cept. qui arbit. recip. Alex. & Angel. in d. l. ſi vnus. §. 1. de pact. Anton. de Butrio , & Canoniſtæ in d. c. conſtitutus. de fideiuſſ. Specul. de fideiuſſo. nu. 19. verſ. Illud autem quæritur. & ibi additio. Felin. in d. ca. de cauſis. de offic. & poteſt. iudic. delegat. Iaſ. in l. 1. nu. 15. cum ſeqq. C. de iudic. Alex. Dec. in l. lecta. C. de reb. cred. ſi cert. peta. Hippol. dicto nu. 89. poſt multos ibi numeratos auctores. *Ancara. lib. famil. quæſtio. quæſt. 67. nu. 1. Geyl. d. obſer. 30. nu. 11. Mynſing. cent. 6 ſingula. obſer. obſeru. 53. nu. 3. VVurmſerus lib. 1. pract. obſ. tit. 29. de fideiuſſo. obſ. 1. Hartma. Hartmani lib. 2. tit. de fideiuſſ. obſer. 6. innuit VVeſenbec. ff. de fideiuſſ. in fin. & in tit. de nouatio. nu. 6. in fin. Ioachimus à Beuſt in repetit. l. admonendi. nu. 341. ff. de iureiur. Iodoc. Damhouderius de tuto. & curat. mun. ca. 6. nu. 66. Schurf. cent. 2. conſil. 35. num. 8. 9.* quam diſtinctionem ſequitur conſtit. Electoris Saxon. *19. parte 2.* Secundum quam diſtinctionem etiam ante promulgatas conſtitutiones Saxonicas , & à Lipſienſibus & VVitebergenſibus iudicatum eſt.

52 Cæterum rectius ita ſtatuimus: Prorogatione † termi-
ni per creditorem facta debitori, fideiuſſores dati non libe-
rantur. *Panor. in c. conſtitutus. nu. 10. de fideiuſſor. gloſſ. fin. in l. ſi*
cum Hermes. C. loca. Bald. in l. tam mandatori. nu. 5. C. de non num.
pec. Iaſ. in l. 1. nu. 18. verſ. quid tenendum. C. de iudic. Gomeſ. d. ca.
13. de fideiuſſ. nu. 21. Anton. Gabriel. Roma. lib. 3. commun. concluſ.
53 *in rub. de fideiuſſo. concluſ. 3. nu. 1. Coler. in proceſſ. execut. par. 1.*
cap. 10. num. 302. Nam prorogatio † intelligitur facta cum
omnibus ſuis qualitatibus & acceſſorijs, adeò, vt non minus
in ſecundo, quam in primo termino fideiuſſor teneatur:
Innocent. in c. præterea. nu. 5. de appellatio. Iaſ. nu. 8. 9 & Zaſ nu.
35. in l. lecta. ff. de reb. cred. ſi cert. peta. & Iaſ. in d. l. 1. C. de iudic.
nu. 19. Gomeſ. nu. 21. Capolla conſ. 8. nu. 5. Alex. conſ. 106. nu.
23. vol. 3. Coler. d. ca. 10. nu. 305. Deinde actus operari vl-
54 tra † mentem atque intentionem agentium non poteſt. *l.*
non omnis. ff. de reb. cred. ſi cert. pet. l. obligationum ſubſtantia. §.
fin. de obligat. & actio Iaſ. in d. l. 1. nu. 18. in fin. C. de iudic. Hippol. de fideiuſſ. nu. 162. Ea autem creditoris intentio non fuiſſe

præſu-

præſumitur, vt fideiuſſorem liberatum eſſe voluerit. Tertiò,
55 inducta ad vnum † effectum nempe obligationis, non debent gignere contrarium, nempe liberationis. *l. legata inutiliter. de adimen. lega. l. cum tale. §. fin. de conditio. & demonſtra. l.*
56 *ratione. §. cum quidam. ad l. Falcid.* Quartò per ſimplicem † prorogationem ſolutionis, vel per adiectionem nouæ dilationis acceſſoria non tolluntur, vt fideiuſſores. *Innoc. in d. c. praterea. nu. 5. de appellat. Bald. in d. l. tam mandatori. nu. 5. C. de non nu. pecu. Iaſ. d. l. 1. nu. 19 in fin. Coler. d. ca. 10. par. 1. nu. 302.* Sed tantum exactio differtur, *Alexan. conſil. 72. nu. 7. vol. 6. Coler. d. loco nu. 305.* Hanc ſententiam renunciat communem *Bertra. conſil. 188. col. 1. & 2. vol. 1. & Iaſ. in l. lecta. nu. 9. & ibi Curt. Iun. nu. 6. de reb. cred. Berous in ca. de cauſis. nu. 37. de offic. & poteſt. iudic. deleg. Emanuel. Suarez in theſau. recept. ſentent. verb. fideiuſſores. nu. 161.* veriorem & magis communem Gabriel. *Roman. d. concluſ. 3. nu. 1. in fin. Gomeſ. d. cap. 13. nu. 21.* vbi veriſsimam hanc & in iudicando & conſulendo tenendam monet *Coler. d. ca. 10. nu. 303. & nu. 311.*

57 Hanc aſſertionem declaramus † primò procedere, ſiue purè, ſiue ad certum atque definitum tempus fideiuſſores ſeſe obligauerint, hoc eſt, ſiue actum fuerit de finienda obligatione, ſiue de ſolutione differenda in longius tempus, vt vtrobique non liberentur fideiuſſores prorogatione facta, vt rectè animaduertit *Coler. d. ca. 10. nu. 303. in fin.* vbi ait, quod, quomodocunq; ſonent verba fideiuſsionis in contractu, etiamſi dicatur, quod tantum ad triennium & non vltra velint teneri, tamen non liberentur interceſſores per ſolum lapſum triennij ab obligatione, in ea ſumma pecuniæ, quæ demum poſt triennium erat exigibilis. Cum enim alioquin fideiuſſor ad certum tempus conſtitutus, puta ad annum, eo elapſo, nihilominus non ſecus ac principalis te-
58 neatur, atque conueniri poſsit: Siquidem iſta temporis † adiectio non ſit modus finiendæ obligationis, ſicut nec inducendæ, ſed ſolum definiat atque exprimat terminum, intra quem ſolutio fieri debeat. *l. obligationum ferè. §. placet. de*

obligat. & actio. c. cum dilecti. verſ. ſi enim mandatur. de dolo &
contuma. vbi dicitur: Eum qui ex præcepto iudicis obliga-
tur ad ſoluendum certa die, etiam lapſo die, ſolutioni præ-
fixo, ad ſolutionem nihilominus teneri, cum eo ipſo, quod
quod non ſatisfacit promiſsis, tam fideiuſſor, quàm princi-
palis vterque conſtituatur in mora. l. mora rei fideiuſſori
quoque nocet. *l. ſi ſeruus. §. nunc videamus. ff. de verb. oblig. l.*
mora. §. fin. l. ſi à colono. §. 1. de fideiuſſor. & facit l. ſi quis ſolutio-
ni. §. cum reus moram. de vſur. & iſtius diei lapſus neque reum
neque fideiuſſorem liberare poſsit, quia dies pro dilatione
ſolutionis appoſita ſit, nec inducta ad vnum finem contra-
rium operentur, *d. l. legata inutiliter. de adimen. lega.* quam ſen-
tentiam communiter eſſe receptam teſtatur *Panor. in d. c.*
conſtitutus. nu. 11. de fideiuſſ. ſequitur Coler. d. ca. 10. nu. 298. cum
ſeqq. & ſecundum eam pronunciatum eſt à Scabinis Lipſen-
ſibus anno 1572. menſe Iunio, concipiente D. Iacobo Tho-
mingio: ſanè prorogatio termini tanti momenti non erit,
vt ea ſola fideiuſſores obligatione eximi dicamus, cum non
59 † tollat, ſed differat tantum exactionem, *Alex. d. conſ. 72. nu. 7.*
vol. 6. quapropter, finito tempore prorogato, prima actio
efficaciter inſtitui poſsit. *l. ſi vnus. 27. §. 1. & ibi Acc. in verb.*
fideiuſ. de pact. adde l. ſed ſi manente. de precar. Hanc verò vtili-
60 tatem † habet prorogatio hæc, ſeu pactum de non petendo
debitum intra certum tempus, quod vtrique tam reo, quam
fideiuſſori de commoda ſolutione cogitandi indulget ſpa-
cium, ne cum ſuo incommodo vrgentis creditoris ſatisfa-
cere deſiderio cogantur, *arg. d. l. ſi vnus. §. 1.*

61 Secundò declaramus procedere, † ſiue ſciente, ſiue
ignorante fideiuſſore debitori tempus ſolutionis proroga-
tum fuerit. Nec enim propterea, quod ignorat prorogatio-
nem factam, liberatur, cum vnica ſolutio modus ſit tollen-
dæ obligationis. *l. in omnibus. 43. de ſolut.*

62 Tertiò declaramus, † vt fideiuſſores, prorogatione
iam facta, teneantur tantum de præteritis, hoc eſt, quæ pri-
mum ante prorogationem in obligatione fuerunt, ſiue ſors,

ſiue

ſine vſuræ. Nam de his omnino creditori ſatisfaciendum eſt, *d. l. ſi cum Hermes. C. de loca. facit l. fin. in fin. C. de vſur. rei iud. Alexand. d. conſil. 72. num. 4. in fin. & nu. 5. vol. 6.* nec eò prorogatio interpretanda eſt, vt etiam obligationem primam, inuito creditore, perimat. Secus eſt de futuris, hoc eſt, quæ poſt prorogationem augent obligationem, Veluti, fideiuſsit quis pro mille cum vſuris ad biennium vſq;, tranſcurſo biennio, creditor debitori prorogat biennium: hic fideiuſſor tenetur quidem ad mille & vſuras pro biennio, nec liberatur prorogatione: poſt biennium non tenetur ad vſuras, nec ad aliud quippiam, quod poſtea propter moram debitoris obligationem auget. *l. fideiuſſores Magiſtratuum. §. pro Aurelio. ff. de fideiuſſ. Anton. Gabriel. Rom. d. lib. 3. concluſ. 3. nu. 4. Coler. d. ca. 10. nu. 309.* Quod reſtringe duobus mo-
63 dis: primò, ſi in omnem † caſum fideiuſſor interuenerit: tunc etiam pro vſuris futuri temporis tenebitur, etiam ipſo inſcio, prorogatione facta. *l. initio venditionis. in fin. C. de pact. inter emt. & vendit. l. ſi mandator. C. quod cum eo, qui in alien. pote. l. fideiuſſor. in prin. C. de fideiuſſ. l. quæro. §. Paulus reſpondit. ff. lo-*
64 *cat. Coler. d. ca. 10. nu. 309.* quod auſim † ferè affirmare etiam in fideiuſſore, qui purè & ſimpliciter interceſsit, abſq; temporis expreſsione, quæ mens eſſe videtur *Iaſ. in d. l. 1. nu. 18. circa fin. C. de iud. facit. quod ſcripſit Panor. in d. c. conſtitutus. Alex. d. conſ. 72. nu. 5. Geyl. d obſ. 30. nu. 12. in fin.* Secundò re-
65 ſtringe, ſi ipſe † fideiuſſor poſt lapſum termini fuerit interpellatus, *l. mora. ff. de vſur.* quo caſu propria mora interuenit:
66 ideò ad vſuras ſequentis temporis tenebitur. Quæ tamen † reſtrictio mihi vera non videtur, quia prorogatio poſt interpellationem facta interpellationi vires ſuas adimit, adeò vt licet primum fideiuſſor ad vſuras ob moram teneretur propter interpellationem tamdiu, quamdiu non ſoluerit: tamen eo ipſo, quod prorogat terminum debitori, videtur creditor à prima exactione recedere, & cum creditore, ratione futuri temporis, nouam conuentionem inire.

67 Ex ſuperioribus itaq; infero, ſi quis † pro officiali fide-

iuſsiſſet ad annum pro reddendis rationibus, finito anno, ſi prorogatum tempus fuerit, fideiuſſor ad præcedentis anni rationes, non etiam ſequentis temporis periculum ſubire tenebitur, *Bartol. in l. Lucius. §. Paulus. de adminiſt. & peric. tuto. Panor. in d. c. conſtitutus. nu. 10. de fideiuſſ. Felin. in d. c. de cauſis. nu. 3. de offic. deleg. Speculat. de fideiuſſ. nu. 19. Socin. conſ. 21. col. 4. vol. 1. Anton. Gabr. Roman. d. concluſ. 3 nu. 4. Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. in gloſſ. 7. nu. 31. cum ſeqq. Coler. d. ca. 10. nu. 310. Ancara. d. quæſt. 67. nu. 2.*

68 Deinde inſero ex d. l. ſi cum Hermes. C. de loca. ſi quis † conduxerit vectigalia, ad quinquennium, datis fideiuſſoribus: fideiuſſores, ſi expleto quinquennio conductori diutius vectigalia conceſſa fuerint abſq; conſenſu fideiuſſorum, tantum de penſione quinquennali præterita, non de futuris tenentur. *& ex l. item quæritur. 13. §. qui impleto. 11.*
69 *ff. loca.* vbi, qui † remanſit poſt tempus finitæ conductionis in ædibus, non tantum reconduxiſſe ædes intelligitur, ſed & pignora remanent tacitè obligata: Si pignora, ergo & fideiuſſores: cum pignorum & fideiuſſorum cauſa æquiparetur. *l. fin. C. de nouat. l. 1. ff. qui ſatiſda. coga. Coler. d. ca. 10. nu. 306.* ſed intellige, vt illa obligatio fideiuſſorum reſpiciat tantum tempus præteritum: Secundum hanc doctrinam à Scabinis Lipſenſibus anno 1566. pronunciatum fuit in tali caſu: A. conduxerat prædium, datis fideiuſſoribus in annos nouem à B. Deinde lapſis annis nouem inter A. & B. inſcijs fideiuſſoribus conuenit denuo, vt prædium pro eadem penſione in annos tres A. reconductum eſſet: conductor facultatibus labitur: fideiuſſores exiguntur: reſponſum fuit, fideiuſſores pro annorum nouem penſione teneri, pro ſequentium trium annorum non teneri.

70 Limitamus aſſertionem † primò, vt fideiuſſores non teneantur pro futuris prorogatione facta, de quo iam dictum eſt.

71 Secundò limitamus, ſi prorogatione nouata † eſſet obligatio prima, vt tunc fideiuſſores liberentur. *Gab. Roma. d.*

concluſ.

concluſ. 3. nu. 2. poſt DD. ibi relatos. Aliter autem fieri nouatio non intelligitur, quàm ſi hoc nominatim exprimatur. *l. fin. C. de noua. Coler. d. ca. 10. nu. 308.* de qua re antè vberius tractauimus.

72 Tertiò limitamus, ſi ſolutione † finita eſſet prima obligatio, noua deinde contracta obligatione, fideiuſſores non tenentur. *Imola conſ. 12. col. fin. Gab. Roma. d. concluſ. 3. nu. 6.* id quod omni caret dubio.

Quartò limitat *Gabriel. Roma. concl. 3. nu. 8. poſt Bertran.*
73 *con. 188. vol. 1.* ſi ſit dilata † ſolutio, non autem prorogata obligatio: id quod apud me dubitationis habet plurimum, ex ijs, quæ hactenus circa hanc quæſtionem ſcripſimus.

74 Quintò limitatur, ſi expreſſè † ad certum tempus ſe fideiuſſores obligaſſent, addita proteſtatione, ſe nolle vltra illud tempus teneri: prorogato tempore, liberatos fideiuſſores quidam exiſtimant, *Bald. in d. l. Labeo. §. ſi fideiuſſorem. ff. de recept. & qui arb. recip. Hipp. d. loco nu. 89 Gab. Roma. d. concl. 3. nu. 7.* quam opinionem ſequitur *conſtit. Elect. Saxo. 19. part. 2.* ibi. Alſo auch / da der bürge ausdrücklich in der verſchreibung bedinget / das ausgangs der gewiſſen zeit er ferner nicht hafften noch bürge ſein wolte / vnd die bezahlung auff ſolche zeit nicht erfolget / es hette auch der gleubiger den ſelbſtſchüldener oder den bürgen / innerhalb drey monaten hernach nicht gemahnet / oder hette der gleubiger dem ſchuldener ohne wiſſen vnd willen des bürgens den termin prorogiret vnd erſtrecket / So ſol auff ſolchem fall / krafft dieſer conſtitu-
75 tion der bürge auch ledig vnd frey ſein / quanquam † in contrarium nititur *Dec. in d. c. de cauſis. col. 5. de offic. iud. deleg.* Sed proteſtationi ſoli fideiuſſor hoc acceptum ferre debet benefi-
76 cium: quemadmodum & aliàs traditum eſt, ſi fideiuſſor † vrget apud creditorem nominis exactionem, cum proteſtatione, ſe in futurum, ſi debitor inopia non fiat ſoluendo, teneri nolle: Creditorem in exigendo ob moram à ſe commiſſam, exceptione doli ab agendo per fideiuſſorem remoueri poſſe, cum ſua culpa nempe creditoris actio ad nihilum ſit redacta, *Bart. in l. fideiuſſor qui minori 64. nu. 2. ff. de fideiuſſ. Bal.*

in l. fin. nu. 3. de reb. cred. ſi cert. peta. Coler. d. c. 10. nu. 314. quod tamen cum temperamento intelligendum puto, ſi nimirum beneficio excuſsionis non renunciatum fuerit: Sin fuerit, proteſtatio parum momenti habebit: cum creditor ab ipſo fideiuſſore exactionis initium facere poſsit. *DD. in Auth. præſente. C. de fideiuſſo.* Quibus ita fixis atque conſtitutis, in procliui eſt, ad contraria reſpondere. Nam quod attinet primò
77 † ad l. fin. ff. de pact, vbi dicitur, exceptionem pacti temporalis de non petendo, facti debitori, prodeſſe fideiuſſori, nemo ſanè non videt, in illa facti ſpecie, tum reſpectu debitoris, tum fideiuſſoris ad tempus ſuſpendi exactionem, obligationem interim non tolli. Si ergo ab illa lege ad propoſitum noſtrum argui velit, dixerimus, cum & hic principalis obligatio, prorogatione iam facta, duret, etiam acceſſoriam, nempe fideiuſsionem non extingui, quæ ab illa quaſi vitam ſuam habet. *arg. ca. acceſſorium. de reg. iur. in 6.* Deinde
78 de dilationibus quod † affertur, quæ in damnum alterius partis non conſentientis prorogari non poſſunt, *l. 1. §. fin. C. de dilation.* ſingulare eſt in actibus iudicialibus, in quibus parti non citatæ præiudicari per prorogationem nullo modo po-
79 teſt, *l. de vnoquoq. ff. de re iudica.* Tertiò, † *l. ſi cum Hermes. C. de loca.* non aduerſatur noſtræ ſententiæ, ſed potius eam confirmat: Ait enim, fideiuſſorem ex prorogatione temporis non teneri ad penſiones in futurum, pro tempore prorogato. Hinc ſequitur, teneri pro tempore præterito: de quo paulò
80 ante. Quartò † *ex l. vbicunq. ff. de fideiuſſ.* nihil inferri poteſt: cum hoc ſaltem dicat, quod omni obligatione in genere ſublata fideiuſſor liberetur, vel ipſo iure, vel ope exceptionis. *Iaſ. in d. l. 1. nu. 21. C. de iudic.* & quamuis ibi nouatio præſupponatur: tamen, vt pluries diximus, hodie nouatio non inducitur, ne quidem per adiectionem temporis, niſi id ſigillatim exprimatur. *d. l. fin. C. de nouat. Coler. d. ca. 10. num. 307. 308.*

81 Quintò † non mouet, ſi debitor tempore ad ſolutionem primùm deſtinato, ſoluendo forſan fuerit, qui poſtea proro-

prorogatione impetrata, patrimonio lapſus, fideiuſſorem in hanc coniecerit difficultatem, vt is ſoluere cogatur, cum creditor maturè à debitore, quando is bonorum ſuorum iacturam non feciſſet, ſolutionem conſequi potuerit: ideo indignum eſſe, hoc in fideiuſſoris perniciem redundare. Nam reſpondeo, cum fideiuſſor ipſe propriè creditoris debitor dicatur, *l. 4. de ſolutio.* cum ſimilibus ſupra allegatis: & non minus quàm ipſe reus ad ſoluendum teneatur: ſibi mehercle impenſum ferre debet, quod creditori mora debitoris iam cognita non ſatisfecerit, lapſo ſolutionis termino, & mandati actione ab ipſo reo, dum adhuc eſſet ſoluendo, id, quod ſoluit, repetierit, quod omnino ipſi liberum fuiſſet. *l. ſi fideiuſſor. C. manda. l. qui fidem. l. ex mandato. §. 1. l. inter cauſas. §. is qui. ff. eodem.* Quare ipſe fideiuſſor in mora eſt, quod ſolutionem debito tempore omiſerit: eoque mora ea ſibi nocumento erit. *c. mora. 25. de regul. iur. lib. 6.* Circa hanc quæſtionem hoc nouiſsimè adijcio, meo iudicio conſultiſsimum eſſe, † ad euitandas odioſas & ſuperfluas diſputationes, vt, quoties inter creditorem atq; reum de prorogando termino tractatur, creditor pro maiori cautela de nouo fideiuſſoris conſenſum requiri atque impetrari, apud debitorem vrgeat.

82

83 Sexto, tollitur fideiuſsio obligationis diuturnitate: quod ita exaudi, vt fideiuſſor, qui in obligationis nexu diu hæſit, antequam ſoluat, actione mandati pro liberatione poſsit experiri, *c. fin. de fideiuſſ. l. ſi pro ea. 10. C. mandat. l. Lucius. 38. §. 1. ff. eo.* Quamdiu autem hæſerit, iudicis eſt arbitrari, *gloſſ. in d. c. fin. in fin. & ibidem Panor. per l. 1. §. fin. de iure delib. Socin. reg. 148. nu. 3. Gomeſ. d. cap. 13. nu. 10. Coraſ. in l. frater à fratre. §. quæſitum. nu. 38. ff. de condictio. indeb. Geyl. lib. 2. obſer. 29. nu. 6. Menoch. de arbitra. iud. quæſt. lib. 2. cent. 1. caſu 41. num. 3. VVeſenbec. de fideiuſſ. nu. 6. Coler. part. 1. cap. 10. num. 319.* qua de re ſupra in quinto effectu, *exceptio. 16. caſu 1.* pluribus egimus: Hic tamen non proprius videtur eſſe diſſoluendæ fideiuſsionis modus, cum iure actionis contingat fideiuſſorem-

rem obligatione liberari, *d. c. fin. d. l. ſi pro ea. d. l. Lucius.*

84 Septimo, extinguitur † fideiuſsio præſcriptione: ita nempe, vt ſi præſcripta ſit obligatio & actio principalis, intelligitur & præſcripta actio in fideiuſſorem prodita ex ſtipulatu vel mandati, *per l. ſicut in rem 3. cum l. ſeq. C. de præſcript. 30. vel 40. anno. l. 2. C. de conſtit. pecu. Gomeſ. d. ca. 13. num. 20.*

85 *verſ. tertio modo.* quæ præſcriptio † eſt litis finitæ. *c. 1. verb. finita. vbi Gemin. & DD. de lit. conteſt. lib. 6. Bart. in l. fin. nu. 3. ff. pro ſuo. Marcus Mantua de compromiſſ. part. 4. de except. imp. §. præſcriptionis*: & impedit litis ingreſſum, quando allegetur: iudex enim non ſupplet. *l. vnica. vbi Caſtrenſ. num. 3. 4. C. vt quæ deſ. aduoc.* & in continenti probari poſsit. *Bart. d. l. fin. nu. 3. ff. pro ſuo. Iaſ. nu. 7. 8. & DD. in l. nam poſtea. de iureiur. Guid. Papæ deciſ. 416. nu. 15. VVeſenbec. lib. 1. conſil. 14. num. 67. 68. 69.* Sublata itaque principali obligatione, tollitur & acceſſoria, cum hæc ſine illa conſiſtere nequeat, *l. 2. ff. de pen. leg. l. cum principalis. 138. de diuerſ. reg. iur. antiq. & ibi Dec. nu. 2. l. 4. C. depoſ. l. 4. Cod. de Vſur. VVeſenbec. d. conſ. 14. num. 73. Accurſ. in l. ſi patronus. §. ſi patronum. ff. ſi quid in fraud. patro.* circa hanc materiam præſcriptionis vide ea, quæ ſupra *ca. 3 nu. 31.* ſcripſimus.

86 Declaro primò, ſi obligatio † & debitoris & fideiuſſoris vno eodemque tempore nata fuerit atque producta. *Gomeſ. loco iam citato.*

Declaro ſecundò, vt tanto temporis ſpacio extinguatur obligatio atq; actio fideiuſſoria, quanto tempore principalis: quod triginta † annis contingere ſolet, quanto tempore omni actioni perſonali præſcribitur, *l. 2. C. de conſtit. pecu. l. hæreditatis. C. de petit. hæred. l. 4. C. quib. in cauſ. ceſ. Bald. de præſcriptio. rer. immobil. nu. 46.* atque adeo etiam fideiuſsio pro alieno debito ita præſcribitur, *d. l. 2. C. de conſtit. pecu.* Iure

87

88 † quoque Saxo. tempus 31. annorum, ſex ſeptimanarum & trium dierum ſufficit, Landrecht *lib. 1. art. 28. 29. vbi gloſſ. num. 3. lib. 1. art. 44. Schurff. conſ. 32. cent. 1. num. 14. VVeſenbec. d. conſ. 14. num. 73.*

89 Tertiò declaro, vt licet † reus interea temporis à creditore

ditore conuentus fuerit, non tamen præſcriptio contra fideiuſſores interrupta intelligatur, *Bart. poſt gloſſ. in l. cum qui. §. ſi quis pro reo. nu. 6. de fideiuſſo. Bal. de præſcript. 3. part. 6. & vlt part. quæſt. 4. num. 47.* quanquam in duobus reis diuerſum ſentiunt: *VVeſenbec. d. conſ. 14. nu. 73.*

90 Limita eo caſu, ſi fideiuſſor non eodem tempore,† quo reus principalis, ſed aliquantò pòſt, fidem ſuam interpoſuerit: tunc ex poſt facto interrupta videtur præſcriptio, & fideiuſſor recognoſcere debitum intelligitur. *Gomeſ. d. loco. per l. cum notiſſimi. 7. § vne & illud. 5. verſ.* ſed & ſi quis debitorum ad cognoſcendum ſuum debitum ſecundam cautionem in creditorem expoſuerit: tempora memoratarum præſcriptionum interrupta eſſe videbuntur. *C. de præſcript. 30. vel 40. anno.*

91 Octavo, perimitur fideinſsio † pacto de non petendo inter reum & creditorem inito. *l. fin. ff. de pact.* quo in loco reus pactus erat à creditore, ne à ſe pecunia peteretur.

92 Hoc pactum fideiuſſori quoque proficit: Rei quippe † intereſt, fideiuſſoris obligationem diſſolui, ne ipſe à fideiuſſore actione mandati aut negociorum geſtorum conueniatur, *l. quod dictum eſt. de pact. l. 4. de nego. geſt.* Idq; adeò obtinet, vt, licet poſtea reus pactus fuerit, vt à ſe peti liceat, tamen vtilitas prioris pacti fideiuſſori auferri nequeat abſque ſuo conſenſu: ideoque ait ibi ICtus: Verius eſt exceptionem pacti ſemel fideiuſſori acquiſitam, vlterius ei inuito extorqueri non poſſe, *d. l. fin. & ibi DD. Gomeſ. d. cap. 13. nu. 20.*

93 *verſ. quarto pacto de non petendo.* Huic non refragatur † *l. ſi vnus. 27. § pactus ne peteret. 2. verſ. eadem. ff. de pact* vbi *Paulus ait*: Eadem ratione contingit, ne fideiuſſoribus prius pactum proſit. Nam ille verſiculus de fideiuſſoris pacto accipiendus eſt, non de pacto rei. Quemadmodum ergo prius pactum per poſterius eliditur, reo paciſcente, ne creditor peteret: ita quoque prius pactum per poſterius eliditur, ſi fideiuſſor pactus fuerit cum creditore, ne à ſe peteretur. Talis eſt ibi ſpecies: Sempronius fideiuſsit pro Titio, & pactus

eſt cum creditore, ne à ſe peteretur. Hæc pactio Sempronio ad excipiendum proficit. Si enim Sempronius à creditore conueniatur, quod ipſo iure fieri poteſt: poteſt Sempronius creditorem exceptione conuentionis repellere. Verùm ſi Sempronius poſt interpoſitam pactionem, ne à ſe peteretur, rurſus conuenerit cum creditore, vt creditor à ſe petat: exceptio vtique Sempronij replicatione poſterioris conuentionis ſiue pacti elidetur: atque ita contingit, ne fideiuſſori prius pactum proſit, vt IC. loquitur. Talis ita-
94 que † adhibenda eſt diſtinctio: Aut vtrumque pactum fit à debitore principali, aut prius à debitore, poſterius à fideiuſſore, aut vtrumque à fideiuſſore. Primo caſu, ſi vtrumque pactum fit à debitore principali: dicendum, fideiuſſorem ſemel liberatum, ſiue ſuo, ſiue debitoris pacto liberatus ſit, non poſſe iterum obligari poſteriori pacto debitoris, ſine ſuo conſenſu. Ergo, ſi debitor principalis fecit pactum poſterius de petendo: hoc pactum non adimit fideiuſſori beneficium prioris pacti. Secundo caſu, ſi prius pactum de non petendo à debitore, poſterius de petendo ab ipſo fideiuſſore factum fuerit: dubium non eſt, quin fideiuſſor ſuo conſenſu ſibi noceat, & beneficium prioris pacti amittat. Tertio caſu, ſi vtrumq; pactum fiat à fideiuſſore, extra controuerſiam eſt, ipſum ſibi præiudicare. Igitur in *d. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret, verſ. eadem.* fideiuſſor aut fecerat vtrumque pactum, aut ſaltem poſterius de petendo: ideò vtroq; caſu conſenſu ſuo ſibi nocet. In d. l. fin. verò vtrumque pactum factum fuit à debitore: quocirca prius pactum fideiuſſori prodeſt; poſterius non nocet. Semel enim ipſi acquiſita liberatio adimi nequit. Qua de re ſupra etiam *cap. 3. num. 50.* à nobis mentio facta eſt.

95 Nono, ſoluitur obligatio † fideiuſſoria ſucceſſione & confuſione, ſi nempe fideiuſſor reo, vel reus fideiuſſori hæres exiſtit, & ſoluitur quidem pro parte hæreditaria, ſalua remanente principali obligatione, *l. general. ... 5. & ibi Accurſ. & DD. l. cum reus. l. Lucius. ff. de fideiuſſo. l. fideiuſſoris. 24. C. eod.*

cod. Iohann. Roncbegallus in tracta. de duob. reis. in l. ſi reus. 13. nu.
96 *2. Pariſ. conſ. 121. col. 2. lib. 1.* & tunc, ſi fideiuſſor reo † ſuccedit, tenetur vt hæres, non vt fideiuſſor. *l. 3. de ſeparatio. l. ſi reus. 13. de duob. reis. l. ſi duo. 93. in princ. & fin. de ſolutio. Hippol.*
97 *de fideiuſſo. num. 20.* quemadmodum & , ſi debitori creditor † hæres extitit: etiam obligatio fideiuſſoria ratione confuſionis intercidit, aut potius ſolutionis poteſtate. *l. hæres. 21. §. quod ſi. 3. l. debitori. 30. l. Granius. 71. de fideiuſſo.* Quare verò ſucceſsione extinguatur acceſſoria obligatio, ea eſt ratio,
98 quod, quando † duæ concurrunt qualitates incompatibiles (vt ita loquar) in aliquo actu, potentior atque plenior infirmiori præualet, *per l. qui habet. de tutel. l fundo legato. ad leg. Falcid.* adueniente fortiori, infirmior cedere cogitur, *Pet. de Bella Pert. in d. l. generaliter. nu. 2.* potentior autem hic eſt principalis, quàm acceſſoria, *d. l. generaliter. verſ. nec enim.* Quod
99 tamen hunc ſenſum habet, ſi vtraq; obligatio † firma ſit atq; efficax, vel ſaltem principalis, *Bart. in d. l. generaliter. in princ. Gomeſ. d. ca. 13. nu. 20. verſ. quinto ſucceſſione.*

100 Hinc itaque limitamus primò, ſi principalis obligatio † arguatur inutilis atque inualida, vt tunc nulla confuſio admittatur, ſed fideiuſſor obligatus remaneat, *d. l. hæres. §. quod ſi. 3. Bart. in d. l. generaliter. Gomeſ. d. loco. Duarenus ad tit. ff de fideiuſſo. cap. 5.*

110 Secundò limitamus, ſi naturali † tantum obligationi fideiuſſor adhibitus fuerit, (id quomodo accidat, ſupra ca. 3. monſtratum eſt) vt tali caſu, fideiuſſore debitori hærede exiſtente, obligatio acceſſoria nequaquam extinguatur, vt tradit *Gomeſ. d. cap. 13. nu. 20. verſ. quinto ſucceſſione.*

Tertiò limitamus, vt confuſio non admittatur, ſi cre-
102 ditor † ex bonis debitoris, cui ſucceſsit fideiuſſor, ſuum conſequi non poſsit, *Dyn. in d. l. hæres. §. quod ſi. Bart. in d. l. gene-*
103 *raliter. num. 1.* Ideoque ſi fideiuſſor, † confecto inuentario, ſucceſsit debitori: confunditur quidem obligatio, ſi tantum in hæreditate ſit, vnde creditori ſatisfieri poſsit: ſi non ſit, vltra quidem vires hæreditarias non tenetur, tenetur

tamen vi ſuæ obligationis, quod interceſsit, *Dyn. & Bartol. locis iam aſsignatis, Paul. de Caſtro. & DD. in l. Stichum aut Pamphilum. §. quod vulgo. de ſolutio. Gomeſ. loco citato.*

104 Quartò limitamus, ſi ſuper † fideiuſſoria obligatione lis ſit conteſtata: nec enim & tunc confuſione fideiuſsio peremta intelligitur, *textus notab. in l. ſeruus. 14. ff. de his qui nota. infa. & ibi Bald. & Angel. vide & Paul. de Caſtro & Angel. in d. l. generaliter. de fideiuſſo.*

105 Quintò limitamus in ſpecie, † *l. 3. ff. de ſeparat.* vbi quidem eo ipſo, quod reus fideiuſſori hæres extiterat, obligatio fideiuſsionis extincta fuit: ſed quia fideiuſſoris obligatio eo in caſu plenior fuit, quàm rei: ideo reus tanquam hæres & tanquam fideiuſſor tenebatur. *Gothofred. ad d. l generaliter. in nota ad verb. ſolummodo.*

Decimo, ab obligatione liberatur fideiuſſor, ſi de-
106 bitor propter † culpam atq; ſupinam creditoris in exigendo negligentiam ſoluendo eſſe deſierit: quod declaramus
107 verum † eſſe in fideiuſſore, in ſubſidium vel indemnitatem promittente, *per l. ſi fideiuſſores. 41. & ibi Accurſ. de fideiuſſ. l. fin. de reb. cred. ſi cert. pet. & ibi Iaſ. l. decem ſtipulatus. & ibi Paul. de Caſt. de verb. oblig. l. ſi decem. de ſolutio. Suarez com. opin. lib. lit. F. num. 167. cum ſeqq. Vaſq. lib. 1. illuſt. controuerſ. cap. 33. num. 8.*
108 Deinde declaramus † obtinere, ſi creditor à fideiuſſore admonitus fuit, ne tempus oportunum exigendi rei, dum adhuc facultatibus idoneus eſſet, omitteret: illeque nihilo ſecius, ac ante cunctatus fuit. *d. l. ſi fideiuſſores. 41. Gomeſ. d. ca.*
109 *13. num. 9.* Tertiò declaramus, *ſi Auth.* † *præſente. C. de fideiuſſo.* non renunciatum fuerit: quo caſu, creditore per fideiuſſorem requiſito, nec exigente, fideiuſſor extra damnum erit, *d. l. ſi fideiuſſores. 41. Gomeſ. d. loco.*

110 Limita primò, ſi fideiuſſor † Auth. præſente. renunciauerit: tunc enim, quia à iure pro ſe introducto ſe abdicauit, liberationem non conſequitur, cum res ſit redacta ad ius antiquum commune. *Gomeſ. loco allegato.*

111 Limita ſecundò, ſi creditor † à fideiuſſore admonitus
non

non fuerit, ſed vltrò culpam vel negligentiam contraxerit: *Gomeſ. eodem loco, poſt Bald. in d. l. fin. ff. de reb. cred. Paul. de Caſt. in d. l. ſi fideiuſſores. 41. Angel. in l. fideiuſſor creditori. 62. de fideiuſſ. Panor. in c. fin. ext. eo.*

112 Limita tertiò, in fideiuſſore † ſimpliciter atque purè accepto: is enim indiſtinctè tenetur, ſiue creditoris culpa atque negligentia in exigendo argui poſsit, ſiue non poſſit: quia ſua obligatio ſimplex eſt, & abſoluta, non in ſubſidium facta. *per d. l. ſi fideiuſſor. creditori. 62. de fideiuſſ. & ibi DD. Gomeſ. d. loco. Vaſq. d. cap. 33. nu. 8.* Atque ea, quæ hactenus

113 dicta ſunt, etiam † in pluribus fideiuſſoribus, qui habent beneficium Diui Hadriani, locum habere volunt: ita vt ſi vnus confideiuſſorum ad inopiam vergat, cæteri creditorem requirere poſsint, vt pro portione ſuis conueniat: quod ſi neglexerit, ſuo id cedat damno, *arg. d. l. ſi fideiuſſores. 41. Paul. de Caſt. in l. fideiuſſor obligari. de fideiuſſo. num. 2. Gomeſ. d. num. 9. circa finem.*

114 VNDECIMO, debitore vltra † dimidium iuſti precij decepto, eoq́; ex beneficio *l. 2. C. de reſcinden. vendit.* contractu annulato, fideiuſſores ope exceptionis liberantur, *l. exceptiones. 7. §. 1. ff. de exceptio. Hippol. d. rub. de fideiuſſor. num. 276. Pinell ad d. l. 2. part. 2. cap. 3. num. 43. C. de reſcind. vendit. Suares in com. opin. lib. ſub. lit. F. num. 148.* quod quomodo intelligendum ſit, diximus *cap. 3. num. 34. cum ſeqq & cap. 5. nu. 132.* & quid ſtatuendum in fideiuſſore minoris decepti, tractauimus *d. c. 3. à num. 63. vſq; ad num. 72.*

115 DVODECIMO, iureiurando à debitore principali ratione pecuniæ creditæ præſtito liberantur & fideiuſſores. *l. in duobus. 28. §. 1. l. fin. §. fin. de iureiuran. d. l. exceptiones. 7. §. 1. verb. iuriſiurandi. de exceptio.* nam tale iuramentum vim habet rei iudicatæ, *d. l. fin. §. fin. de iureiuran. l. actori. de reb. cred. Iſtud & ſupra cap. 3. nu 47. attigimus.*

116 DECIMOTERTIO, fideiuſſor, qui † ſpopondit reum ſiſtere, vel præſentare atque exhibere, ſemel exhibendo vel præſentando obligatione ſeſe eximit, *gloſſ Benedict. Plumbin.*

Iaſ.num.1.& DD.in l.in duobus.23.§.ſi ei.ff.de iureiura. Alex. in l.2.
§.in fideiuſſorem.in 2.col.ff.qui ſatiſda.cog & in l. Gracè.§. & poſt li-
tem.de fideiuſſ.Bart.in l.dotis.68.ff.de iure dot.& in l.eum qui calen-
du.de verbor.obligat.& in l.boues.§ hoc ſermone de verb.& rer.ſignif.
Hippol.nu.138 & nu.99.Cyrill.Fulgeo.in ſum.crimina.rub.de fideiuſſ.
§.3.nu.1.VVeſeubec.ff de fideiuſſ.in fin.quam ad rem inducunt d. l. bo-
ues. 89.§.hoc ſermone 1.de verbor.& rer.ſignif. vbi Pomponius
ait: hoc ſermone,dum nupta erit, primæ nuptiæ ſignifican-
tur:cui accinit *d.l.dotis. 68.de iure dot.* vbi verba de primo actu
intelliguntur.Deinde inducunt textum in *c.non poteſt.§.1.de*
117 *preben lib.6.* per quem deciditur,conceſſa alicui licentia † in-
grediendi in ergaſtulum monaſterij,intelligendum eſſe pri-
mum ingreſſum. Tertiò afferunt textum *in l.ſi ſocrus pro filia.*
118 *in fin.princ.ff.pro ſoc.*quo iſ loco , ſi ſoror † ſemel à fratribus ex
conuentione dote eſt elocata, eaq; dos à marito primi ma-
trimonij abſumta : mortuo marito,ſi ad ſecunda vota tran-
ſeat,de nouo à fratribus non eſt dotanda. His addunt quar-
tò *l.cum pater.§.pater certam.in fin.de lega.2.* vbi verba ſimpli-
citer prolata reſtringuntur ad primum actum *Vide Iaſ. in d. l.*
in duobus.§.ſi ei qui.vbi à nu.1.vſq; ad nu.19. ſexdecim confirma-
tiones recenſet.
119 Declara primò, tantò magis procedere, † ſi abſentem
reum præſentare fideiuſſor promiſerit,vt tunc vnica oblatio
ſufficiat, *Alexand.in d.l.Gracè.§.& poſt litem.Hippol.nu.138.*
120 Secundò declaro, procedere in fideiuſſore † ſimplici-
ter fidem interponente, *Iaſ.nu.1.poſt DD.allegatos in d.l. in duo-*
bus §.Si ei qui.Hippol.d.nu.138.Cyrill.Fulgeo.d.§.3.nu.1.
Tertiò declaro,vt licet poſt præſentationem ſemel fa-
121 ctam † reus poſtea fugam arripuerit, fideiuſſor tamen am-
plius non teneatur.*l.2.§.ſimili modo.ff.ſi quis cautio. Bald. in l. qui*
crimen.C.qui accuſa.non poſſ.in 10.quæſt. ſemel enim exhibendo
ſatisfecit ſponſioni.*arg.l.1.C.loca.* nec culpa cuſtodis ipſi in-
commodo eſſe debet,ſiquidem cuſtos ſit ſuccedaneus alieni
periculi.*l.ad commentarienſem.ff.de cuſto.& exhib.reor. Aegyd. Boſſ.*
in tracta.crim.in rub.de carcer.fideiuſſ.commit.nu.35.Hippol.nu.143.
Cyrill.

Cyrill. Fulgeo. in ſum. crim. de fideiuſſo. §. 4. nu. 1. ipſa enim ſolutione ſemel facta, hoc eſt, præſentatione ſoluta eſt acceſſoria obligatio. *arg. §. 1. Inſtit. quib. mod. toll. oblig. Hipp. d. nu. 143.*

122 Quartò declaro, ſi fideiuſſor non † contemplatione litis ſeu iudicij promiſerit, ſed ſolum ad præſentandum iudici. *Bart. & Ang. in rub. ff. de in ius voca. Iaſ. in d. l. in duobus. §. ſi ei qui. num. 19.*

123 Quintò declaro, vt locum habeat in diſpoſitione ſolum hominis. *Iaſ. in d. l. in duobus. §. ſi ei qui. nu. 20.*

124 Limita primò, ſi promiſerit † fideiuſſor toties, quoties opus erit, aut iudici videbitur, reum ſiſtere: tunc enim non

125 vna, ſed geminata præſentatio requiritur, vt ſcilicet † infinitas euitetur. *l. fidei commiſſa. §. ſi quis. ff. de lega. 3. Angel. in l. 2. §. fin. Verſ. item adde. ff. de cuſto. reo. & in l. ſi finita. in prin. de dam. infe. Bart. in l. 1. §. hoc reſcripto. ff. ad Sylla. Alex. conſ. 360. vol. 1. & conſ. 245. volu. 2. Felin. in c. innouamus. de treug. & pac. & in c. licet colum. 2. de teſtib. Boſſ. d. tit. de carcer. fid. commit. nu. 35. Iaſ. in d. l. in duobus. §. ſi ei qui. nu. 19. Hippol. d. nu. 138. poſt auctores ibi relatos. Cyrill. d. §. 3. nu. 1.* licet aliqui in contrariam abeant ſententiam, geminam nempe præſentationem non ſufficere. *Vide Hippol. d. num. 138. & Boſſ. d. nu. 35.* ſed ſententia hæc approbatior eſt.

126 Limita ſecundò, ſi minus † cautè reum fideiuſſor exhibuerit, ita vt in fugam ſe is coniecerit: præſentatio enim de perfecta præſentatione eſt accipienda: igitur liberatio non ſequitur. *l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudica. Boſſ. d. loco. nu. 36.* ita igitur faciat fideiuſſor, ne ſibi culpa aliqua hac in re imputari poſsit.

127 Limita tertiò, ſi fideiuſſor † ad actus iudiciales, ſeu intuitu litis ac iudicij, ſeu actionis inſtitutæ reum ſiſtere ſpopondiſſet, & tunc vſq; ad ſententiam iſta ſponſio durat. *Vide Iaſ. in d. l. in duobus. §. ſi ei qui. nu. 19.*

128 Limita quartò in diſpoſitione † legis vel ſtatuti, vt ſcilicet intelligatur non de vno actu tantum, ſed toties, quoties opus fuerit, vt lex vel ſtatutum perfectionem contineat. *Bald. in l. veluti. §. hac vox. ff. de edendo. Iaſ. in d. l. in duobus. §. ſi ei qui. num.*

nu.20.de iureiura. vbi & inter diſpoſitiones affirmatiuas & negatiuas diſtinguit.

129 DECIMOQVARTO, fideiuſſor † ſine ſcriptura pro alio iudicio ſiſti promittens, die vel tempore certo non adiecto, poſt bimeſtre tempus amplius non tenetur, *l. fideiuſſor. 27. C. de fideiuſſo.* (qui textus tamen de fideiuſſore iudicio ſiſti diſerte loqui non videtur) & ibi *Accur. & Bart. Iaſ. in l. fideiuſſor. §. in fideiuſſorem. nu. 7. ff. qui ſatiſda. cogan. Hippol. ad rub. de fideiuſſo. nu. 141. Iacob. Cuiac. lib. 19. obſ. obſ. 34. quamuis Bald. in d. l. fideiuſſor. §. in fideiuſſorem.* in perpetuum fideiuſſorem teneri, aſtruxerit: Sed perperam, *teſte Iaſ. in d. l. in duobus. 28. § ſi ei qui. nu. 19. ff. de iureiur.*

130 Limita primò, ſi cum ſcriptura † ſe fideiuſſor obligauerit; tunc in perpetuum conuenitur, *d. l. fideiuſſor. 27.* hoc eſt, vſque ad finem triennij, ad quod vſq; tempus inſtantia iudicij durare debet, *l. properandum. C. de iudic.* (quod rarò euenit) tanquam ſit maius vinculum fideiuſsionis ſcriptæ, quæ obligatio perpetua eſt, quàm non ſcriptæ, quæ duorum menſium eſt. Præſumunt enim auctores huius beneficij, eum qui ex ſcripto fidem ſuam obſignare noluit, ſe in longum tempus obligare noluiſſe, quod & Iſidorus annotauit *ad l. 8. C. de donat. & DD. ad l. 36. ff. de fideicomm. Libert. l. 3. in fin. ff. de adimen. lega. l. 12. de his quib. vt indig. nouella. 22. in fin. Cuiac. d. lib. 19. obſ. 34. & de præſcriptio. ca. 13. nu 13.*

131 Limita ſecundò, ſi in † cauſa publica fideiuſſor interuenerit. Neceſsitati enim publicæ datum eſt, vt in perpetuum obligatio maneat. *d. l. ſi fideiuſſor. verſ. ſin autem in publica cauſa.*

132 Limita tertiò, ſi certo † tempore circumſcripta atque definita eſt fideiuſsio. *d. l. ſi fideiuſſor.* ibi: niſi in tempus certum data eſt fideiuſsio. *C. de fideiuſſo.*

133 DECIMOQVINTO, Fideiuſſores iudicio † ſiſtendi cauſa dati liberantur, lata iam ſententia, *gloſſ. 1. & Iaſ. in l. fideiuſſor. §. in fideiuſſorem. num. 9. ff. qui ſatiſda. cog. VVeſenb. ff. de fideiuſſ. in fin.*

Quod

134 Quod declara primò adeò obtinere, vt ne quidem † talis fideiuſsio in executione ſententiæ amplius duret, *d. l. Gracè § & poſt litem. Iaſ d. l. fideiuſſor. § in fideiuſſorem. nu. 9.*

135 Secundò declara, vt neq; talis † fideiuſsio duret in cauſa appellationis: nec enim fideiuſſor in prima inſtantia datus, intelligitur repetitus in ſecunda: cum per ſententiam obligatio expiret, niſi aliud actum fuerit. *l. cum apud. ff. iud. ſol. Iaſ. loco iam citato. Damhoud de tuto. & curat. mun. ca. 6. nu. 65.* eaq; communis eſt opinio, *Hippol. Bonacoſſa lib. com. opin verb. fideiuſſor in prima. Vide Hippol. nu. 108.* vbi tractat quæſtionem, vtrum
136 † fideiuſſor in cauſa appellationis teneatur de cauſa principali, & è contrario, vtrum fideiuſſor datus in cauſa principali teneatur in cauſa appellationis: & concludit, quod non. Licet Damhoud. *in pract. crim. ca. 20. nu. 13.* in contrariam inclinet ſententiam.

137 Tertiò declara, vt locum habeat non ſolum lata iam ſententia, ſed etiam inſtantia † peremta, licet proceſſus de nouo inchoaretur. *gloſſ. in l. pen. in gloſ. mag. C. de fideiuſſ. Iaſ. dicto loco.*

Quartò declara, vt obtineat non ſolum in cauſis ciuili-
138 bus, ſed etiam † criminalibus, ne ſcilicet criminoſi relaxentur ſub fideiuſſore ſolum iudicio ſiſti: quandoquidem talis fideiuſsio, lata ſententia, expiret: ſed etiam fideiubeatur de ſoluendo iudicato. *Accurſ. in l. ſi quis reum. ff. de cuſto. reor. Iaſon loco allegato. Boër. deciſ. 315. Pariſ. conſ. 171. num. 30. lib. 4. Iul. Clarus in pract. criminali. quæſt. 46. verſ. ſis tamen cautus. Viuius in lib. com. opin. verſ. fideiuſſor. datus.* Quapropter, teſte Bald. *in c. dilectus. in*
139 *6. col. de appell.* Officialis † quidam, cum errore vel ignorantia inductus criminis reum carcere emiſiſſet, ſub fideiuſſore iudicio ſiſti, de ſyndicatu condemnatus fuit, quod de iudicato ſoluendo (cum iam res eò deueniſſet) cautionem non exegerit.

140 Quintò declara, vt locum habeat, quamuis fideiuſſor † promiſerit reum ſiſtere, & parére mandatis curiæ vel iudicis, *Alexand. in d. l. fideiuſſor. § in fideiuſſorem: & ibi Iaſ. d. num. 9. poſt*

 Bald.

Bald. ibi adductum. Nam obligationes fideiuſſoriæ ſtrictè ſunt intelligendæ, & quæ expreſſa in ijs non ſunt, acta non intelliguntur. *gloſſ. in l.1. in fin. vbi DD. C. de tranſact. per l.3. de Carbo. edi. Menoch. de præſumtio. lib.3. præſumt. 143. nu.7. per l. ſi in pignore. 54. per l. fideiuſſores. ff. de fideiuſſo. per l. quicquid aſtringenda. de verb. oblig. Iaſ. in l. obligationum. 5. §. ſatis acceptio. nu. 3. de verb. obligat. Dec. conſ. 107. nu. 2.* nec actus vltra mentem & intentionem contrahentium operari debet, *l. non omnis. ff. de reb. cred. Iaſ. in l. 1. nu. 18. circa fin. C. de iudic. VVeſenbec. conſ. 14. lib.*
141 *1. num. 89.* ſiquidem obligatio à mente † paciſcentium effectum ſuum accipiat. *l. in conuentionibus. ff. de verb. oblig. Panor. conſ. 90. ante nu. 1.*

142 Sextò declara, quamuis † fideiuſſor reum ſiſtere promiſerit in iudicio, & omnia facere, quæ hoc in loco ſunt facienda: quia hæc ad ius referri voluit Bald. & quem ſequitur *Iaſ. in d. §. in fideiuſſorem. nu. 9.*

143 Limita primò, quando † fideiuſſor ipſe reum ſiſtendo fuit in mora: quo caſu ob commiſſam ſtipulationem, licet lata ſententia liberetur, ne exhibere cogatur reum, tamen ad totum id, quod intereſt, tenetur, *Iaſ. in d. §. in fideiuſſorem, poſt Raphaelem, & Fulgoſ. eo.*

144 Limita ſecundò, quando † fideiuſſor promiſerit quandocunque reum ſiſtere, vel toties, quoties opus fuerit, aut iudici viſum fuerit: tunc enim & in cauſa appellationis tenebitur, *per nota. Bart. in l. ſi quis reus. ff. de cuſto. reor. & Angel. in l. 1. §. 1. ff. eo. Ludo. Roma. in d. l. Gracè. §. & poſt litem. Iaſ. d. §. in fideiuſſorem. Franciſ. Viuius d. lib. com. opin. verb. fideiuſſor datus. num. 6.*

Decimosexto, Fideiuſſores, qui fidem interpoſuerunt de iudicatum ſoluendo, quatenus iudex, de quo inter
145 partes conuenit, iudicauerit, liberantur, ſi alius quis † iudex ſententiam tulerit, *Vlpian. in l. 3. in princ. Scæuola in l. cum apud. 20. ff. iud. ſolui. & ibi Bart. & DD. Hipp. de Marſil. de fideiuſſo. nu. 90. Anton. Gabr. Roma. lib. 3. commu. concluſ. rub. de fideiuſſo. conclu. 4.* vbi quatuor ampliationes, & tres limitationes refert.

Et pri-

146 Et primò quidem ampliat, licet † nomen iudicis expreſſum non fuerit, nihilominus tamen, ſi iudex appellationis iudicauerit, fideiuſsionem primò interpoſitam expirare. *Gab. Rom. loco iam citato nu. 2.* vbi poſt multos DD. allegatos communem appellat: licet in iudicio Rotæ aliquando contrarium nempe nomine iudicis non expreſſo, cautionem huiuſmodi durare etiam in cauſa appellationis, deciſum fuiſſe ſcribat: & textus modo allegatos locum habere, nomine iudicis diſertè expreſſo, *Aegyd Bellamera. deciſ. 353.*

147 Secundò ampliat, vt neque iudex † ille conuentus alium iudicem delegare vel ſurrogare poſsit: eò ſcil. vt cautio primum interpoſita apud iudicem delegatum vel ſurrogatum duret, *Hipp. de fideiuſſ. nu. 133. Anto. Gab. Rom. d. concl. 4. nu. 5. vbi hoc limitat nu. 5. adde nu. 6. 7. 8.*

148 Tertiò ampliat, quamuis † fideiuſſor iuratò primum coram iudice interueniſſet, *Anto. Gab. Roma. d. concluſ. 4. nu. 9.*

149 Quartò ampliat, vt abſoluto † principali abſolutus & ſit fideiuſſor, *Soci. conſ. 91. col. 1. vol. 4. Anto. Rom. d. concl. 4. nu. 10.* Atque tunc exceptio rei iudicatæ reo competens, ipſi fideiuſſori quoque vtilis eſt, *l. exceptiones. 7. §. 1. verb. rei*
150 *iudicata. ff. de exceptio.* Idem & † in cauſa confideiuſsionis dicendum, veluti, Ego & Titius confideiuſſores ſumus apud Sempronium: Sempronius negligenter inſtituta actione contra Titium, cauſa cecidit: Iam contra me tela actionis dirigit, equidem exceptionem rei iudicatæ ipſi obijcio. Titius confideiuſſor abſolutus eſt: ergo & idem mihi prode-
151 rit. Quoties enim eadem res † in iudicio petitur, tunc propter communionem exceptio alteri competens, ſibi quoq; vtilis erit. *l. ſed cum quæritur, cum l. ſeq. ff. de exceptio. rei iudic.* Sed hoc ita intelligendum puto, ne ego in ſolidum tenear: interim vt pro virili conueniri poſsim. *Sichar. in l. 2. n. 7. C. de fideiuſſ.* niſi in ſolidum ſim obligatus: tunc enim vix eſt, vt exceptione hac me ſeruare poſsim. De quo alibi.

152 Limitat primò, ſi non † principalis, ſed ipſe fideiuſſor

appellaſſet: tunc namque durabit cautio primum interpoſita. *Gab. Roma. d. conclu. 2. nu. 11.*

153 Secundò limitat in cautione interpoſita, vt laudo † pareatur: illam enim tranſire ad iudicem reductionis, tradit idem *nu. 12. poſt Bald. in l. fin. 6. col. verſ. decimo & vltimo. C. de contrahen. emtio.*

154 Tertiò limitat, vt non procedat, quando cautio † interpoſita fuerit initio apud iudicem de maleficio inquirentem: nam iudice ab inquiſitione deſiſtente, & per accuſationem procedente, durare illam cautionem in iudicio accuſatorio, ſcribit idem *Anton. Gab. Roman d. concluſ. 4. nu. 13.*

155 Decimoseptimo, Reo principali † profeſsionem mutante, veluti ſi è laico tranſeat in clericatum, & ſic in aliud forum, fideiuſſores iudicio ſiſtendi cauſa dati liberantur, ita decidit *Hippol. de fideiuſſo. nu. 110. poſt DD. ibi relatos per c. 1. de cler. coniug. lib. 6. & c. tuam. de ord. cog. per l. ſi filiuſfa. 6 & ibi Bald. de tutel. & ratio diſtrah.* vbi fideiuſsio à patre facta pro filio, finitur filio ſui iuris effecto. *Cardinal in clem. 1. q 9. de cenſib. Aegyd. Boſſius in pract. crim. in tit. de carcer. fideiuſſ. commit. nu 42.*

156 Sic & † debitore capite minuto, & bonis eius publicatis, fideiuſſor, qui pro eo iudicio ſiſti, vel de iudicatum ſoluendo interuenerat, obligationis nexu eximitur, *l. ſi deceſſerit. 4. ff. qui ſatiſda. coga. l. ſed & ſi quis. in princ. ſi quis caut.* quæ ſunt de cautione iudicio ſiſti. *& l. ſi vero. 5. qui ſatiſda. cog.* quæ eſt de cautione iudicatum ſolui: qua de re ſupra *ca. 3. nu. 27. dictum eſt.*

157 Aliter ſe habet, ſi fideiuſſor † in contractu adhibitus fuit pro debitore, qui capite minutus fuit, eiuſque bona publicata ſunt: tunc enim non liberari fideiuſſorem, *capite iam citato, nu. 25.* ſcripſimus, *per l. 1. & ibi Sichar. C. de fideiuſſor. Coſtal. in ad-*

158 *uerſar. ad d. l. ſi vero 5.* Addendum & hoc eſt, fideiuſſores, † qui apud fiſcum pro Titio in aliqua cauſa, pro aliqua quantitate interceſſerunt, bonis Titij in fiſcum per ſententiam publicatis, liberari, per *l. in fraudem. §. ſi principalis. ff. de iure fiſ. gloſ. in l. 1. & in l. ſi vacantia. C. de bonis vacan. lib. 10. Dyn. Bartol. in l. 1. ff. de iure fiſ. Raphael Cuma. conſ. 82. Hipp. nu 346. Cyrill. Fulgeon. in ſum. crim. in rub. de fideiuſſo. §. 7. nu. 6.*

Decimooctavo, Extinguitur fideiuſſoria obliga-
159 tio nonnunquam morte † naturali, quod declaratione eget,
tum à parte rei, tum à parte fideiuſſoris.
160 I. Reo, qui † fideiuſſores iudicio ſiſti dederat, è viuis
ſublato, fideiuſſores obligationi eximuntur, *d. l. ſi deceſſerit.*
161 *4. ff qui ſatiſda. coga.* ſicut & debitor ſpeciei, peremta † ſpe-
cie ante moram, liberatur, *l. ſi ex legati cauſa. de verb. oblig. l.*
162 *quod te. de reb. cred.* quare nec hæredes † fideiuſſorum tunc ef-
ficaciter conueniri poſſunt, cum obligatio ſit facti, quæ hæ-
redibus non cohæret. *l. vnica. §. ne autem. C. de cad. tollen. Coſtal.*
163 *ad d. l. ſi deceſſerit.* quemadmodum & obligatio † ſub pœna
carceris facta ad hæredes non tranſit, *Bart. in d. l.* ſi deceſ-
164 ſerit. Sic & fideiuſſor promittens † ſe facturum vel curatu-
rum, vt Titius aliquid præſtet, morte Titij ab obligatione
liber eſt, nedum vt hæredem obligatum relinquat. *Panor.*
conſ. 90. ante num. 1. Nec enim factum principale à fideiuſ-
ſore promiſſum eſt, *per l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis dolum. de verbo.*
oblig. nec ea mens fuiſſe fideiuſſoris præſumitur, *l. in conuen-*
165 *tionibus. de verb. oblig.* & difficultas, † ſeu impoſsibilitas obitu
Titij ſuperueniens facit, quò minus pœna committatur. *l. ſi*
vehenda. ff. ad l. Rhod. de iactu. Impoſsibile namq; eſt, curare,
vt Titius iam defunctus rem conuentam præſtet: Impoſsi-
bilium autem nulla eſt obligatio. *l. impoſsibilium. de diuerſ. reg.*
166 *iur.* Imò & difficultas † ſola liberat ab obligatione, ſicut &
pœna. *Bart. in d. l. quod te. de reb. cred. Bald. in l. ſi pater. C. de col-*
lat. Et hanc ſententiam amplectuntur *Bart. in d. l. ſi deceſſerit.*
d. l. ſi vero. & ibi Alexand. Angel. in l ſancimus. C. de fideiuſſor. Hip-
167 *pol. de fideiuſſor. num. 155. cum ſeqq.* Eodem † modo fideiubens
pro aliquo in id, quod ſubducto calculo eum dare oportere
apparuerit, debitore ante calculum ſeu declarationem de-
mortuo, ab obligationis vinculo liberabitur, *Alexand. & Paul.*
de Caſt. in l. qui Romæ. §. Augerius. ff. de verbo. oblig. Socin. conſ. 24.
col. 3. volu 3. quandoquidem nec ipſe debitor ante compu-
tationem ſeu declarationem factam teneretur: neque hoc
caſu poſt ipſius obitum eius hæredes. *d. l. qui Romæ. §. Auge-*

rius. de verbo. obligat. Iaſ. in l. petens ex ſtipulatione. nu 11. C. de pact.
Declaratio verò iam poſita locum habet non ſolum in
168 ciuilibus, ſed & criminalibus † cauſis: in quibus, etſi reus principalis de maleficio nondum conuictus, & interea vita functus fuerit, fideiuſſor de præſentando eo certo ſub tempore datus, liberationem conſequitur, *l. ſancimus. 26. verſic. ſin autem & ſecundum tempus. C. de fideiuſſ.* Nam quemadmo-
169 dum obitus † accuſati crimen atque pœnam tollit, *l. 1. & 2. C. ſi reus vel accuſ. mort. fue. l. defuncto. ff. de pub. iudic. l. 1. §. quamuis. ff. ſi pende. appella. mors interue.* ita & obligationem fideiuſſoriam tanquam acceſſoriam, *d. l. ſi deceſſerit. & ibi DD. qui*
170 *ſatiſda. coga.* idem quoq; iure Saxonico † receptum eſt, Landr. *lib. 3. art. 10. §.* iſt es aber vmb ſchuld: quo in loco diſponitur: Wenn einer vmb ſchuld beklaget wird / die noch nicht auff jhn gebracht noch gewonnen iſt / vnd ſtirbet er binnen den tagen / ſo der Bürge den todt ſelb dritt bezeugen mag / ſo iſt er ledig / vnd des todten erben müſſen antworten für die ſchuld / hoc eſt: De debito conuentus, nondum tamen conuictus, ſi intra dilationem conceſſam fideiuſſori ad ſiſtendum debitorem, diem ſuum obierit, fideiuſſor, ſi de morte rei tribus teſtibus fidem fecerit, ab obligationis nexu exoluetur, & hæredes rei defuncti tenebuntur, adde Weichbild *art. 115. §. 1.* & quamuis hi textus de fideiuſſore iudicij ſiſtendi cauſa dati in cauſis ciuilibus ſeu pecuniarijs verba faciant: tamen dubium non eſt, illos multò magis in criminalibus locum ſibi vendicare: cum vtrobique impoſsibilitas facti excuſationem pœnæ mereatur, *l. fin. §. idem iuris. ff. ad l. Rhod. de iact. Bartol. in l. continuus. §. illud. de verb. obligat. Panor. d. conſ. 90. paulo ante num. 1. Diff. iur. ciuil. & Saxon. lib. 2. part. 1. diff. 18. Coler. in proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. num. 63.* Sicuti & in alijs quoque impoſsibili-
171 tas veniam dat, vt appellanti, † ne appellationem proſequatur: *Innocent. in c. ex ratione. de Appellat. Bald. in l. fin. C. de condict. indeb. Franciſ. de Cremo. in not. 131. incip. ſtatuto cauetur:* ex-
172 cuſat † emphyteutam propter canonem ex inopia non ſolutum, ne cadat iure ſuo. *Bald. in c. querelam. de iureiur. Anton. in*
c. ſigni-

c. ſignificante. col. 1. de pignor. Hippol. de fideiuſſ. nu. 157. 158.

Limitatur verò declaratio ab *Iaſone in d. l. ſi deceſſerit.*
173 *num. 4.* vt locum non habeat, ſi fideiuſſor † coniunctim & de iudicio ſiſti, & de iudicato ſoluendo interuenerit: Licet enim morte rei liberaretur fideiuſſor, quo minus ſiſteret, cum ſiſtere non poſſet: tamen ſoluere iudicatum tenebitur, quod in certa quantitate conſiſtit, vel in re, quæ mortuo Titio poteſt impleri. *per text. in d. l. ſi vero. 5.* qui ſatiſda. cog. quam ſententiam communiter approbatam eſſe à Bart. & alijs, teſtatur *Iaſ. loco præallegato. & in d. l. ſi vero. nu. 3.* quantumuis
174 contrarium ab æquitate non diſſonet: ſiquidem † ſententia contra mortuum eſt nulla. *l. pen. §. fin. ff. quæ ſent. ſine appell. reſcin.* Ergò nec contra fideiuſſorem vim momentumq; ha-
175 bebit. Sed altera opinio magis inualuit. Sin vero † diſiunctiuè fideiuſſor ſe obligationi ſuppoſuerit, vel ſiſtere, vel iudicatum ſoluere: tunc ſanè morte rei fideiuſſori liberationem vtrinq; contingere, ſtatuit *Bald. in l. ſed & ſi quis. in princ. in lectura antiqua. ff. ſi quis cautio. Imola in l. 4. §. ſi ex conuentione. de re iudic. & ſequitur Iaſ. in d. l. ſi deceſſerit. nu. 5. qui ſatiſda. coga.*

176 II. Fideiuſsio, fideiuſſore † perſonaliter tantum obligato, atq; iam mortuo, ſoluitur. Quod declaro primò in fi-
177 deiuſſore † contractus, veluti ſi inſtrumento ita caueatur, vt, ſi vnum fideiuſſorum è vita diſcedere contingat, debitor in locum eius alium ſurrogare teneatur: hæc cum perſonalis ſit obligatio, mortuo fideiuſſore, perimitur, vt ne
